Probemium Marsilii Ficini Florentini in epistolas suas. S. in primũ librum ad Iulianum Medicem: V. Magnanimum.

MARSILIVS FICINVS IVLIANO MEDICI. V. MAGNANIMO. S. D.

AGNVS Cosmus magnanime Iuliane auus tuus patronus sæpe platonicum illud babebat in ore nibil ad ægregias res agendas accõmodatius esse q̃ prudentiũ doctorũq́ virorũ beniuolentiã. Nullũq́ certius argumentũ esse vel iustitiæ prudẽtiæq́ q̃ si amici buiusmodi adsint: vel iniusticiæ & imprudẽtiæ q̃ si desint. Aureũ boc Platonis nostri p̃ceptũ. Cosmus re ipsa etiã multomagis q̃ verbis in oñi eius vita ꝓbauit vir certe præ cæteris diues pecuniarũ. Longe ditior bominũ: prudentiæ iustitiæq́ ditissimus. Atq́ id qđ rarissimum & mirabile est filiũ & nepotes buius om̃is tbesauri reliquit beredes. Quo fit vt in Iuliano meo senem illum ex quo vnico post deũ salus mea pendebat agnoscam. Nemo est igitur quẽ magis saluere cupiã q̃ Iulianum Atq́ id quidem quottidie deum præcor & obsecro. Vt autẽ tibi animi mei votum affectumq́ certius declararem: volumen primum epistolaꝝ ad amicos mearũ tibi amicorũ regi dedicare decreui. Quo & amici omnes ad vnum præcipuum referantur amicum: & tu in iis legendis: quotiens salutem legis: totiens Iulianum a Marsilio intelligas salutari.

De fœlicitatis desiderio.

Cosmus Medices Marsilio Ficino Platonico. S. D.

Ontuli beri me in agrum cbaregium: non ãgri sed animi colẽdi gratia: Veni ad nos marsili q̃primũ. Fer tecum Platonis nostri librũ de summo bono. Quẽ te istbic arbitror iã e græca lingua in latinam vt promiseras transtulisse. Nibil enim ardentius cupio: q̃ quæ via commodius ad fœlicitatem ducat cognoscere. Vale & veni non absq́ orpbica lyra

Que sit ad fœlicitatem via.

Marsilius Ficinus magno Cosmo. S. D.

Eniam ad te cũ primũ potero q̃ libentissime. Quid. n. gratius q̃ in cbaregio boc est gratiarum agro vna cum cosmo gratiaꝝ patre versari: Interim accipe paucis q̃ apud Platonicos via sit ad fœlicitatem accõmodatissima. Et q̃uis existimẽ non opportere ei viam monstrari qui prope iam ꝑuenit ad calcem: desiderio tamẽ tuo & in absentia & in presentia obsequendum esse censui: Omnes bomines bene agere boc est bene viuere volunt. Bene autem viuent si bona illis adsint q̃ plurima. Bona vero bæc dicuntur. Diuitie: sanitas: forma: robur: nobilitas generis: bonores potentia: prudentia: preterea iustitia: fortitudo: temperantia & præ cæteris omnibus sapientia: quæ quidẽ vim oẽm

fœlicitatis complectitur. Fœlicitas quippe in prospera optati finis con secutione consistit. Id autē in singulis facultatibus sapientia præbet. Siquidem periti tibicines quicquid tibiarum vsus requirit optime consecuntur. Et eruditi grammatici quod ad litteras tum legēdas tum scribēdis pertinet. Sapientes quoqꝫ gubernatores ad ꝓsperum nauigatiōis portum præ ceteris assecuntur. Necnon belli dux sapiens quid ad militiam attinet tutius expedit. Et sapiens medicus melius adoptatam perducit corporis valitudinē. Quobrem sapientia in singulis humanis operibus nos voti cōpotes pro viribus efficit. Necꝫ oberrat vnq̄ꝫ necꝫ fallitur. Alioquin sapientia reuera non esset. Cum vero causa consequēdi finis sapientia sit necessarium est eam ad fœlicitatem totū valere. Præterea ii duntaxat quibus bona plurima assunt beati dicunt̄. Hi tamen nō prius beati sunt q̄ꝫ bona ipsis præsentia prosint. Necꝫ prosunt vnq̄ꝫ nisi illis vtantur. Sola.n.sine vsu possessio nihil momenti ad fœlicitatem habet. Veruntamen nec vsus etiam sufficit: Potest.n.quis male vti: exquo contingit vt ledatur potius q̄ adiuuetur. Vt igitur possessioni vsum addimus sic et vsui rectitudinem addere decet. Ne vtamur solum verum etiam recte vtamur: vt autem singulis recte vtamur: sola est nobis sapiētia prestat. Qđ quidem licet in artibus intueri. In quibus illis duntaxat qui artis periti sunt tam materia q̄ instrumētis recte vtuntur. Eadē quoqꝫ ratione vt diuitiis: sanitate: forma: robore: ac cæteris quæ bona vocātur vtamur recte sapientia efficit. Quapropter in omni possessione vsu operatione causa prospere beneqꝫ agendi scientia est. nam qui sine mente & possidet multa & vtit̄ tanto leditur magis q̄to possidet plura pluribusue: abutit̄. Sane q insipiēs: quo min⁹ agit min⁹ errat. Minus errans minus etiam male agit. Minus autem male agens minus ē miser. Agit certe minus: si pauper sit q̄ si diues. Si debilis q si robustus. Timidus q̄ audax piger q̄ vigil: tardus q̄ velox: hebes q̄ sagax. Itaqꝫ nulla eoꝝ quæ in superiorib⁹ bona nuncupabant̄: ꝑ se bona sunt. Nā si illis inscitia præsit: tanto deteriora sunt q̄ eorum contraria. quāto vberius improbo duci amminicula scelerum possunt suppeditare: sin autem prudentia sapiētiaqꝫ illi præsideant tum deniqꝫ meliora. Ipa tamē per se necꝫ bona sunt necꝫ mala sapienti si quidē viro tam aduersa q̄ prospera: deniqꝫ euadūt vtilia recte vtrisqꝫ vtenti: insipienti vero contra. Sola igitur ex ōibus rebus nostris sapientia per se bonum est. Sola insipientia per se malum Cum ergo omnes fœlices esse velimus fœlicitasqꝫ absqꝫ recto reruꝫ vsu haberi non possit rectum vero rerum vsum scientia prebeat: cæteris omnibus prætermissis ōni cum plenitudine tum pietatis studio niti quisqꝫ debet: vt q̄ sapientissimus fiat. sic.n.animus noster deo qui sapientia ipsa est: euadit similimus. in qua quidem similitudine summū plato cōsistere gradum beatitudinis arbitratur.

Imitatio vtilior est q̄ lectio.

Marsilius Ficinus Amerigo Bencio Viro Magnifico.S.D.

a Ccepi hodie tuo nomine græcos platonis nostri dialogos:munus certe magnificum:animo tuo dignum:meo gratissimum. Gratias tibi ago magnas.vtinã immortalem gratiam quandoq͂ cœlestes tibi referãt gratiæ. imitari in hoc sicut in plerisq͂ aliis magnũ Cosmum:vt arbitror:voluisti. is.n.superioribus diebus bibliotecã meam græco ornauit platone. Domum amerige tuum laudo equidẽ imitationem probo. Accommodatior nanq͂ ad virtutem via est imitatio q͂ lectio.sane quemadmodum harmonia: dum presens aures nostras illabitur vehementius afficit q͂ dum preterita cogitatur ac prælium cũ spectatur acrius mouet q͂ cum narratur:sic ægregia viuentiũ. Heroum opera ardentius ad virtutem inflammant exactiusq͂ formant:q͂ veterũ philosophorum de moribus disputantium verba.

Dialogus inter deum & animam theologicus.

Marsilius Ficinus Michaeli Mercato Miniatensi dilecto conphylosopho suo.S.D.

S Aepe de moralibus naturalibusq͂ vna phylosophati sumus dilecte michael. Sepius de diuinis:memini autem te sæpe numero solitã dicere:moralia vsu comparanda esse naturalia ratiõe quærenda. Diuina a deo oratione petenda. Legi etiam apud Platonem nostrum diuina ob vite puritatem reuelari potiusq͂ doctrina verbisq͂ doceri. Hæc igitur atq͂ similia cum sedulo cogitatem cœpi quandoq͂ lugere animo. Vtpute qui & rationi iam diffiderem. Et nondum reuelationi confiderem. Ortus hinc est intimus quidam inter animam deumq͂ dialogns. Hunc audi si placet. Q̃uis existimem te forte proprius iam q͂ nos alloqui deum. DEVS. Misera quid tantum luges anima mea? Pone iam finem o filia lachrimis. En assum tibi pater tuus. Assum medicina salusq͂ tua. ANIMA. O vtinam meus mihi pater aspiret. Ha si putarem posse tantum mihi munus obtingere ha quantum læticia insanirem. Nunc vero quo pacto fieri valeat istud non video:neq͂ .n. qui mihi tantum extrinsecus adest summus est pater meus. Ille si quidẽ naturæ artifex vt opinor interius etiam me prolem suam genuit q͂ natura suã: neq͂ q tm̃ intrinsecus inest summus est pater me⁹: ille siqdẽ maior me est. qui vero intra me est me est proculdubio minor. Quo autẽ modo & intra simul & extra me quicq͂ esse queat ignoro. Hoc me hospes quicunq͂ sis hoc me grauiter angit q sine patre meo viuere nolim: & ipsum reperire posse diffido. DEVS. Pone finem o filia lachrymis ne te afflictes o filia:& non hospes est qui tecũ loquitur:sed domesticus familiarior tibi q͂ ipa tibi, Assum equidem tibi simul & insum. Adsum equidẽ tibi quia insum:insum tibi quia tu es in me:quæ nisi esses in me non esses in te immo omnino non esses. Pone finẽ o filia lachrymis ecce parens: Parens tuus quantũ mole est omniũ minimus tantũ virtute ẽ ma

ximus omniū:& quoniam anguſtiſſimus eſt:eſt intra omnia: Quoniā ampliſſimus extra omnia ecce tibi adſum & intus & extra anguſtia maxima:minima amplitudo. Ecce inquā:nōne vides: Cœlū & terram ego impleo & penetro & cōtineo. Impleo nō impleor quia ipſa ſum plenitudo. Penetro nō penetror:quia ipſa ſum penetrādi ptās. Cōtineo nō cōtineor:quia ipſa ſum cōtinēdi facultas: Non impleor ne indignus fuerim quia copia ipſa ſum. Non penetror ne eſſe deſinā qui ipſum eſſe ſim. Nō cōtineor ne deſinā eſſe deus qui infinitas ipſa ſum. Ecce nōne vides. Ingredior p oīa nō pmixtus: vt & ſupgredi valeā. qui excellētia ipſa ſum. Supgredior oīa nō diſiunctus: vt ſimul & ingredi valeā:& ingredi penitus & vnire qui vnio ipſa ſum:p quā fiūt p quam conſtant quā appetūt oīa. Cur diffidis reperirē parentē o demens: Non difficile reperit vbi ſim:ſiquidē in me ſunt ex me fiūt p me ſeruant quælibet ſemp vbiq₃. Et infinita virtute p infinitū amplificor interuallū. Quin potius nullo modo reperit vbi nō ſim p me quippe hoc ipſum vbi eſt dicitur q₃ vbiq₃:p me ducē:p me lucē agit:& q̄rit q̄dcūq₃ agit q̄ſq₃ & quærit alicubi. Non deſideratur vſq̄₃ niſi bonū:nō repit vſq̄₃ niſi verū: ego ſū oē bonū:ego ſū oē verū. Quere faciē meā & viues. Sed ne mouearis vt me tāgas q ſtabilitas ipſa ſum:ne diſtraharis p varia vt me appbēdas q vnitas ipſa ſum. Siſte motū. Collige multitudinē. Me ptinus aſſequeris:iamdiu te penitus aſſecutū. ANIMA. Huic tam cito me deſeris o mea ſalus. Cur tam repente filiā deſeris ſitibundā: Perge age vlterius: pge precor venerabile numen. Dic obſecro p maieſtatē tuā ſi placet planius:ha fac vt placeat. Dic ergo quia placuerit planius:quid nō es pater meus vt reuiuiſcā: Quid es iterū mi pater vt viuā: DEVS. Nō corporis natura parēs eſt tibi filia. Tanto em̄ melior es q̄to parenti magis obtemperas:es autē tanto præſtantior q̄to magis corpori aduerſaris. Bonū tibi eſt eſſe cum patre:malum tibi eſt eſſe cum corpe: nō animus aliquis te genuit o anima. Alioquin nihil ſup animū cogitares & in ipſa animi mutabilitate ſiſteres gradum:neq₃ ſtabilem prorſus naturam exigeres:non intellectus aliquis multiplex te creauit:non em̄ ſimplicitatem ſummā attingeres. Et intellectus ipſius tibi ſufficeret conſecutio nunc autem id ipſam vitam ad ipſam eſſentiam:ad ipſum eſſe abſolutū intelligendo atq₃ amando adſcendis ſuper quemlibet intellectum neq₃ ſatis tibi intelligētia eſt niſi & bene & bonum intelligas. Bonum vero ipſum tibi ſatis eſt abſq₃ dubio:non enim ob aliam rationem requiris quodlibet niſi quia bonum. Bonum igitur ipſum procreator tuus eſt anima:non bonum corpus:non bonus animus:nō bonus intellectus: ſed bonum. bonum quod quidem in ſeipſo cōſiſtit:extra ſubiecti limites infinitum. Infinitamq₃ tibi tribuit vitam: vel ab euo in euum: vel ſaltem ab initio quodam in ſempiternum. Boni faciem intueri deſideras: mundum conſpice vniuerſum ſolis lumine plenum:lumen conſpice in

materia mundi plenum omnibus rerum omnium formis atq; volubile subtrahe materiam:relinque cætera. Habes animam incorporeum lumen:omniforme mutabile. De me rursus huic mutationem:es iam intellectum angelicum consecuta incorporeũ lumen:omniforme immutabile. Detrahe huic eam diuersitatem per quam forma quelibet diuersa ẽ lumine & aliũ de infusa ẽ lumini:ita vt ea dẽ lumias & formæ cuiusq; essentia sit lumẽq; ipm sese formet p̄ q̄ formas suas formet oia lumẽ hoc ĩfinite lucet:quia natura lucet sua:neq; alterius mixtione inficiẽ vl' cõtrabitur:per omnia est quia in nullo:in nullo est ꝓprie vt equæ per omnia fulgeat:viuit ex se & vita m præstat cunctis:quandoquidem vmbra ei⁹ qualis est ista lux solis:sola incorporalibus est viuifica. Sentit quælibet: sensumq; largitur:si vmbra eius sensus omnes omnibus excitat: amat deniq; singula si maxime sua sunt singula. Ergo quid solis ẽ lumẽ? Vmbra dei: Ergo quid deus est? Sol solis est deus. Solis lumen est deus in corpore mũdi. Deus est solis lumen super angelicos intellectus. Talis vmbra mea est o anima vt rerum omnium corporalium pulcerrima sit. Qualem esse meam lucem existimas? Si tantum mea lucet vmbra quã tum lux mea fulget. Amas lucem vbiq; præ ceteris: immo solam. Ama me solum solam o anima lucem infinitam luceȝ me me in q̄ infinite ama fulgebis iam & oblectaberis ĩfinite. ANIMA. O rem miram quæ admirationem ipsam exuperat. Quis nunc me insolitus vrit ignis? Quis mihi sol nouus: & vnde subrutilat? Quis nam & vnde tantus & tã dulcis spiritus meas modo medullas pungit & mulceat? mordet & lambit Stimulat: & titillat q̄ amara dulcedo hæc est. Cogitare quis possit? etiaȝ amara dulcedo: Quæ me liquefacit pœnitus & euiscerat: Cuius comparatione. Quaue sublata amara mihi vel quæ dulcissima sunt videntur. Quã dulcis amaritudo quæ me dilaniatam conglutinat & redintegrat qua cum mihi vel amarissima quæq; dulcescunt: q̄ necessaria voluntas hæc est: cum bonum ipsum nolle non possum: & aliud quodlibet vitare potius valeam vel differre q̄ boni auiditatem: Nam & si hanc vitare voluero non nisi quia deuitationem ipsam bonam existimauerim: deuitare tentabo: q̄ rursus voluntaria huiusmodi necessitas est. Cũ nihil magis voluntarium sit q̄ bonum. propter qđ omnia immo qđ in omĩbus vbiq; volo: & ita volo: vt velim insup̄ non posse nolle: q̄ viua mors ista est. Quis cogitet per quam in me morior: in deo viuo: per quam morti morior: vitæ viuo & viuo vita: & gaudeo gaudio. O voluptatem super sensum. O lætitia super animum. O gaudium super mentem: Sum equidem nũc extra mentem: neq; amens tamen quia sup̄ mentem. Furo rursus furo nimium: neq; precipiẽ tamen quia tollor in altum. Gestio nunc vndiq; totus: & diffluo: neq; dispergor tamen quia me colligit mecum: quia me viuit secum deus vnitas vnitatum. exultate igitur nunc mecuȝ omnes quorum deus exultatio est: deus meus obuius factus est mihi

deus vniuersi amplexus est me. deus deorum meas modo medullas il-labitur. Iamiam alit me deus ipse totam: & qui genuit me regenerat. Genuerat animam reformat in angelum: conuertit in deum: quam ego gratiã tibi referam o gratia gratiarum. Tu ipse doce me gratia gratiarũ doce precor & presta. Gratia deniq; tibimet deus ipse tu deus esto.

Lex & iustitia.

Marsilius Ficinus Octoni Nicbolino Benedicto Aretino viris consultis Petro pactio & Bernardo Iunio equitibus. S.D.

p Ersuasistis mihi vt græcas Platonis leges latinas efficerem: ad idem cohortatus est me etiam magnus Cosmus. Itaq; feci iam: atq; eo libentius q arbitrabar ciuitati magis opus esse optimis viris consultis q̃ mercatoribus bonis aut medicis. ac tanto magis ꝓfuisse græcis Minoem q̃ Galienũ q̃to animus prestantior est q̃ corpꝰ aut spiritus: et eterna vita q̃ temporalis. Mercatura quippe corpus: Medicina spiritus: lex anima ciuitatis esse videtur & q̃uis multæ videant̃ esse leges in ciuitate non tamen multe sunt ciuitatis animæ. Sicut. n. multæ artes variiq; ciuium gradus non plures ciuitates sed vnicam faciunt si ad finem eundem simili ratione proficiscãtur ita q̃uis multæ sint magistratuum constitutiones in vrbe vnica tamen est publica lex: communis. s. recte viuendi regula ad publicam conducens fœlicitatem. Ad hãc legem deus nos & natura preparant. constitutiones cohortantur deus vnicus deniq; format. Adiuua. n. lege tum lex siderum tum lex hominum proficiscitur. Qᷓobrem omnes legum conditores partim moisem tanq̃ simiæ imitati diuinarum legum verissimum auctorem partim nescio quomodo veritate cõpulsi adeo leges se habuisse sub variis figmẽtis affirmauerunt: egyptiorum legum lator osiris a Mercurio Zautrastes apud Arimaspos a bono numine: Xamolsis apud scythas a vesta. Minos cretensis & Solon Athéniensis ab ioue: Ligurcus lacædemonius ab apolline. Numa rex romanoꝝ a nympha egeria. Maumethes rex arabu; ab angelo Gabriele: noster Plato legum libros exhordit̃ a deo: quem esse ait cõmunem legum omniũ conditorem. Quod etiam in dyalogo qui ꝓtagoras inscribitur confirmauit dicens artes illas quæ advictum pertinent a prometheo hoc est humana prouidentia nobis traditas esse. Legem vero bene fœliciterq; viuendi ab Ioue. i. diuina ꝓuidentia per Mercuriũ hoc est inspirationẽ angelicam fuisse concessam. Non possum amici optimi vim leges nõ admirari. Legis siquidẽ ordo & cõcentus aliquis necessarius est in elementis mũdi animalisq; humoribꝰ in brutorũ victu. In contubernio quoq; latronũ. Hi. n. absq; iusto quodam ordine vna versari non possunt: Quid autẽ dicemus ad hoc? q cũ apud inferos alia nulla sit virtus non desunt: illic tamẽ lex & iusticia quæ pro meritis improbos puniant. Et cum inter beatos nõ sint virtutes ille morales amplius necessariæ quæ ad sedandas corporis sensuumq; ꝑtur

bationes mortalibus conferunt a quibus liberati iam sunt qui beata vita fruuntur lex tamen inter eos & iusticia vigent: que pro dignitate singulos eternis afficiunt premiis seruantqꝫ beatos. Valete fœlices.

De diuino furore.

Marsilius Ficinus Peregrino alio. S.D.

tErcio chalendas decembres Ficinus medicus pater meus duas epistolas tuo nomine ad me figbinnium attulit. Alteraꝫ quidẽ soluta oratione scriptam: versibus alteram: Quibus profecto legendis effectum est vt nostris temporibus admodum gratuler: qꝫ eum adolescentem ꝓtulerint cuius fama & gloria illustrari possint. Equideꝫ peregrine mi suauissime cum ætatem tuaꝫ pariter & ea quæ abs te quotidie proficiscuntur considero: non solum tantis amici bonis gaudeo verumetiam vehementer admiror. Atqꝫ haud scio vt recentiores istos obmittam quis nam e priscis illis quorum memoriam veneramur: tantum in ea qua tu nunc es ætate profecerit: id vero non arti modo ac studio sed & multomagis diuino illi furori sine quo quemq̃ mangnũ vnqꝫ fuisse virum. Democritus ac Plato negant adscribo. Quo te afflari vt ita dixerim ac pœnitus corripi concitatiores quidam motus affectusqꝫ ardentissimi quos scripta tua exprimunt argumento esse possunt: atqꝫ hanc ipsam quæ externis motib⁹ fit concitationem potissimum phylosophi veteres argumentum esse noluerunt vim quãdam in animis nostris esse diuinam. Sed quoniam a nobis de furore mentio facta ẽ de re Platonis nostri sententiã paucis & ea breuitate quã epistola exigit referam: vt quid furor sit. quot in partes deducatur: & quis cuiqꝫ furori deus presit facile intelligas. Quod quidem tum voluptati: tum etiam vtilitati maxime tibi fore confido. Censet igitur ille animũ nostrum priusin corpora laberetur vt etiam pythagoras Empedocles. Atqꝫ Eraclitus antea disputauerant in cœlestib⁹ sedibus extitisse. Vbi veritatis cõtemplatione vt Socrates in phedro inquit nutriebatur atqꝫ gaudebat. Cunqꝫ ii quos pauloante memoraui phi deum summum fontem quendam ac lumen: in quo rerum omniũ exemplaria quas ideas nominant elucescant esse a mercurio trismegisto egyptioꝶ omniũ sapientissimo didicissent necessariũ fore putabant animũ eternã dei mentẽ assidue contemplantẽ rerũ quoqꝫ omniũ naturas clari⁹ intueri. Videbat igitur animus inquit plato ipsam iusticiã: videbat sapientiã videbat harmoniam: & quandã diuine naturæ mirabilẽ pulchritudinẽ atqꝫ has oẽs tũ ideas: tũ diuinas essentias. Tũ primas naturas quæ in eterna dei mẽte sint nominat: quarũ ꝑfecta quadã cognitione hominũ mẽtes q̃diu illic degũt fœliciter nutriantˀ. Cũvero ob terrenarũ reꝶ cogitationẽ appetitionẽqꝫ animi ad corpa deprimũtˀ: tũc qui pri⁹ ambrosia ac nectare .i. dei cognitiõe ꝑfectoqꝫ gaudio nutriebãt cõtinuo in ipa descẽsione flumẽ læthẽũ .i. obliuionẽ diuinoꝶ haurirsie dictur; nec prius ad superos vnde terre

næ cogitatõnes pondere deciderant reuolare ꝗ̃ diuinas illas quarum obliuionem susceperãt naturas recogitare cœperint id aũt duabus vir/tutibus ea videlicet quæ ad mores ea insup quæ ad cõtemplatione ꝑti nent assequi nos philosophus ille diuinus existimat: quarũ alteram cõ muni vocabulo iusticiam alteram vero sapientiam nominat. Quapro pter geminis inquit alis has mea quidẽ sentẽtia virtutes intelligẽs ani mos ad superos euolare: easqꝫ duabus similiter phylosophiæ partibus actiua. s. & cõtemplatiua cõsequi nos in phedrone socrates differit. Vn de ipse idem in phedro sola inquit philosophi mens recuperat alas. In hac aũt ipsa alarũ recuperatione abstrahi a corpore illarum vi animum deoqꝫ plenũ ad superos trahi: ac vehemẽter anniti. Quam quidẽ abstra ctionem ac nixum. Plato diuinũ furorem nũcupat. Eumqꝫ quatuor in partes distribuit: neqꝫ em̃ diuinorũ putat nunq̃ hoies reministi nisi qui busdam eorũ quasi vmbris atqꝫ imaginibus quæ corporis ꝑcipiuntur sensibus excitentr̃. Itaqꝫ Paulus ac Dyonsiius xp̄ianorum theologorũ sapiẽtissimi inuisibilia dei asserũt ꝑ ea quæ facta sunt: quæqꝫ hic cernun tur intelligi: diuine vero sapiẽtie imaginẽ esse plato vult hominũ sapiẽ tiam. Diuinæ harmoniæ imaginẽ hanc ipsam quã a vocibus instrumẽ/tisqꝫ musicis fingimus harmoniã: diuinæ aũt pulchritudinis eam quæ ex partium membrorũqꝫ corporis aptissima compositione conficit̃ cõ ueniẽtiam venustatemqꝫ imaginẽ esse censet. Cum vero sapiẽtia nullis aũt certe ꝑ paucis hominibus assit nec vllis corporis sensibus compræ hendatur: efficitur vt diuinæ sapientiæ similitudines apud nos perpau ce sint & equidem sensibus nostris occultæ ac prorsus ignotæ. Qua/proter Socrates in phedro simulacrum inquit sapiẽtie oculis cerni nul lo modo posse quid si cernatur mirabiles amores diuinæ illius cuius id simulacrum est pænitus excitaturum. At vero pulchritudinis diui/næ similitudinem oculis cernimus: harmoniæ vero imaginem auribus adnotamus: quos Plato sensus omniũ qui ꝑ corpus fiant perspicacissi mos arbitrat̃ quo fit vt iis quæ corporibus insunt quibusdam quasi si mulachris in animũ ꝑ sensus corporis haustis reminiscamur quodam/modo rerum earum quas extra corporis carcerem constituti antea no ueramus: Qua quidem recordatione exardescit animus alasqꝫ cõmo/uens iamiam a corporis cogitatione sordibusqꝫ sese paulatim emacu/lat diuinoqꝫ furore prorsus afficit̃: atqꝫ his duobus sensibus quos pau lo ante cõmemoraui geminæ furoris species excitant̃. Etem̃ pulchritu/dinis specie quẽ oculi porriguntvere atqꝫ intelligibilis pulchritudinis quandam quasi recordationẽ recuperãtes eam ineffabili occultoqꝫ mẽ tis ardore desideramus: hunc deniqꝫ plato diuinũ amorem vocitat eũ diffiniens: profectũ ex aspectu corporee similitudinis desideriũ ad con templandam rursus diuinã pulchritudinẽ redeũdi: præterea necesse est eum qui sic afficitur nõ modo supernam illam pulchritudinem deside/

rare: verum etiam eius quæ oculis patet: aspectu admodũ delectari. Sic
eñ natura institutũ est vt qui aliquid appetit eius quoqꝫ similitudine
delectet̃: at illud crassioris ingenii corruptioisqꝫ naturæ proprium esse
putat siquis vmbras duntaxat vere illius pulchritudinis concupiscat:
nec aliud quicq̃ꝫ præter illam quæ oculis offertur speciem admittetur:
hunc eñ eo amore cuius petulantia atqꝫ lasciuia comes est: affici vult eũ
diffiniens irrõnalem atqꝫ insolentem eius quæ sensu præcipit̃ circa cor
poris formã voluptatis cupidinem: & aliter hũc amorem diffinit ardo
rem animi proprio quodãmodo in corpore mortui in alieno viuẽtis.
Vnde amantis animũ inquit in alieno corpore vitã ducere: Quod imi
tantes epycurei amorem diffiniunt nixum quendã corpusculorũ quas
athomos vocãt sese ei a quo simulachra pulchritudinis hausta sunt: pe
nitus infundendi huiusmodi plato noster amorẽ ab humanis morbis
nasci dicit & cura sollicitudineqꝫ pleuũ esse: eumqꝫ iis hominibus cõue
nire quorum meas adeo tenebris offusa sit: vt nihil altum: nihil omni-
no egregiũ: nihil præter fragilem ac fluxam corpusculi huius imaginẽ
cogitet: nec auras respiciat clausa tenebris & carcere ceco. At quibus
ingenium a corporis luto abstractum est atqꝫ absolutuꝫ eiusmodi sunt
vt cum corporis cuiuspiam forma venustasqꝫ obiicit̃ eius primo aspe-
ctu vtpote diuinæ pulchritudinis similitudine didecentur.] Verum ex
hac imagine statim in memoriam diuinã illam reducãt quã imprimis
admirent̃: ac vere desiderent cuiusue ardentissimo desiderio ad supe-
ra rapiant̃. Atqꝫ hunc primũ euolandi conatũ diuinam Plato alienatio
nem furoremqꝫ nuncupat. Hec iam de eo furore quem per oculos fie-
ri diximus satis esse vident̃ per aures vero concentus quosdam nume
rosqꝫ suauissimos animus haurit. Hisqꝫ imaginibus admonetur atqꝫ ex
citatur ad diuinam musicã acriori quodam mentis & intimo sensu con
siderandam. Est aũt apud platonicos interpretes diuina musica duplex
alteram profecto in eterna dei mente consistere arbitrant̃ alteram vero
in cœlorum ordine ac motibus qua mirabilẽ quẽdaꝫ cœlestes globi or
besqꝫ concentũ efficiunt. vtriusqꝫ vero animum nostrum anteq̃ꝫ corpo-
ribus clauderetur participem extitisse: verũ iis in tenebris auribus ve-
lut rimulis quibusdam ac cunctis vtitur hisqꝫ imagines vt sæpe iam di
ximus musicæ illius incomparabilis accipit. Quibus in eius qua antea
fruebatur harmoniæ intimam quandam ac tacitam recordationem re-
ducitur totusqꝫ desiderio feruet: cupitqꝫ vt vera musica rursus fruatur:
ad sedes proprias reuolare. cunqꝫ id se q̃ꝫdiu teneqroso corporis habi-
taculo circumsepta est adipisci nullo modo posse intelligat: eam cuius
hic possessione frui nequit nititur saltem pro viribus imitari. Est autem
hæc apud homines imitatio duplex. Alii nanqꝫ votum numeris vario
rumqꝫ sonis instrumentorum cœlestem musicam imitantur. quos cer-
te leues ac pene vulgares musicos appellamus: nonnulli vero grauio

ri quodam firmioriq; iudicio diuinam ac cœlestem harmoniam imitã tes intime rationis sensum notionesq; inuersum pedes ac numeros digerunt: hi vero sunt qui diuino afflati spiritu grauissima quædam ac p̄clarissima carmina ore: vt aiunt rotundo prorsus effundunt. Hanc Plato grauiorem musicam poesimq; nominat: efficacissimã harmoniæ cœlestis imitatricem: nam leuior illa de qua pauloante mentionem fecimus vocum duntaxat suauitate permulcet. Poesis autem quod diuine quoq; harmoniæ proprium est vocum ac motuum numeris grauissimos quosdam & vt poeta diceret delphicos sensus ardentius exprimit: quo fit vt nõ solum auribus blandiatur. Verum etiam suauissimũ & ambrosiæ cœlestis simillimũ menti pabulum afferat: ideoq; ad diuinitatem propius accedere videatur: Oriri vero poeticum hunc furorẽ a musis existimat: qui aute3 absq; musarum instinctu poeticas ad fores accedit sperans quasi arte quadam poetam se bonum euasuurm manẽ illum quidem atq; eius poesim esse censet. Eosq; poetas qui cœlesti inspiratione ac vi rapiunt: adeo diuinos sæpe numero musis afflatos sensus expromere: vt ipsemet postmodum extra furorem positi quæ protulerint minus intelligant. Atq; vt arbitror: Musas diuinus ille vir cælestes cantus intelligi vult ideoq; canoras & camenas a cantu appellatas esse dicunt. Vnde musis id est cœlestibus numinibus atq; cantibus diuini homines conciti ad eorum imitationem poeticos modos ac numeros meditantur. Itaq; in repub. Plato cum de spherarum cœlestium volubilitate tractaret singulas ait sirenas singulis ordib⁹ insidere significans spherarum motu vt Platonicus quidam inquit cantum numinibus exhiberi. Nam siren deo canens græce recte exprimitur theologi quoq; veteres nouem musas octo spherarum musicos cãtus & vnam maximam quæ ex omnibus conficitur harmoniam esse voluerunt: hac igitur ratione poesis a diuino furore furor a musis: Musæ vero a ioue ꝓficiscuntur: nam mundi totius animũ sæpenumero iouem platonici nuncupant qui cœlum ac terras camposq; liquentes lucẽtemq; globũ lunæ titaniaq; astra intus alit: totamq; infusus per artus agitat molem: & magno se corpore miscet: ex quo efficitur vt a ioue totius mundi spiritu ac mẽte quoniam cœlestes mouet spheras atq; regit earundẽ quoq; cantus musicis quas musas nuncupant oriantur. Quapropter Platonicus ille clarissimus ab ioue principiũ musæ: iouis omnia plena. Quoniam & vbiq; ille animus qui iupiter dicitur viget: atq; implet omnia: & cælum quasi citharam quandam vt alexãder milesius pythagoricus inquit. Exagitans cœlestem efficit harmoniã itaq; orpheus vates ille diuinus: iupiter inquit primus est iupiter nouissimus iupiter caput: iupiter medium. Vniuersa autem Ioue nata sunt: Iupiter fundamẽtum terra ac cœli stelliferi: iupiter prodiit masculus iupiter incorruptibilis spõsa: iupiter spiritus speciesq; omniũ: iupiter radixponti iupiter indefessi

ignis motus: iupiter sol & luna: iupiter rex & princeps omnium abscõdens lucem: rursus emisit ex almo corde operans cogitata: ex quibus intelligitur iouẽ omnibus infusum corporibus continere: atq alere cũcta: vt non immerito dictum sit: iupiter est quodcunq vides quodcunq moueris. Sequuntur post hæc reliquæ furoris diuini species quas ille bifariam diuidit: Earumq alteram circa misteria: alteram circa futurorum euentus. quod vaticinium vocat versari putat. Primum quidem furorem definit vehementiorem animi cõcitationem in iis quæ ad deorum cultum religionem expiationem sacrasq cerimonias pertinent perficiendis. Affectum vero mentis: qui eiusmodi furorem falso imitatur superstitionem nominat. postremam vero furoris naturã in qua vaticinium ponit nihil aliud esse putat: nisi diuino afflatu inspiratam p̃sensionem: eamq propriori vocabulo: diuinationem ac vaticinium nominamus: Quod si animus in ea ipsa diuinatione acrius exarserit furorem nuncupat. Cum mens a corpore abstracta diuino instinctu concitatur: siquis autem humana potius solertia: & sagacitate q̃ diuina infusione futura præuiderit: huiusmodi p̃sensionem prouidentiam cõiectionemq appellandam censet. Ex iis omnibus iam perspicuũ est quatuor diuini furoris species esse. Amorem poesim mixteria: vaticinium: amorem diuinum amor ille alter vulgaris penitusq insanus falso imitatur poesim leuior vt diximus musica mysteria superstitio diuinationem coniectio primum quidem furorem veneri alterum musis: terciũ dyonisio postremum appollini apud Platonem socrates tribuit. Cæterum in eo furore qui ad amorem diuinum poesimq pertinet describendo duabus de causis longior esse malui quod videlicet vtroq te affici vehementer agnoui: & vt memineris quæ a te scribuntur ab Ioue musisq quarum spiritu ac diuinitate compleris non abs te proficisci. Quapropter o mi peregrine iuste pieq feceris: si tu hactenus te egisse arbitror maximarum optimarumq rerum nec te nec aliũ omnino quẽ q̃ hominnm: sed immortalem potius deuz auctorem ac principiũ esse cognoueris. Vale ac tibi persuade nihil mihi te charius esse. Fighini. Klis. D. M. cccclvii.

Excusatio p̲lixitatis.
Marsilius Eicinus Magno Cosmo. S. D.

LAurentius pisanus sacerdos exposuit tui gratia Salomonis cãticum canticorum atq octo & decem iam libros si recte memini pro vnius libelli expositione composuit. Si miraris Cosme q tam prolixe loquatur Laurentius cum salomon tam breuiter sit loquutus. respondeo ob hoc ipsum cõgi Laurentiũ fore prolixum quia Salomon breuissimus fuit. Quanto enim magis Salomonis nodus

implicatus est tanto pluribus ad explicandum opus est machinis. Laudat laurentii scripta nicolaus tignosius fulginas insignis philosophus. Probo & ego licet a prolixitate soleam abhorrere. At ideo nõ videtur mihi opus illud nimis magnum quia nihil ferme in theologia magnũ reperio quod non illuc ille cõgesserit sed ne ego quoq dum prolixitatẽ excuso sim prolixior. Vale.

De diuinatione & diuinitate animæ.

Marsilius Ficinus Florentinus Matheo Corsino conphilosopho suo. Salutem. Dicit

a Lexandra mater mea nata est ex patre Ioanne & matre Angela Alexandra sichini erat ioannes inuarchii oppido. Angela vero florentiæ. Hæc ad ioannem & alexandrum scripsit se benevalere ac die sequenti reddituram: illi lectis litteris & nocte facta dormientes angelam viderunt eadem hora ambo. Alexandræ quidem in uestibulo domus apparuit: & cum filia matri tanq̃ reuertenti congratularet̃ mater filiæ amplexus effugiẽs. vale ait & da operam: vt pro me sacerdotes deum orent. ioanni autem inquit. O quantũ fortunam tuam doleo mi ioannes: Vale: & iube pro me deum orari. Repente ambo iis visis excitati exclamauerunt: eam mortuam iudicãtes. Florentiam miserunt. Renuntiatum est illam ea nocte: ex hac vita migrasse: miraris hæc. Corsine Audi & aliud eque mirãdum mater mea filium statim natũ nutrici rusticæ tradidit. Decimaseptima inde die dormiens meridie videtur ipa sibi maxima cordis anxietate premi. Atq̃ a matre sua iampridẽ mortua sublevari: dicenti noli te affligere filia: sequenti die rustici ad eam filiũ a nutrice suffocatum referunt. mitto q̃ somnians præuidit futurum mariti eius ficini medici casum ex equo: & locum vbi casurus erat & singula mitto & alia multa: satis vero sit ad presens duo illa supiora narrasse. Ex quibus duo precipue confirmari videntur: vnum videlicet animas hominũ quæ ꝓpter temperatã complexionem: vitæ puritatẽ: soni abstractionẽ a corpe quodãmodo separant̃ q̃plurima diuinare: vtpote quæ natura sua diuinæ sunt: & quãdo in se reuertunt̃ suã exercent diuinitatẽ. alterũ vero animas defunctoꝝ solutas a corporũ vinculis erga nosse nõ nihil & humana curare. Quod hesiodus cecinit: & plato noster in legibus confirmauit. Hos aũt heroas om̃is antiquitas appellabat. Vale.

Modus laudis absq̃ adulatione.

Marsilius Ficinus Francisco Castiliolonensi theologo. S. D.

l Egi expositiones tuas circa Dauidis prophetæ misteria. Cupio exclamare francisce. Sicut deus Dauidem repperit virum secundum cor suũ ita dauidem te virũ secundũ suũ cor repperisse. Sed vbi adulationis suspicatur opinionem inmeret præstat q̃ explicare: Saluta Georgium Anthonium Vespuccium virum humanitate doctrinaq̃ insignem. Vale.

Solitariæ vitæ vtilitas.

Marsilius Ficinus Gregorio Epiphanio sacerdoti cōpho suo, S.D.

d Eus vnitas stabilis est: & status vnicus. Hæc a platonicis nr̄is: vt te non latet subtiliter disputant̄. Quisquis igitur deū assequi vult multitudinē ꝑ viribus motumqꝫ deuitet: secedamus ergo mi Gregori in vnicā stabilemqꝫ mentis speculam. Illucescet nobis illic ꝓtinus: vt plato inquit: inuisibile lumē. Verum vt commodius hoc ii temporibus efficere cōtinuareqꝫ valeamus statui tp̄us aliquod montē vecchium illū mihi a magno Cosmo donatū colere. Illic tu mecum eris Audisti ꝓuerbium illud: nullius boni possessionem absqꝫ socio iocundum esse. Ego aūt nescio quē sociū illic iis temporibus iocūdiorem te possim habere. Vale & ad nos vola.

De modestia componendi.

Bessarion Cardinalis sabinus Marsilio ficino platonico. S.D.

ſ Pectate docteqꝫ vir amice noster superioribus lr̄is elucubratū opus nostrū & nup editum. In defensionem Platonis nos ad te missuros ꝓmisimus: tum ob ingeniū tuum & Platonice doctrinæ studium eximiū: tum vt quid nos ex illo fonte hauserimus: facile ꝑspicias: & legas: siquid enim in hac industria nostra vel eloquentiæ vel bonarum artium cognitionis eluxit. Siquid fuimns: id omne vel nos ab illo accepisse: vel ipsum sibi se defendendo suppeditasse facile existimari patimur & volumus. quod nō nihil quoqꝫ ad illius laudem ꝑtinere videt̄ vt suis viribus: sua amplitudine causam pro se dixerit. alieno auxilio non eguerit voci tantum patroni locū reliquerit ac studio. Hunc librum ad te dedimus iis qui curam hic gerūt rerum illorum ex medicis: quo mittendo cū fidei & ꝓmisso nostro omnino tum studiis tuis atqꝫ animo erga Platonē non nihil satisfactum esse putamus bene vale. & an librum acceperis nos facies certiores ex vrbe idibus septembris. Mcccclxix.

De laude platonicorum interpretum.

Marsilius Ficinus Florētinus Bexarion græco cardinali Sabino. S.D.

p Lato nr̄ venerāde pr̄: cū in phedro vt te nō latet subtiliter ꝑ copiose de pulcritudine disputasset pulcritudine animi a deo quā sapiam: & aurū appellauit p̄ciosissimū postulauit: aurū hoc platoni a deo tributū platonico in sinu vtpote mūdissimo fulgebat clarissime. Verbis aūt & literis licet luculentissimus mente tamē obscurioribus inuolutum euasit obscurius: & quasi terreno quodam habitu obsitum eos homines latuit: qui linceos oculos non habebant. Quobrem nonnulli quondam minutiores philodoxi exteriori gleba decepti cū non possent ad intima penetrare latentem thesaurum cōtemnebāt. Verum in Plotini primū porphirii deinde & Iamblici: ac deniqꝫ ꝓculi officinā aurum illud iniectum exquisitissimo ignis examine excussis are-

nis enituit vsq3 adeo vt omnē orbem miro splendore repleuerit. Tan/tis vtiq3 radiis noctue siue bubones quidā: vt videt̃ offensi sacrū illu3 Platonis nostri thesaurū nō solum spernere: vt nō nulli quondam: sed proh nefas improbare cepærunt: quod multo erat priori errore deterius. Verum Bexarion achademie lumen medelam ꝯfestim ebetibus & caligatis oculis adhibuit saluberrimā: vt aurum illud nō solum mūdū sit. & splendidū: verum etiā tractabilē manibus oculisq3 innoxiū. Hoc vaticinatus Plato fore tempus multa post secula regi dyonisio inquit quo theologiæ mysteria exactissima discussione velut igne aurum purgarent̃. Venerunt: iam venerunt secula illa Bexarion: qbus & platonis gaudeat & numen & nos oīs eius familia sūmopē gratulemur. Vale.

Exhortatio ad scientiam.

Marsilius Ficinus Anthonio pactio. S.D.

l Aurentius medices: duo in te laudat p̄ ceteris magnificentiā & acumen: Laudo & ego: sed antoni magnificētie quidem vsu comparare tibi ceteros potes: acuminis aūt exercitatōe comparare tibi teipsum: si tantū doctrinæ studaeris quantū liberalitati iandudum indulges nō dubito breui te ita omniū doctissimū fore quemadmodum nunc es magnificētissimus omniū. Age p̄cor Antoni mi suauissime cōmenda teipsum tibi sicuti ceteros cōmendatos habes. Laurētius nr̃ ait te nō modo erga doctos magnificum eē verū etiā abūde doctū. Credo equidē atq3 gratulor. At nō prius satis mihi feceris q̃3 tātū scientia quantū magnanimitate excellueris: si tibi eruditissimi quiq3 in primis placent: da operā: vt tibi ipse p̄ cæteris placeas: quid ergo ordo in omnibus plurimū: immo totum valet: statue oro tibi quotidie horas quatuor reliquas. vtcunq3 placet: amicis dona. Bene Vale: sed vis ne valere bene? Bene disce: & disce p̄cor hodie. Qui cras discit nūq̃3 discit. viii. Nouemb. Mcccclxxiii.

Consolatio in alicuius obitu.

Marsilius Ficinus Sismundo stufe consolationē dicit.

f I quisq3 nostrū id maxime est quod in nobis ē maximū quod ꝑmanet semꝑ idem: qua nos ipsi capimus: certe animus homo ipse est corpus aūt est hominis vmbra. Quisquis igit̃ vsq3 adeo delirat vt hoīs vmbram: hoiem eē putet hic miser in lachrymas instar narcissi resoluit̃. Tunc desines sismūde flere cū desiueris alberiā tuā albitiam in nigra eius vmbra querere: atq3 cæperis eam in alba sui luce sectari. Tunc em̄ illam tanto reperies pulchriorē q̃3 cōsueueris quāto ab umbra deformi remotiorē. Secede in animū tuum p̄cor. Ibi animā illius speciosissimam tibiq3 charissimam possidebis. Immo ex animo tuo in deum te recipe. illic ideam pulcherrimam ꝑ quam diuinus artifex alberiam tuam creauerat: cōtemplabere. Et quāto formosior illa in opificis forma est q̃3 in se ipsa tāto eam ibi beatius amplecteris. Vale primo Augusti. M. cccclxxiii. Florentiæ.

Laus breuitatis.

Marsilius Ficinus: angelo politiano poetæ homerico. S.D.

c Ircunferunt: vt ais ep̄le quædam meo nomine quasi aristippi-ce & quadā ex parte lucretiane potius q̄ꝫ platonice: si meæ sunt angele nō sunt tales. si tales sunt non meæ ille quidē sed a detra-ctoribus meis ꝯficte. ego em̄ a teneris annis diuinū platonē quod nul-lus ignorat sectat⁹ sum. Sed facile hoc signo scripta nostra discernes ab alienis. In ep̄lis meis sentētia quædā semp ꝑ ingenii viribus aut mora-lis aut naturalis est: aut theologica. Quod si quid interdū quodammō amatorium inest platonicū illud quidē & honestum: non aristippicum: & lasciuū laudes aūt vere & tales vt exhortenť atqꝫ admoneāt nō adu-lenť. Verba pene nulla sup̄flua: statui em̄ ab initio studiorum meorum semp q̄ꝫ breuissime possem scribere: nam in tanta tēporis breuitate lo-qui sup̄flua philologi est potiusq̄ꝫ philosophi. Et cū paucissimi sint qui-bus multa sint nota: sæpe qui multa loquuntur aut falsa aut sup̄flua lo-quunť aut vtrāqꝫ: Omnia hæc a viri dignitate aliena ad philosophi ꝓ-essionē alienissima. Vale.

Quantum vtile sit alere doctos.

Marsilius Ficinus Laurentio medici viro magnanimo. S.D.

d Iuites alii ferme omnes. ministros nutriunt voluptatum: Tu sa-cerdotes musarū nutris: Perge p̄cor mi laurenti. Nam illi volu-ptatum serui euadent. Tu vero musarum delitiæ: summus mu-sarum sacerdos homerus in italiam te duce venit. Et qui hactenus cir-cum vagus & mendicus fuit tandem apud te dulce hospitiū aperit rep-perit: Nutris domi homericū illum adolescentē angelū Politianū qui grecam homeri ꝑsonam latinis coloribus exprimat. Exprimit iam: At qꝫ id quod mirū ē in tam tenera etate ita exprimit: vt nisi q̄s græcū fuis-se homerū nouerit dubitaturus sit: e duobus vter naturalis sit & vter pi-ctus homerus. Delectare iis pictoribus medices vt cepisti. Nam cæte-ri pictores pietes ad tp̄s ornāt. Hi vero ī euū habitatores illustrāt. Vale

Laus opificis nō a verbis sed ab opere.

Marsilius vicinus Laurentio & Iuliano medicibus. S.D.

a Ccipite leto animo medices Naldi Florentini poema & bene-dicti coluccii pistoriēsis declamationes. Alter est phœbi delitiæ. Alter mercurii comes. Non libet eos parce laudare. Cum vide-antur supra modum esse laudandi: non licet eos mihi laudare multum: ne laudatores laudando meos me ipsum extollere videar. Tacebo igi-tur ego horum pictorum virtutes inspicite ipsi tabulas diligenter. Pi-cture loquentur cum loquitur pictor loquitur male. Cum pictura lo-quiť bene loquitur. Vanus est opifex q ab alio magis q̄ꝫ ab ipso ope-expectat honorē non pendet operis virtus ex iudice: sed opus iudici cōmendat artificē. Valete.

De virtutibus ciuilibus purgatoriis purgati animi exemplarib⁹.

Marsilius Ficinus Francisco Lapaccino & megliori crescio. S.D.

i Lli deum querunt recctissimo calle. Qui primo per ciuiles virtutes affectus animæ nimium luxuriantes aliquantū amputant Demum per virtutes purgatorias eos pene adviuū vsq; resecāt Tercio loco per virtutes animi iam purgati ꝓviribus radicitus illos extirpant: Quibus quantum homini possibile est eradicatis deniq; virtutibus exemplaribus quæ sunt in deo: formantur nam tria illa virtutum genera gradus quidam sunt: quibus paulatim ad diuinas virtutes accedimus. omnis autem naturalis motus finem suū aliquando potest attingere: & oīs preparatio quæ naturaliter ordinatur ad formā & formam ipsam aliquando consequi potest.

De sapiente & fœlice viro.

Marsilius Ficinus Antonio seraphico Compħo suo miniatēsi. S.D.

ſ Apientem virū fœlitemq; eum puto: qui cum ex solo pendeat deo in mediis calamitatibus viuit letus. Quem nec metus exanimat: nec dolor excruciat: neq; voluptas corrumpit: neq; libido inflammat. Qui inter densissimas spinas molles speciososq; flores legit: qui ex stercore margaritas eruit atq; effodit. qui in profundis videt tenebris: qui compedibus grauatus & vinculis circumstrictus veluti liber solutusq; percurrit. quē deniq; spiritus cœlestis afflauerit: imitare igitur vt cæpisti pytagorū & socratē & Platonem: qui non minus agendo q̄ disputando: inuita etiam fortuna philosophabant̄. Philosophiā quā multi lingua ipsi pectore toto colebant. Frustra sapit seraphice qui non sibi ipse sapit. Vale & in tuis moribus perseuera.

Bona scribere præstat q̄ multa.

Marsilius Ficinus Angelo politiano poetæ homerico. S.D.

q Vid totiens quæris librorum meorū titulos Angele: An forte vt tuis me carminibus laudes: at non in numero sed in electione laus: non in quātitate: sed in qualitate bonum. An potius vt mea apud te habeas omnia: Quoniā amicorū omnia cōmunia sint: vtcunq; sit accipe qđ petieras. E græca lingua in latinam trāstuli ꝓculi platonici phy sica & theologica elementa. Iamblici calcidei libros de secta pythagorica quatuor. Theonis smyrnei mathematica. Platonicas speusipi definitiones. Alcinoi epitoma platonicū. Zenocratis librū de mortis consolatione. Carmina simbolaq; pythagore. Mercurii trismegisti librum de potentia & sapientia dei. Platonis libros oēs. Composui autem comentarium in euāgelia. commentariolum in phedrum platonis cōmentarium in platonis philebum de summo bono Commentarium in platonis conuiuiū de amore: composui physiognomiam. Declarationes platonitæ disciplinæ ad christophoꝝ landinum: quas postea emendaui: compedinum de opinionibus phylosophorum circa deum & ani

mã. Economica: de voluptate: de quatuor phylosophorum sectis. De magnificentia. De fœlicitate. De iusticia. De furore diuino. De consolatiõe parentũ in obitu filii. De appetitu. Orationẽ ad deũ theologicã. Dialogũ inter deũ & animã theologicũ. Theologiã de imortalitate animorũ in libros decemq̧ diuisam. Opus de christiana religione: disputationes coutra astrologorũ iudicia: de raptu pauli in tertium cœlũ: de lumine argumentũ in platonicã theologiã. de vita & doctrina platonis: de mente questiones quinq̧. Phylosophicũ epistolarum volumen. Vtinã angele tam bene q̃ multũ scripserimus vtinã tantũ cæteris nostra placeant: quãtũ ego tibi tuq̧ mihi. Vale.

Exhortatio ad scientiã.

Marsilius Ficinus Nicolao albitio. S.D.

Vdisti prouerbiũ illud mi nicolae: nihil lucro dulcius. At qs hominũ lucratur: Qui quod suũ futurũ est adipiscitur. Nostrũ est quod scimus. Cætera vero fortunæ. Inuideant homũculi diuitibus quorũ arca diues est non animus. Tu emulare doctos bonosq̧ viros: quorũ mens deo similis. Condiscipulos tuos admone vt scyllã caueant & caribdim. Voluptatũ videlicet illecebras pestiferaq̧ mentis inflãmationẽ opinantis potiusq̧ scientis: meminerint eam sibi quandoq̧ summã voluptatem fore quæ in summa animi parte ex summo veritatis ipsius thesauro tunc demum percipietur: Cum inanium voluptatũ vmbras stientiæ gratia post habuerint. scientiæ arbor: & si radices aliquantulũ amaras habere videtur: fructus tñ pfert q̃ suauissimos. meminerint p̃terea nũq̃ nimis fieri qđ nũq̧ satis fit: Nondũ satis didicit q adhuc q̃ q̃ dubitat. Dubitamus autem q̃diu viuimus. Tamdiu igitur discendum nobis est q̃diu viuendum: imitandus sapiens ille solon: qui etiam moriens discere aliquid nitebatur. Vtpote qui veritatis pabulo alebatur & cui mori nihil erat aliud q̧ reuiuiscere. non potest mori vnq̧ qui immortali vescitur alimonia. Tũc primum appellatus fuit ab apolline socrates: sapientissimus omniũ cum primum vulgo prædicare cœpit se nihil scire: mandauit discipulis suis pythagoras vt se in spceulo non ad lucernæ: sed ad solis lumen specularentur. Quid est autẽ scintilla lucernæ: nisi parum adhuc eruditus animus. Quid solis lumen: nisi mens quæq̧ eruditissima. Cum ergo quis animi sui figuram appetit speculari non cũ indoctis seipsum: imo cum doctissimis conferat: sic. n. clarius discernet quantum lucratus fuerit quantũue supsit: in pascendo animo lurcones auarosq̧ imitari debemus: qui semper ad id qđ reliqui superest animũ intendũt: Quid plura: vitæ magister ait: Non esse aratorem illũ præmio dignum: qui retro sese vertit. Audisti & illã ob hoc ipsum ex viuente in statuã fuisse conuersam. Audisti rursus orpheum tunc eurydicen hoc est profunditatem iudicii amisisse cum retro respexit. Iners & vanus est venator q regreditur non progreditur. Vale.

Inuitatio ad scribendum.

Laurentius Medices Marsilio Ficino Platonico.S.D.

c Vm isthinc huc iucundissime marsili me reciperem: tecum verbis egi atq; impetraui: ne absentes diutius litteras tuas desideraremus. Quodquidem facturum te recepisti: verum cum quatuor iam post discessum dies præterierint neq; adbuc tuæ litteræ perferantur: cum aliorum tamen familiarium & necessariorum nostrorũ plereq; perlate ad nos fuerint: tuam in scribendo tarditatem: & miror: & doleo: nam sane existimabam si par in ambobus beniuolentia vigeret: par scribendi studium quod amoris officium est nõ defuturum. Cœpi egomet primum excusationem tuã mecum agere: mibiq; ipi tuo nomine dicebam. Pbilosopbiæ forsitau studia: quæ totum atq; integrum bominem exigunt: in causa sunt: Cur ad nos marsilianæ litteræ nõ pferuntur. Facicbatq; incredibilis prope noster amor: vt bonestissimam omniũ de te apud nos excusationẽ facerẽ. Quæ quidem excusatio ita apud me valuit vt paucarum borarum expectatio difficilis ad modum nõ videretur. Cum vero quæ ego boris metiẽda ducebam pluribus diebus metiri me oportere pspexerim: nullus iam patuit excusationi loc⁹. Atq; ego qui defensionis tuæ curam susceperam: Cœpi toto animo cogitare quibus te modis cum plures in mentem venirent: accusarem. Totq; offensionum in te genera inuenio: vt si Demostbenem & Ciceronem nostrum causæ tuæ patronos nactus sis reum tamen futurum te pro certo babeã. Q đ si te facti nõ penitet neq;.n. aliud penitẽtiæ signũ q̃ tuas lr̃as desidero: Scito te cõmunis amoris nostri iudiciũ subiturũ. Naʒ coram buiusmodi iudice causam agere iubet quo aut equiorẽ aut iustiorẽ: aut qui verior animi nostri testis esse possit nullum inuenimus. Is tibi triuʒ tantũ dierũ spaciũ ad scribendũ tribuit. Quibus p̃teritis te nisi scripserẽ reum futurũ pollicetur: sed dices tu quid ad laurentiũ scribam: nibil babeo de rep. nibil de rebus domesticis neutrũ abs te expecto. Cũ vtrũq; in teipso neglexeris: scio te nõ magis de alienis q̃ de propriis curiosuʒ esse quid igit̃ scribendũ tibi est: Quæcũq; in mentẽ veniũt. Nibil ex te pficisciẽ nõ bonũ: nibil cogitas nõ rectũ: nibil itaq; scribi a te potest nõ nobis vtile nõ iucundũ. Quodq; facit vt tuas supra modũ litteras desiderẽ illud ẽ q in tuis litteris ita lepos cũ grauitate immixtus pspicit̃ vt si lepide cõsiderent̃ omnia leporis plena: si grauiter ita grauia videãtur vt nibil supra. Quapropter cũ primũ tibi scribẽdi facultas datur diuti⁹ rogo ne differas. Neq; patiare tãdiu nos lr̃as tuas desiderare Vale pisis

Gratiarum actio.

Marsilius Ficinus Laurentio Medici viro magnanimo.S.D.

m Vlta abs te quondaʒ & magna accepi beneficia Laurenti. Nuc vero maximum atq; gratissimũ: videlicet diui cbristopbori templum: sed cur nondum tibi gratias egi: Quia noueram non mi

bi; sed tibi illud fuisse collatum. Quicquid enim hac in re factum est per te est & tui gratia factum. Suspicabar igitur hactenus nescio quomodo ne forte tu solus rei huius possessionem aditurus esses quæ tibi tota soli; tradita fuerat. Postq̃ vero pisas abisti cognoui statum quo tibi vnico á Reneriis datum fuerat mihi abs te tunc esse concessum. Ergo nũc primum tibi gratias ago. O quantas? Non quantas Marsilius capit pusillus homo: sed quãtas vir grandior laurentius. Immo quãtas ingẽtissimus gigas ille diuus christophorus tanto ferme atlante grandior quãto qui cœleum capit amplior est q̃ cœlũ. Nempe atlas cœlũ christophorus cœli fabrum dicitur humeris substinuisse: Diurnis præterea nocturnisq̃ præcibus cœlestem hunc oro gigantem vt patronum meum inter varios ciuilium negociorũ fluctus iisdem substineat humeris quib⁹ patronum suum per maria substulit. Vale. xiii. Ianuarii. M.cccclxxviii. Florentiæ.

Amatoria.

Laurentius Medices Marsilio Ficino Platonico. S.D.

C Redo iam doctissime Marsili vera; illam esse plotini si recte memini de anima sententiam q̃ a te in theologiæ libro posita ẽ animas scilicet nostras eodem tempore vbiq̃ esse. Nam qđ cõpluribus in eo libro rationibus probatur nunc re ipsa clarius cõstat: vix. n. aliam ad te epistolam obsignaueram: Cum reddite mihi sunt optatissimæ litteræ tuæ eius suauitat⁹ plene q̃ faciebat vt a me mirifice desiderarẽtur. Credo equidem absentem te & legisse nostras litteras & accusationem tarditatis in scribendo tuæ isthinc perspexisse: qua monitus diutius ad nos dare litteras non destuleris. Verum quicquid sit: iam non iuuet litterarũ causas inquirere: satis est eas me litteras accepisse: quib⁹ nihil mihi aut gratius aut iocundius ẽ. Video qđ & ante mihi constabat nihil a te temere agi. Nam diuturnior expectatio suauiorẽ ipsam quodammodo suauitatem fecit: ut etiã valde sitientibus euenire solet legẽs ego tuam epistolam nihil reperio non marsilianum. Si gratiaꝝ ille actiones ex litteris demantur. Non enim hoc gratiarum genus conuenire videtur aut amititiæ nostræ aut ei viro qui se ita mihi totum tradiderit: vt nihil sibi reliquerit suum. Non si tu ea magnitudine corporis esses q̃ diuus ille quem ais: Ccristophorus pingitur aliquid tibi superest non meum. Sic tu semel voluisti. Sic tibi quondam placuit. Ego vero tã nobile munus & accepi libenti animo & accepto gaudeo: mihiq̃ ipsi gratulor. Iam igitur non Marsilii es: sed Laurentii tui: Non minus tui q̃ tu ipsius. Qua in re si teipsum tibi reddi vis: scito id ea conditione futurum vt nullam de te habere possis rationem: quin equæ de meipso eodem tempore habiturus sis. Quos enim immortalis deus coniunxit homo non separet. Tu igitur vt ad gratias redeam noli amplius hoc scribendi genere mecum vtere. Si enim gratiæ quas agis tuæ non sunt

nihil omnino nobis tribuis. Si tuæ scito supioribus rõnibus: tecũ iam pridem te mihi oĩa tua tradidisse. Vale & teipm̃ ama. Quod si feceris: me quoq; amabis. Ita eñ nõ vulgaris noster amor exigit. quod te non latere existimo. cum in eo libro quẽ de amore scripsisti: cũctos amoris affectus adeo ex arte posueris: vt nihil in amore inueniat̃: qđ nõ in eo libro legi possit. Nihilq; in tuo libro legatur: quod in amore nõ sit: Iterum vale. Pisis. xii. Kalendas Februarias: M. cccclxxiii.

Mirabilium auctor deus est nõ homo.

Marsilius Ficinus Laurentio Medici viro magnanimo. S. D.

q Vid agam in p̃sentia nescio Laurenti. Admirari me cõpellunt mirũ immodũ miræ lr̃æ tuæ: exclamare philosophicus ꝓhibet pudor. Agere gratias innumerabiles hortat̃ singularis humanitas & magnificẽtia tua. sed tua rursus dehortat̃ epistola. Permicte saltem mi Laurenti p̃cor: vt summo deo gratias agam: q̃ statuerit tẽporibus nostris in ciue fortunato affectum humillimũ cum excelsa mente. In adolescente priuato prudentiã cum potentia. In potente abstinentiam cum licentia. In occupatissimo sapientiam cum eloquẽtia copulare Magna in te sunt laurẽti: ꝓculdubio magna. Et ne quis forte adulationis vicium suspicetur: quod a viro & philosophante & amicissimo esse debet alienissimũ in te non ex te: dixi magna. Deus eñ oĩpotens mirabilia facit solus. Instrumentũ dei es o bone vir: aptũ scio quid loquor ad magnifica ꝑpetranda. Tamdiu igitur mirabilia fœliciter exequeris q̃diu diuino parebis artifici. Parebis aũt examussim crede mihi si sæpe eum oraueris: vt ipse tibi qua ratione sis pariturus ostendat. Ostendet certe petenti: qui etiã priusq̃ petas stimulat ad petendũ: & quid & quo pacto sis petiturus ostẽdit. Vale fœliciter patriæ spes: sed anteq̃ finem faciam obsecro te mi Laurẽti cum ꝑ accademiã quæ ꝑ te floret: tum vero ꝑ patriam hanc tuam: patriã quæ tibi p̃ ceteris cara est: vt bonæ valitudinis curam habeas: nisi eñ tu bene valeas non puto iis temporibus bene vel academiam vel patriã posse valere. xxi. Ianuarii. M. cccclxxiii Florentie.

Laudes Laurentii medicis mire.

Marsilius Ficinus Nicholao Mihelottio vero viro. S. D.

o Qz difficile est mi Nicholae o q̃ difficile nunc inuidia nõ pulsari. Ego forsitan Nicholae: nisi quæ Laurẽtii sunt: mea quoq; essent: nõ possem tot tanta tam senilia bona adolescẽti nõ inuidere. Dic amice rogo: quis eloquit̃ elegãtius? Quis ꝓbat acutius? Quis mulcet dulcius? Quis cõcitat vehemẽtius? Cessistis iam pridem lauro poetæ: Cessistis oratores mõ: iamiam ph̃i cedamus. Proh iuppiter ociosi veterani ab occupatissimo tirone isto tam cito tam facile tantopere superant̃: si inuideãt alii alienis & liuore rumpant̃ edaci. Ego meis mirifice gaudeo atq; fruor: meus eñ est Laurentius ob incredibilẽ huma-

nitatem suam. Ego quoq; laurentii sum ob singulares animi sui dotes: magno me emit praecio: hoc est seipso: ita me deus amet loquor nicolae quod sentio. Nemo Magno Cosmo me familiarior fuit. Nemo carior: Cognoui in eo sene non humanā uirtutem sed heroicā. Agnosco nunc in isto adolescente penitus. Agnosco totum illum senem. Phenicem ui deo in phenice. In radio lumen. Emicat iā ex laurēcio nostro foras Cos mianus splendor ille multis quotidie modis lumen ad reuelationē gen tium latinarum & florentine reip. gloriam. De iis hactenus: Interroga bat autē in epistola laurentius cuius nam ille essent gratiae quas ipsi ege ram. Mei ne? An alterius? Responde illi meo nomine eas esse dei. Tres .n. illas opto gratias medici nostro ꝓpitias fore: quae ab orpheo descri būt̄ ἀγλαΐην τε θάλειάν τε εὐφροσύνην τε πολύολβον .i. splēdorē: le titiam uiriditatem spleudorem inq̄ mentis letitiam uoluntatis uiridita tem corporis & fortune. Aspirāt iam ex alto he gratiae laurentio. Ac tā diu aspirabunt: q̄diu agnoscet gratis solum a deo solo se gratias accepis se. Vale. xxi. Ianuarii. M. cccclxxiii. florentiae.

Amatoria.

Laurentius Medices Marsilio Ficino Platonico pho. S. D.

Falsum meū de te iudiciū: uerūq; illud uulgatū ꝓuerbiū: locoꝝ: scilicet interuallū ut ab oculis disiungit: ita nos ab amicorū co gitationib⁹ separare. Verū quis hoc credidisset? Quod ego uix credo cū perspexerim. Ego binas ad te litteras dedi. Tu unā uix episto lam nobis. Atq; ita paucoꝝ uerborū. Vt si ex ea primā salutationē atq; ultimā loci & diei particulam demas nihil fere sit reliqui. At non decet phylosophū loquacem esse: At nō decet mutū. Id. n. nobis Terentius p̄ cipit: quod ille a graecis accepisse tradit̄ ut ne quid nimis. Sed etiam ex his locis uideo quid in causa sit: cur ego a cogitationibus tuis absum. Cū enim semp ante oculos diuū Christophoꝝ: cui edes tua dicata ē ha beas ea ipsius est magnitudo corporis: ut caeterarū om̄ino rerū tibi pro spectū auferat. Atq; inter te & nos quodammō faciat eclypsim quandā Quod tamē tum miror tum uero quibus uerbis te accusem iō inuenio Nullū est enim tam asperū tamq; contumeliosum uerbū: quin deterior multo sit marsiliana taciturnitas: qua & fidem tuam & nostram amicici am fefellisti. Doleo quidem nō parum: ꝙ fidem fregeris: Atq; amiciciae nostrae huiusmōi iniuriā intuleris. At quod magis mihi molestum acci dit illud prorsus est quod dum tu amorem nostrum frustrat⁹ es ita nos a caeterorum hominum beniuolentia alienasti ut nemo supersit: cui fidē deinceps adhibere posse uidear. Nihil enim tam perfectū: tam cōstans tam uerum uidebatur q̄ nostra amicitia: quae quidē & tua uirtute & tē poris diuturnitate adeo creuerat: ut si quodammodo decoxerit: nulla restet cui credere tuto possimus. Quapropter scito nos erga te mirum in modum iratos esse. Neq; tamen ita iratos: ut si iucundissime litterae

tuæ ad nos perferantur sua illa incredibili suauitate cunctã animi nostri asperitatem atq3 indignationem mulcere non possint: Nam cum achil/lis telum in manibus habeas scito tarditatem in scribendo: cuspidẽ esse qua vulneras: litteras vero ita illato vulneri mederi posse: vt non mo/do vulnus ipsum sed omnẽ penitus cicatricem auferre ac delere possint Vale pisis.

Amatoria quomodo amandus quisq3 sit: & quomõ laudandus.

Marsilius Ficinus Laurentio Medici viro Magnanimo. S. D.

q Vod me diligas laurenti multis clarissimisq3 argumẽtis iamdiu noui: Qd ames nuper ex hoc vno precipue q tanq3 zelotipus leuissimis falsisq3 offensiunculis subirasceris irascere vt libet: ira/scere. zelotipe: mõ interim incalescas. simile est ire & amoris incendium: ego. n. cum subirascor tibi qd facio sæpe tunc estuo amoris incẽdio ma/xime. Tu quoq3 flagras nõ mediocriter scio qd loquor. Qd si quando tepescere videamur: tũ etiã nostra hæc tepiditas feruentius feruet q3 cæ/terorꝝ feruor odiũq3 nostrũ proh iupiter amãtius amabiliusq3 est q cæte/rorum amor. Ecce nũc mi laurẽti tua istbec ira mitior mihi videt̃ q cæte/rorꝝ mãsuetudo: morsus iste tuus suauior suauio. O q suauiter mordes Quod acriter oscularis? Acrimonie mirã misces dulcedine3. Dulcedini acrimoniã. Qd in suauissimis saporib⁹ natura solet: Et quotiẽs acrimo/nia tua fortius acescit totiens aceti maluatici instar dulcius q dulce redo/let. Verũ qd accusas in me accusator acer amator acerrime? Breuitatem ne? At tu in causa es. Qd. n. breuis sim negotiorꝝ tuorꝝ. Qd breuissim⁹ videar amoris erga me tui efficit magnitudo. Accusas taciturnitatẽ su/spicans eã ab obliuione: obliuionẽ ab absentia pficisci meminisse debes nõ abesse istbinc marsiliũ si nõ abest laurẽtiũs: in q ẽ marsilius: si vbiq3 ẽ eodẽ tpe anim⁹ qd ipe superiorib⁹ dieb⁹ tua epl'a cõfirmasti. Quid igit̃ obstat diuus Xpoforus: quin te cernã? Præsertim cũ dyaphanus sit atq3 pspicuus: & in ipo Xpoforo inspitiã laurẽtiũ: qñquidẽ p laurentiũ ipm xpoforum videar & amplector: Deniq3 vis verũ fatear? Nõ oppositio xpofori inducit eclypsim p quã aut cecutiam: aut sileam. Imo tu choru/scatione tonitruq3 tuo caligari stupere obmutescere penitus me cõpel/lis. Improbe adolescẽs: ha nimiũ gaudes victoria q̃uis honesta. Quid amplius aut tibi aut reliquis est reliqui? Tibi quidem vt teipm vincas. Reliquis autem vt vinci equo animo patiãtur. Ego certe: vt de me ipso prius loquar superari abs te ferme tantũ gaudeo qtũ ipe gaudes me ac cæteros superare. De cæteris vero quid dicã? Sol matutinus congregat nebulas. Meridianus sol nebulas disgregat. Virtus adolescens inuidiã cõcitat. Adulta sedat. Liuorem domat tandem qui omnem prius vicit opinionem. Inuidiam iam quasi omnem in admirationem conuertisti. Laudant multi palam: qui hactenus inuidebant. Sed q̃uis laudater pe/ne nullus de laurentio mentiatur: nulli tamen hunc exceptis platonicis

legittime laudant. Peripatetici cum laurentium videant tam fœliciter singula ꝓfitentem: in omnibus eum laudant. Platonici contra in eo laudant omnia. Nempe cum considerent ꝙ subito artis cuiusq; ꝓdeat magister artes huic non labore quæsitas: sed & natura subministratas & a deo infusas existimat. Ego igitur personam tuam in me diligo meam in te amo. Laudo te in arte. Artem in te probo. In natura te honoro. Naturam in te miror. Te per deum colo. Veneror per te deum. Deo itaq; soli gloria omnis omnibus ab euo conatur in euum. Vale.

Iocosa ad Ioannem inuitatio ad reditū per dissimulationem.
Marsilius Ficinus Ioanni Caualcanti Amico Vnico. S. D.

d Ecreueram hac nocte mane ad te scribere: Redi heros. Propera quæso aduola obsecro. Deinde vero maturius consultanti: præstare visum est: vt meum hoc desiderium dissimularem. Fore. n. vt redeas ocius: si me subiratum putes. Ecce subiratus sum. Quid tandem? Nunquid mouebit indignatio. quem non mouebat amor? Non puto. Ergo quo me vertam nescio: ad præces ne: an ad iurgia imo quo refugiam nunc inueni. Cordi confidam heroico quod solet: sponte rectius currere ꝙ calcaribus. Sed interim quonam pacto me cōtinebo: qn parumper saltem suferrem? ab nimium obliuiose mei: At cohibebo cōuitia. ac ne tedeat te easdem has cantilenas audire sæpius: res maiores aggrediar. De rebus scribam publicis. Queris quid agaṫ in vrbe? Tractantur grauia audi: sed aperias nemini. Magni pleriq; ciues o Marsili aiunt: Cur tādiu solus in vrbe? Quia solū incedere nūc me vult: q nūq; sinit esse me solū: Nōdū rediit ğ? Nōdū. Nō habeo ꝑsens aliud qđ ad te scribam. Scripsi ad te vrbana negocia. Scribe ad me tu rustica. Hei mihi erraui: Ne scribas volo sed dicas. Si colloquemur loquemur mi heros eadem: dum scribimus: scribimus de diuersis. Ego de memoria: de obliuione ioannes. sed noli dixisse istud. Non oblitus est mei meus qa neq; fui. Imo venit iam obsecutus mihi: ecce venit: obcurrite mei huic fortunati pedes. Excipite fœlices vlnæ.

Epistola genialis de heroibus.
Marsilius Ficinus Ioanni Caualcanti Amico Vnico.

a Ccepi a Carolo Marsupino epistolam: cui cum primum respondere aggrederer: vellemq; præscribere Marsilius Carolo. scilicet genius mihi præter summam ita flexit calamum vt Ioanni pro carolo scriberem. accipe igitur epistolam genialem: Nefas putauit deus absentem me cuiq; priusq heroi scribere: Arbitror heroib⁹ fauere superos. Quoniam vt Platoni placet heroes ex amore deorum sunt genii. Ego reipsa expertus sum phylosophos ex heroum amore renasci. Vale. i. Mai. M. cccclxxiii.

Quod gratis fit gratius est q̃ꝫ quod ex debito.

Marsilus Ficinus Ioanni Caualcanti Amico Vnico.S.D.

On potest manus calamũ ducere nisi ipsa moueatur ab anima.
n Non poterat his temporibus scribere marsilius ad Heroem ui
si ante inuitatus ab Heroe.Sed vnũ mihi molestum est p̄ cæte⸗
ris:ꝙ ideo scribis ad me:quia ꝓmiseris:ergo pactioni istud tribuo non
amori. Amatorias posco lr̃as nō mercatorias.an es etiã pacto meus.s.
qa ego sum tuus:amore volo sis meus. Vale.v.Ianuarii.M.cccclxxiiii

Prouocatio ad scribendum.

Marsilius Ficinus Ioanni Caualcanti Amico Vnico.S.D.

Vid tãdiu certatim silemus amice:Quid tandē victori lucri ac
q cedet victo quid dãni. Ego vero in hac silēdi ꝑtinatia vinci abs
te satius censui:vt in loquēdi certamine vincerē.Ita post hac pri
mæ tibi in tacendo partes:mihi primæ in loquendo dabunt̃.Semꝑ ne
calcaribus indigebis in stadio:Nunq̃ꝫ tua sponte curres. Cur mecum
tam dure:Acrius forsitan iocari tecum videor mi Ioannes. Tu autem
agis acerrime: acerrime quoqꝫ respōde si placet modo respondens:sin
minus placet dulciter sile. Meæ certe huic verborũ acrimoniæ cordis
affectum melle dulciorem subesse putato.Vale & tandiu abesto q̃ꝫ tua
res postulat.Satis eñ mihi fit cũ res agit̃ tua.Nonis octobris charegii

Quod necessariæ epistolæ inter amicos.

Marsilius Ficinus Ioanni Caualcanti Amico Vnico.S.D.

Voniam putabam breui te florentiam rediturum nullas ad te
q dedi litteras: sperans cito vera audire ac reddere voces. Nunc
vero ꝑpetua hæc vt ita dixerim cœli serenitas lōgiores mihi tu
as in trebianis collibus minatur moras:sed quis trebiana suauitate nō
capiat̃ hos certe bachus amat colles.his meus captus est ioannes.hæc
ꝑfecto cur nō scripserim hactenus causa est:At tu cur scribis nihil:Ni⸗
hil equidem habeo quod scribã inquies.Id ipsum saltem nihil habere
te scribe: q̃ꝫq̃ꝫ nunq̃ꝫ deest amicus cum lr̃arum.Quid eñ amico charius
q̃ꝫ amici vita:Ergo vicissim qualis valitudo sit sepæ significandũ. Ego
meã tibi valitudinē declarare nō possum nisi prius ipse tuam.Quippe
valeo si tu vales.immo si te valere intelligo.Vale ex caregio.xiii.

Circuus est iactura temporis.

Marsilius Eicinus Ioanni Caualcanti Amico Vnico.S.D.

Nerosa mihi tam mei q̃ꝫ paterni corporis cura:Onerosa absen⸗
o tia tua.Vtraqꝫ sunt equo animo toleranda:ne fiant propter im⸗
patiētiam grauiora.Tu siquid humanitatis habes:noli me du⸗
plici præssum sarcina:tercio insuper pōdere onerare:Oneras autem ni
mium nisi libros ad me remittas. Temporis eñ actura me stimulat vt
eos sæpius exigam.Nulla est grauior iactura q̃ꝫ temporis. Heu confi⸗
dentius flagito quæ forsitan accipere nollem.Quē vero vellem accipe

re:postulare nō audeo. Illa me decet habere: hoc me in præsentia necessarium est carere. Prudētis est tum carere decens est implere: tum quod necessariū est p viribus facere voluntarium. Tua interest illud implere Mea id conari: Vale: ac dum aliena colis alienis cole tibi quoq teipm.

Quod iocuudæ amicorū litteræ.

Marsilius Ficinus Ioanni Caualcanti Amico Vnico. S. D.

q Vid igitur faciam? Prior ne ego ad te scribam? An tuas lrās expectabo? Equidem cum ad alios fere nunq̄ nisi lacessitus scribere soleam: tibi tñ venire obuiam cogor & prior inire certamen Hæc silere diutius te pmistam. Nō potes em̄ sine meo languore silere. Huc me quod te nō fugit immoderatus impulit estus. Istuc ventus intolerabilis retrahit: adeo vt vix hodie me contineam: quin ad vrbem ptinus aduolem. Potes vero hic me solus aliquot & illos quidē paucul os dies tuis lrīs retinere. Nam dum lrīs tuis legendis totus incumbam: nec ventorum pcellas sentiam nec fulmina & tonitrus audeā. Sic ergo fit. vt verba sedare ventos: & tempestates depellere valeant. Saluta Vgolinum Verinum tuum musarum sacerdotē. Vale. xxx. Augusti. Mccccdxxiii. Marciniani.

Nemini detrahendum quia deus vlciscit.

Marsilius Ficinus Ioanni Caualcanti Amico Vnico. S. D.

b Omerus ppter diuem vt aiunt helenæ vituperationem priuatus oculis quia nunq̄ errasse cognouit nunq̄ vidisse amplius dicitur. Eandem ob causam stesicorus lumine captus intellexit erratum. Hinc palinodiam. i. contrarium cantū cecinit dicens nō verus sermo ille fuit: neq nauibus altis existi fugiens neq adisti pgama troie his dictis statim visum recuperauit amissum. Socrates pterea cum deū amorem vituperasset in illissi fluminis trāsitu a familiari demone correptus anq̄ quicq pateret aduersi expiauit se laudauitq rursus amorem quē ante vituperauerat. Vnde euasit incolumis. Ita stesicorus Homero prudentior fuit sed vtroq sapietior Socrates. Ego certe Socrate incautior fui: vtinā nō sim stesicoro infortunatior. Quorsum hæc? Nēpe mēsis huius nonis scripsi ad te mane epistolam diuturnū silentium tuum improbaturus: in qua indomitum te & quasi durissimū oīm accusabā: vespere aduersa valitudine oppræssus sum: nec dum conualeo. Qūobrem veritus: ne quid mihi aduersi ppter herois vituperationem immineat palinodiam licet breuē expiandi criminis gratia scribere statui. Assero igitur nō heroem durum: sed me potius mollē esse ac molli homini constantem virum sepæ ferocem videri. Hæc mea palinodia. sit contrarius superiori cantus sit etiam contraria postulatio. Orabam quippe vt acerrimas si placeret potius q̄ nullas litteras mitteres. Hūc contra nullas potius q̄ acerrimas postulo: non enim instigatiōe sed cōsolatōe eget anim⁹ indiget. Vale florē. Idibus octobris. Mcccclxvlii

Homo est animus. Amantis animus est in amato.

Marsilius Ficinus Ioanni Caualcanti Amico Vnico.S.D.

e Go Ioannes sæpe quæsiui meipsum primũ pectora mea mani-bus attrectaui. Deinde vultum hunc sepæ sum speculatus in speculo: sed neq; ibi me tractauisse neq; hic vidisse me vnq; asserere potui. nam quando me ipse quæro: quæro vtiq; nõ alium præter illum ipsum qui querit vbi idem est omnino Marsilius quæsitus & quærens Quis igitur querit? Qui reperire cupit. Quis nam cupit hoc? Qui iudicat esse querendum. Quis iudicat? solus iudicat animus. Solum igitur animũ quæro quãdo quæro meipsum vtpote qui solus ipe sim animus. Hunc ego neq; tangi neq; cerni posse confido. Non em̃ tamdiu de illius natura dubitaremus si sensibus his pateret. Ergo recepi quandoq; mentis aciem in seipsam: si forte hac via me cernerem. verum neq; ita quod desiderabã omnino sum assequutus. Quippe interiore hoc meo intuitu: neq; delector satis neq; quiesco. Qui aũt quod inuestigat consequit̃ gaudet ꝓtinus & quiescit: non igitur me apud meipsum reperio. Quod si in alio me quesiturus sum quoniã pacto me appræhendam? Si meipsum non habeo: ꝑ quem solum possum capere: quicquid capere possum. Redi igitur: & te immo me redde mihi. Quãdo ego id nequeo. redi hodie neq; semꝑ venturas differ in horas. Ne patiare obsecro plures a nobis dies nigro numerari lapillo. Quot em̃ isthic tu serenos agis: totidem nos hic nubilos agimus atq; nigras. Vale.

Seria ad Ioãnẽ. Aĩa post mortẽ intelligit. & multo clarius q̃ in corpꝛe.

Marsilius Ficinus Ioanni Caualcanti Amico Vnico.S.D.

f Cripsi nonnullas ad te ep̃las: amice optime in quibus tentaui amatorium quodammodo scribendi genus. Quod quidem & nostre familiaritati conuenire videtur. & ab honesta illa Socratis platonisq; libertate nõ est alienum. Nunc autem platonicorum more post amatorios iocos (talia em̃ platonica prohemia sunt) ad seria veniamus. Audi nũc quæ cum Bernardo iunio & Bartholomeo fortino ciuibus iusticia excellentibus aliq̃n de mente disseruimus. Duo sunt inter mortales dubia circa mentem præcipua: Primum est: vtrum intellectus seiungi a corpore possit ac deposito corpore viuere atq; opari. Secundũ si quid tunc intelligit: vtrum clare intelligat nec ne? Respondebimus ad hæc in præsentia q; breuissime poterimus: Nam hæc & similia in theologia nostra de animorũ immortalitate latissime disputant̃. Cõcedimus intellectum multa incorporalia excogitare: deũ videlicet angelos. animas virtutes numerorũ ꝓportões. Ideas rationesq; rerum vniuersales: Quemadmodum vero non possumus ꝑ visum inuisibilia cernere: ita neq; per corporale aliquod instrumentũ incorporalia cogitare: neq; ꝑ naturam aliquam districtam corpori locoq; & tempori res a materia, loco, tẽpore absolutas: petere: quærere: inuenire: seruare. Ac

si mens interdum etiam dum regit corpus ita se in se colligit vt specule tur aliqua p seipsam: sequit vt a corpore separata multomagis faciliusq; p seipsam valeat speculari. Si poterit p se operari p se quoq; esse ac vi uere poterit. Atq; vt ad questionem alteram descendamus clarius: tūc discernet quæcunq; intrinsecus offerent intelligenda q̃ sensus nunc q̃ offerunt extrinsecus sentienda. Et tanto saltē clarius quanto visus acu tior est & velotior q̃ auditus sensusq; reliqui. Ac etiam quanto mens præstantior est q̃ sensus & obiectū mentis præstantius est q̃ sensus ob iectum. Mentem esse sensu excellentiorē non dubitat quisquis illius vi ribus vtitur. Videt em̄ eam sensuum iudicem esse. Et tanq̃ preciosiorē cōcedi pautioribus. Tardiusq; & rarius exerceri. Obiecta quoq; men tis obiectis sensus esse sublimiora hoc ostēdit q illa vniuersalia: ampla eternaq; sunt ista particularia. Angusta mortalia. Adcedit ad hæc q q̃to magis exterior sensus intenditur tanto magis interior sensus remit titur. Atq; contra. Qui em̄ attentius inspicit auditq; non nulla vix inte rim potest imaginari. & qui vehementer imaginat vix cernit vel audit quæ tunc extrinsecus offerunt. Eadem est inter imaginationem intelle ctumq; ꝓportio. Anima in hoc corpore duo maxima omnium habet impedimenta. Alterum q in plures operationes perturbationesq; di strabitur: operationes autem varie se inuicem impediuut atq; debilitāt. Difficillimum est enim diuersis simul incumbere. Alterum: q tum ꝓ pter infimæ habitationis huius cōditionem tum propter ministerium corporale ad tempus a deo hominibus assignatum exactiones infe riores longe prius. Attentius sepiusq; q̃ superiores exercet. Vnde fit vt qñ contemplari incorpalia volumus vt plurimum debiliter opere mur: & illa obtuse & quasi in nebula quadam ꝑspiciamus. Verum qñ actiones alendi: augendi: sentiendi: imaginādi: vel obmittent omnino vel maxime remittentur tunc vsq; adeo mentis intuitus acuet: vt quic quid cernat clarius hac luce descernat: perspiciet sane anima p seipsam: tunc lucem illam intelligibilem perspicatius q̃ nunc sensibilem istā per vitreas corporis huius carcerisq; fenestras. Intuebitur enim tranquille per serenitatem suam perspicuam: perspicacissimamq; obiecta excellen tissima in diuini solis luce adeo clara vt solis huius lux ad eā sit vmbra: & quia clarissima ideo impuris oculis occultissima: puris autem mani festissima. Non intuebitur autem quasi pictas imagines: sed tanq̃ res veras: quarum res cæteræ sunt imagines. Quando per somnum ope rationes motus exteriorumq; sensuum cessant: Tunc imaginatio quæ reliquiis pascitur sensum iusq; adeo roboratur: vt simulchra pingat in trinsecus tanq̃ res veras repsentātia. Quid igit faciet intellectus ima ginatōe admodū efficacior qñ multo magis q̃ imaginatio somniātis: li ber ab impedimentis euaserit: Atq; in veritate rōneq; sūma veras oīm rōes inspiciet. Pinget vicꝫ tūc in seipo vera oīa exactissime imo veris oī

bus aliunde pingetur. Sed a quo maxime? A mente mentui lumine luminum. Et q̄ facile fiet: facilime prorsus. Subito nanq; ob naturalē quādam cognationē visibile lumen illuminat perspicuū corporale. Cū primum serenū purūq; fuerit. Formatq; ipsum forma sua per que suam formā formis omniū visibiliū. Similiter intelligibile & plusq; intelligibile lumen id est deus intellectualē format pspicuitatem: Cū primum serena euaserit. Format inq; forma sua hoc est diuina per que ipsam formis intelligibiliū omniū. Tantūq; statim afficit vitali calore & gaudio: quātū beneficio iam affecit fulgore. Atq; ita vitam tradit a morte liberam: sicuti lucem infundit a tenebris alienam. Et vltra quelibet temporis terminū infundit: lumē in mentē: quo iam ex temporis mutatione ad statum eternitatis ascendit. Pascit autē bonitate ad votū semper & implendo allicit pulchritudine appetitū: & implet alliciendo. Ibi saturitas est absq; facietate: vbi bonum est absq; malo: per que bonū infinitū fit etiā capacitas infinita. Infinitum ergo bonum & pulchrum innumerabiliū fons bonorum atq; pulchrorum allicit & implet pariter ineternum.

Contra Aueroem. s. q̄ non sit vnicus hominum intellectus.

Marsilius Ficinus Ioanni Caualcanti Amico Vnico. S. D.

Verois vnicū esse opinatus est cunctoꝝ hominū intellectū: eodemq; omnes quicqd vsq; intelligunt intelligere. Hanc opinionem nonnulli rerum nouarū auidiores q̄ verarum esse aiūt ad modum naturalem. Atq; ego cōfiteor: Sed ob hoc tantum eam naturalem voco quia sicut res naturales solent valde mutabilis est & contrario suo destruit. Eo. n. ipo q̄ aliqs affirmat cōtrariū subito Auerois opinio labefactatur. Cum. n. non possint in eodem simul esse contraria si intellectus in aueroico quodā philosopho atq; in platonico simul de seipo cōtraria sentit: dum illic ait se vnicum esse hic autē plures esse non vnicū: Cōstat plane in illis nō vnū intellectū eē sed plures Nonne in iis que ad intelligentiam voluntatemq; pertinent maxima eodem tempore inter homines diuersitas est? Nam & idem & eodem tempore alii affirmant alii negant: alii volunt: alii nolunt. Quid præterea de repugnantibus dicemus habitibus: intellectus in alio doctissimus est indoctus in alio: in illo iustus probusq;. in illo iniustus & improbus: in illo fœlix miser in illo. Non potest igitur idem esse in omibus intellectus: Si diuersi sunt intellectus multomagis diuersæ sunt animæ. Adde q̄ si vnicus est intellectus semperq; fuit vt ait Auerois non est verisimile eum ita esse suiipsius ignarum vt in omnibus pœne hominibus præterq̄ in solo Aueroe: se numero multiplicem esse putauerit semper & putet. Quid menti naturalius q̄ suiipius cognitio? Cur igit̄ mēs cū opinionē Auerois cogitat eā aut nūq; aut vix capere pōt: nisi qa falsa opinio ē. Deniq; quoties vnitatē mētis excogitam⁹ totiens eū odisse solem⁹ ac mētis numeꝝ cupere si mō cupim⁹ supuiuere. Eadē vo mēs sola oderit si mō odisse ptvnitatē

ſuam:quæ ſola poteſt & noſſe. Non eſt autē veriſimile rem eternā atq̃ adeo diuinā ſemp̱ ſuiipſius naturā aſp̱nari: & reſpuere & odiſſe. Quid vltra ſermonē ꝓtrabo: Satis ſupq̃ hæc in agro tuo regnano. Ego hac tu inuicē diſputauimus:qn̄ Marſilius hic hoſpes illic tuus grādē illud cōponebat theologiæ volumen. Vale.xvi. Aprilis Florētie.

Theologi vigilant. Cæteri ſomniāt.

Marſilius Ficinus Iohanni Caualcanti Amico vnico.S.D.

m Irant̄ nōnulli cur tanta obſeruātia platonem ſectemur qui ſemper videt̄ inter paradoxa & portenta verſari. Mirari aūt vt arbitror deſinent ſi cōſiderauerint ſola quæ diuina ſūt reuera exiſtere:quia neq̃ alienæ naturæ contagione inficiunt̄: neq̃ vnq̃ e ſuo ſtatu mutāt̄. Corporalia vero haud quaq̃ eſſe reuera ſed eſſe videri cum inficiant̄ cōtrariis & iugiter p̱mutent̄. Ideoq̃ nō veræ res ſint ſed rerum verarū imagines:aut vmbræ. Cum aūt cæteri philoſophi pene oēs naturaliū duntaxat rerum ſtudio dediti in his tanq̃ rerum verarū imaginibus ſomniarēt. Plato noſter diuinis incumbēs: vel ſolus vel maxime omniū vigilabat. Itaq̃ tanto ſatius arbitror Platonē theologū ſequi q̄ philoſophos cæteros quanto præſtat vigilantibus gubernatoribus q̄ dormientibus ſe cōmictere. Vale.

Veritas dei ſplendor:pulchritudo amor.

Marſilius Ficinus Ioanni Caualcanti amico vnico.S.D.

b Oc præcipuū diui Platonis:vt parmænidis dialogus: & epinomis indicāt ſtudiū fuit:vt vnū rerū monſtraret eſſe principium: quod & ipſum vnū ꝓ priore vocabulo noīauit. Vnam quoq̃ oīm eſſe voluit veritatē. Ipſius.ſ.vnius hoc eſt dei lumen mētibus omnibus ſpeciebuſq̃ infuſum:quod & ſpēs offerat mētibus & mentes copulet ſpeciebus. Vnicā igit̄ veritatē:vnius.ſ.dei radiū vnū colat oportet quicūq̃ platonicū voluerit ſtudiū ꝓfiteri hic radius p̱ anglos: anias cœloſq̃ & reliqua corpora trāſit. Atq̃ vt in libro de amore diſſerimus ſplendor eius ꝓ natura cuiuſq̃ fulget in ſingulis:gratiaq̃ & pulchritudo vocat̄. Et vbi fulget accomodatius:ibi præcipue allicit intuentem: concitat cōſiderātem:rapit & occupat ꝓpinquantē:cogitq̃ cum venerari ſplendorem hmōi p̄ cæteris tanq̃ numen:nihilq̃ aliud adniti q̄ vt depoſita priore natura ipſe ſplendor efficiat̄. Quod hinc patet:qn̄ amator aſpectu tactuue amati:hominis nō eſt cōtentus: & clamat nonnūq̃ homo hic neſcio quid habet quod me vrit:atq̃ ego quid cupiam non intelligo. Vbi conſtat animū diuino vri fulgore qui in formoſo homine micat quaſi ſpeculo:atq̃ ab eo clam raptū quaſi hamo trahi ſurſum vt deus euadat. Inſanus igitur habendus eſt & miſer: quiſquis dum a deo perviſum ad ſublimia prouocat̄ ipſe per tactum ſeipſum demergit in lutum: & cum ex homine potuerit deus fieri diuinam ipſam per humanam pulchritudinem contemplando ipſe ſe ex homine beſtiā red-

dit spiritali vereque pulchritudini corporalem & vmbratilem formam anteponendo.

Idea secundũ platonem in diuina mente sint.

Marsilius Ficinus Ioanni Caualcanti Amico Vnico. S.D.

Plato noster in Timeo: timeũ pythagoricũ imitãs atque comprobans mundũ a deo genitũ asserit: Eiusque generatiõis causam triplicem introducit: efficientem. finẽ atque exemplar. Vult enĩ mũdum a potentia dei bonitatis sue gratia ad diuinæ sapientiæ exemplar effectũ fuisse. Et quemadmodũ in architecto vniuersi edificii eiusque partium exemplaria sunt sic in diuina quadam intelligẽtia supra mũdum esse vniuersi mundi huius eiusque partiũ exemplaria. Mundumque illum intelligibilem nominat & eternũ: huncvero temporalẽ: atque sensibilem. Exemplaria huius in illo vocat ideas. Similitudines illius in hoc imagines atque vmbras. Quobrem inuidos quosdam ridere & licet & libet qui platonem vulgo tam inepte prædicant quod iniquæ ideas rationesque rerum vniuersales posuisse tum a corporibus tum a diuina intelligentia tum a se inuicem separatas: & tanque nubeculas quasdã per aerem dispersas a vento. Sed quoniam plurima contra illos adduximus in iis libris quos apud te in agro regnano composuimus: Sufficiat nunc testimonia solum ex timeo Platonis adducere. Primum consideremus inquit quod in questione de vniuerso ante omnia solet inuestigari. Vtrũ semper fuerit vniuersum hoc sine vllo generationis principio: an genitum sit ab aliquo principio sumes exhordiũ. Id profecto cernitur tangiturque & corpus est. Omnia vero huiusmodi sensus mouẽt. Quæ sensus mouent opinione per sensum percipiuntur: hæc vero talia esse constat vt gignãtur & genita sint. Quicquid autem gignitur ab aliqua causa necessario gigni asseruimus: opificem quidem & patrem mundi inuenire difficile: & cum iam inueneris prædicare vulgo impossibile est: Rursus considerãdum est vtrum mundi faber sit inuitatus exemplar: id ne quod vnum idem semper & simile est: An id quod genitum dicimus. At qui si pulcher est mundus & opifex mũdi bonus sempiternũ exemplar maluit imitari: sin secus: quod ne dictu quidem fas est generatũ exemplar est pro eterno sequutus. Cum vero & mũdus omniũ genitorũ pulcerrimus sit & eius auctor causarũ omniũ optimus dubiũ nõ ẽ quin sempiternum sit sequutus exemplum. Sic igitur generatus ad id est effectus: quod ratione & sapientia sola comprehendi potest & immutabile permanet. Ex quo efficitur vt necesse sit hunc mundum alterius simulacrũ esse: Et paulopost: Dicamus quã ob causam ille rerum auctor generationem & hoc vniuersum constituit. Bonus erat. Bonus autẽ nulla vnque aliqua de re inuidia tangitur. Ergo cũ liuor ab eo alienissimus esset omnia sibi quantũ fieri poterãt simillima fieri vo-

Nota hic quod opifex mũdi est summus deus.

luit. Siquis hanc gignẽdi mũdi causam pcipuã a prudentibus viris ac/ceperit rectissime pfecto accipiet: Et postpauca: Dicendũ est hunc mun dum aïal esse: idq͡ intelligẽs reuera diuina puidẽtia cõstitutũ hoc posi to quod sequit̃ videamus. Ad cuius aïalis similitudinẽ deus mundũ cõstituit: Vni cuidam pprieq͡ aïalium speciei similẽ fecisse non arbitra mur. Nam si in pfecto aïali similis esset factu pulcher certe nõ esset: im/mo vero illius aïalis eum simillimũ esse ducimus cuius aïalia cætera & singillatim & generatim partes sunt. Illud siquidẽ viuẽtia oïa quæ solã mente pcipiunt̃ in seipso complectit̃ queadmodum mundus hic nos & cætera quæ cernunt̃ aïalia continet. Volens itaq͡ deus oïm quæ in/telligi possunt pulcerrimo & vndiq͡ absoluto mundũ hũc simillimum reddere aïal vnum ipsum effecit aspectui subiectũ aïalia cuncta naturæ suæ cõuenientia intra suũ limitem cõtinens. Recte ne mundũ vnũ diximus: an rectius plures innumerabilesue dici oportuit: Vnũ pfecto qũ quidem ad vnius similitudinẽ est formatus. Quod eñ viuentia omnia quæcũq͡ intelligunt̃ cõtinet sociũ alterũ habere nõ põt. Rursus eñ ali/ud anial quod hæc duo cõtineret esse oporteret: cuius duo hæc partes essent: Nec illorũ sed tercii huius mũdus iste simulacrũ rectius diceret̃ vt igit̃ hic mũdus esset aïali absoluto simillim⁹ ex eo q͡ solus atq͡ vnus esset iccirco neq͡ duo neq͡ innumerabiles pcreati sũt: sed vnus mũdus vnigeniusq͡ factus est & erit. Sed audi Timeũ pythagoricũ qui Platonis mgr̃ extitit similibusq͡ verbis ideas collocauit in deo. Mundus in quit est eorũ q̃ genita sũt optimus. Qm̃ ab optimo auctore ẽ illo geni/tus qui respicit nõ in manufacta exemplaria sed in ideã intelligibilẽq͡ substantiã. Ad quã quidẽ quod factũ est examissim atq͡ pfecte pulcer/rimũ & inemẽdabile fit. Perfectus vero est semp secundũ sensibilia: qm̃ illud ipsius exemplar quod oïa in se cõtinet intelligibilia aïalia nihil ex terius aliud reliquit: cũ sit terminus intelligibiliũ absolutissimus quẽ/admodũ hic mundus est sensibiliũ: hæc ille: Audiuim⁹ ideas oïm esse in quodã exemplari viuẽte eternoq͡ quod sit intelligibiliũ oïm pstantissi mũ: & ita vndiq͡ absolutũ vt nihil intelligibiliũ sit extra ipsum: Hoc au tem nihil aliud põt esse q̃ deus: Sed quid illo clarius: Plato cũ dixisset deum oïa sensibilia ad similitudinẽ intelligibiliũ effecisse subiunxit eum oïa suiipsius fecisse similia. Quasi idem exẽplar sit atq͡ deus. Q m̃ vero quot sunt in hoc mũdo rerum species creatarum tot saltem in deo sunt ideæ. id est rationes intelligibiles p quas cuncta creãtur atq͡ creatæ spe cies quia sunt in materia per se non viuente vel non viuunt vel vix vi/uũt. Ideæ vero quia sunt in deo per se viuente viuunt: ideo plato in eo dem libro inquit. Quot & quales mens ideas in ipso viuente inspicit totidem & tales in hoc mundo species secum cogitauit effingere. Hoc Ioannes sensit Plato vt audis. Hoc senserunt antecessores successoresq͡ Platonis. Crede Marsilio: Qui sentit aliter a veritate dissentit.

Causa peccandi. Spes. Remedium.

Marsilius Ficinus Ioanni caualcanti amico vnico. S.D.

Vr animi cū diuini sint tam prophane viuunt. Quia domū re-
c gionēq; habitant pphanam. Alii propter negligentiā vł igno-
rantiā delinquunt: Neq; mirū id quidem: quo ad in chaligino-
sa hac mundi fece versamur: alii propter nimiū corporis amorē. Neq; id
quoq; mirū. Comes.n. est & proles animæ: alii quia vł immortalitati vł
diuinæ clementiæ diffidunt. Quid mirū: cum in loco mortis malignita
tisq; vitā ducantur. Alii quia vel diuinæ clementiæ vel crastinæ emenda
tioni plusq̄ par est confidunt. Tū diffidentia. Tū confidentia nimia pe-
riculosa est. Illa vexat. Ista fallit. Summa igitur prudētia est presenti mo
mento semp vti q̄ optime possumus. Vnicū refugiū deo se frequentissi
me cōmendare. Optima species cū hæc egeris meminisse nō latere deū
q̄ durā q̄ue periculosam nobis puinciam habitandā & administrandam
tradiderit: infinita bonitas finitū longe superat malū: Varios instituit si
ue castigationis siue pœnarū gradus atq; eos quidē ad bonū vel pprium
alicuius vel cōmune. Gradus autē præmiorum plurimos & vberrimos.

Quos deus coniunxit moribus cōiunget fœlicitate.

Marsilius Ficinus Ioanni caualcanti Amico Vnico. S.D.

Eri in agro nouolano sacra diui Xp̄ophori & Iacobi solēnia in-
b staurauim⁹: Sacra dixi Ioannes dūtaxat: festa certe addidissem si
tu affuisses sine quo nihil mihi festū. Vide igit̄ q̄tū Marsilio tuo
carus sis cui ne cœlestia quidē si dicere fas est absq; te cara sint. Et meri-
to: nam qui Iacobū Christophorūq; coniunxit in sacris. Idem Marsiliū
& Ioannem coniunxit in vita. Idem quoq; aut certe q̄ simillimus præest
vtrisq; genius. Statuit nos arbitror deus in terra eadē voluntate mori-
busq; similibus in cœlo sub eadem idea paribusq; fœlicitatis gradib⁹ vi-
uere. Vale nostre nauigationis acates: ac portus deniq; condimentum.

Prestantior est legum conditor q̄ sophista.

Marsilius Ficinus Ioanni caualcanti Amico Vnico. S.D.

Irabantur græci quondam in carneade: Vim dicendi memoriā
m & acumen: laudent vt ais familiares tui eadem in Ioanne Gui-
dio: Eumq; ob similitudinem q̄dam carneadem sæpe cognomi
nant. Tu autem hunc ob legum inuentionem Lycurgi vocas imitato-
rem. Quæris præterea quæ nam præstantior laus sit: carneadis ne an ly
curgi similem esse. Carneades disputando lites introduxit. Lycurg⁹ ve
ro dissoluit: Carneadis argutiæ sæpius inutiles q̄ vtiles. Vtiles aūt pau
cis raro alicubi. Lycurgi disciplina semper vtilis: vbiq; & omnib⁹ neces-
saria. Deniq; q̄to satius ē bene viuere q̄ bene loqui & fœlicem esse q̄ vi-
deri: tanto Lycurgi q̄ carneadis facultas prestantior est: sed accipe ab he
rodoto q̄ta conditoris legum excellentia sit. Is.n. scribit cū primū lycur
gus appollinis templum ingrederetur: hos versus pythyam effudisse.

Et hereo dilecte ioui cunctisq; lycurge: Celicolis: q nostra venis ad pinguia templa. Ambigo quem potius te nunc hominē ve deum ve vaticiner: diuum potius te spero lycurge lege hanc epistolam priori prealdolfino familiari nostro: noui hominis ingenium: Scio hæc eum cōfirmaturum: Vale & in ioannis Guidii beniuolentia perseuera.

Legitimus amoris terminus est consuetudo.

Marsilius Ficinus Ioanni caualcanti amico Vnico. S. D.

I Nterrogas quæ me potissimū causa induxerit vt amatorias epistolas nōnullas excogitarē. Sunt ioannes q̄plurimi qui de rebus amatoriis loquētes scribentesue ab amoris lege procul aberrant: error autē huiusmodi tam noxius est q̄ vtilis ē recta dilectio: tam etiā multiplex q̄ multi sunt q amāt: oēs vero hoies amāt homines dixi ioannes nam qui nō diligit hominē nō ē homo: ergo nō solum in libro quē de amore composui verūetiā in ep̄lis meis p̄fixi amātib⁹ terminū quē vsq; ꝓgrediāt. Quē q trāsgredit cū suiip̄i⁹ ver⁹ hostis sit ver⁹ alioꝝ amicus eē nō pōt Legitimū vero in loquēdo scribēdoue terminū solus ille seruabit qui prius in cogitādo seruauerit. seruabit aūt in cogitando queq; vera pulcritudo sit que nō vera quidē sed vere similitudo cognouerit legitimo amādi terminus ē cōsuetudo: hæc tribus cōstat. Cogitatione aspectu atq; auditu. Nempe: vt phylosophi oēs definiūt: amor nihil aliud est q̄ pulchritudiuis desideriū. Pulchritudo corporis non in vmbra materiæ sed in luce & gratia formæ: nō in tenebrosa mole sed in lucida q̄dā ꝓportione: nō in pigro ineptoq; pondere sed incōuenienti nūero & mesura cōsistit. Lucē vero ip̄am gratiā ꝓportionē numerum & mensurā cogitatione aspectu auditu dūtaxat attingimns. Hucusq; igit̄ se extendit verus veri amātis affectus: appetitus aūt sensuū reliquoruꝫ cū ad materiā molē pondus deformitatēq; formæ amoriue contrariam rapiat nō amorē: sed pruritus quidā ineptus & onerosus nimiumq; deformis. Sed qd ego tamdiu Socratis & platonis nostri more vulgo potiusq̄ mihi consulo: Forte q̄to magis conabor ne vulgus turpiter amet tanto magis insanū gratūq; vulgus suspicabitur me nimis amare: quod etiam diuinis illis heroibus socrati & Platoni nostris ducibus dicit̄ cōtigisse: Ergo de iis hactenus satis superq; sit dictum. Vale.

Medicina corpus musica spiritum theologia animum curat.

Marsilius Ficinus Francisco musano cesiensi. S. D.

C Vm primum tertiana nota medicinis nostris expulsa vna cū Ioanne aurelio academia nostra tanq̄ medicū tuuꝫ salutauisses citharæ sonum cantumq; hymnorū postulasti a nobis & impetrasti. Deinde multa sparsim in nostra illa theologia legisti: Noli francisce mirari q medicinam lyramq; cum theologiæ studiis misceamus Meminisse debes: cum phylosophiæ sis deditus naturam in nobis corpus & spiritum cum anima coniunxisse: Corpus quidem remediis medicinæ

curatur. Spiritus autem qui aereus sanguinis vapor est & quasi quidã animę corporisq; nodus aereis quoq; odoribus sonisq; & cãtibus temperat & alit. Anim⁹ deniq; tãq; diuin⁹ diuinis theologiæ mysteriis expiatur. Apud naturã vnũ quiddã est ex anima & corpore spirituq; compositũ. Apud egyptios sacerdotes vna eademq; facultas erat pharmacis fidibus mysteriis occupata. Vtinã hãc naturalem & egyptiã facultatem tam fœliciter assequamur q̃ obnixe libẽterq; sectamur. Sed de his in p̃sentia satis. Iussisti heri vt prouerbiũ illud meũ academiæ parietib⁹ vndiq; inscriptum tibi transcriberem. Accipe a bono in bonũ omnia dirigũtur. Lætus in præsens: Neq; censum existimes: neq; appetas dignitatẽ fuge excessum: fuge negocia: lætus in præsens. Vale.

Neq; amor sine religione neq; religio sine amore laudatur

Marsilius Ficinus Philippo contronio lucensi. S. D.

m Itto ad te amorem quem promiseram. Mitto etiã religionẽ: vt agnoscas & amorem meũ religiosum esse & religionẽ amatoriã Sane ita natura comparatũ est vt neq; amor honestus sit nisi religiosus neq; religio vera nisi amore suscepta. Salutat te angelus manettus ioannoctii oratoris filius paternæ virtutis heres.

De toleranda Iniuria.

Marsilius Ficinus Iohanni caualcanti Amico Vnico. S. D.

a Is quendã familiariũ tuorũ a petulantibus quibusdã: contumelia & iniuria nuper affectũ fuisse. Qui facit iniuriã ioãnes sibi ipsi facit. Animũ. n. perturbat & nota mali habitus inficit Subit infama odiũ periculũ & incõmoda. Qui accipit iniuriam nõ ab inferente: sed a seipso accipit. Nõ. n. offenditur animus ipse rationalis qui hõ ipse est nisi iniuriam illã esse sibi malam existimauerit. Existimatio huiusmodi in nostro arbitrio posita est. Cũ igit̃ nemo nisi a seipõ lædatur nemo de alio q̃ de seipso debet cõqueri: cogitet ergo qui querit̃ nõ quomodo aliũ sed quomõ seipm̃ puniat hoc ẽ castiget & corrigat: vidisti ne vnq̃ catulos quosdam qui lapidem mordent in eos cõiectũ etiam si ab eo pcussi nõ fuerint: Hi cũ a lapide læsi nõ fuerint morsu dẽtes suos lædũt Itẽ faciũt homines imprudẽtes. Illi. n. sæpe ab asino calce percussi asinũ: imo se pugno pcutiunt. Sane imprudẽtes iniurias multas opiniõe sua in se recipiũt quæ sua natura quasi pilæ in iactorẽ resultare cõsueuerunt. Dices forsitan vindictã nõ desiderare difficile est. Ne dubita si homĩes ignouerint tamen paulopost deus iustissimus vlciscetur. Quid commodius: quid gloriosius q̃ patronũ & vltorem suũ habere deũ: Et tantum boni saltem moreri ab illo expectando q̃tum iniurias inferre voluit mali: malumq; hoc pacto in bonũ cõuertere. O q̃ preciosum bonum est tolerantia: Hanc solam exercuit. Socrates græcoꝶ sapientissimus: hanc p̃ cæteris virtutibus exercuit xp̃s vitæ magister: Nam ob hanc pœne solam exercendam dicit̃ ad homines descendisse. Tam vituperãda impa-

tientia est q̄ laudanda est patientia. Mittamus cætera impatiẽtia turbat animũ: pterita bona delet: p̄sentia inficit. Futura impedit. Neq̃ rumori vilis plebeculæ p̄stande sunt aures si inuitauerit ad vindictam: q d plebs Polyppus quidam. i. animal multipes sine capite. Magnanimi est p̄ magnitudine sua paruifacere queæ sunt parua: Parua sunt & breuissima tẽporalia omnia: quorũ quod ẽ pteritum: non est amplius quod est futurum nondũ est quod p̄sens indiuisibile ẽ & incipit simul ac desinit. Nõ est fortis qui subcumbit iniuriis: sed qui superat. Superat autem qui ita resistit vt ob earum impetum e suo statu non moueatur. Hæc familiari tuo legito dicito etiã vt a ratione medelã quærat non expectet tempõre. Tempus. n. noxius medicus est quotidie. n. expectatione futuri fallit egrotum & anteq̃ veteres expellat dolores nouos adiungit veterib⁹ Totq̃ quotidie acumulat mala vt fallaci spe vitæ deducat ad mortẽ. Viuendum est autem hodie: Qui. n. cras viuit nũq̃ viuit, Si vis hodie viuere viue deo in quo heri & cras nihil aliud sũt q̄ hodie. Vale. xxx. Martii. Mccccdxxiiii.

De constantia aduersus fortunam comparandam.

Marsilius Ficinus Ioanni Caualcanti Amico Vnico. S. D.

S Ocrates apud Platonem in eo libro qui de sciẽtia theętetus inscribitur amicum suum Theodoruʒ geometram adictus fortunæ fortiter propulsandos non ferreis vt pleriq̃ solent armis sed aureis hoc pacto muniũt. Impossibile inquit ẽ Theodore mala pœnit⁹ extirpare. Necessarium est. n. bono aliquid semper esse cõtrariũ. Apud superos quidem mala esse nõ possunt. Sed mortalẽ hanc naturã regionemq̃ inferiorẽq̃ necessario circuiũt. Ideo conandum est hinc illuc q̃ celerrime fugere: Fugere autem dicimus se deo q̄ similimum pro viribus reddere. Similẽ vero hominẽ deo reddũt prudẽtia sanctitas atʒ iusticia. Quẽadmodũ vero diuinũ hoc platonis nostri p̄ceptũ accipi debeat breuibus audies sicut animorũ nostrorum qui creator ẽ idem & gubernator deus: ita corporũ genitor & gubernator ẽ mũdus. Q m̄ vero dei filius anim⁹ mũdi mẽbrũ ẽ corpus anim⁹ noster a deo tanq̃ a patre p̄uidentie legibus clemẽter & suauiter agit: corpus aũt nostrum a corpe mũdi fati viribus tanq̃ pticula quedã a tota sui mole violẽto quodã impetu trahit Nec i mentẽ nostrã fati vis penetrat nisi ipã se sua spõte pri⁹ i corp⁹ fato subiectũ imerserit: Nemo igit adeo cõsilio suo viribusq̃ cõfidat vt morbos corpis rerumq̃ iacturas deuitare omĩno posse se speret. Recipiat a corporis peste seipm animus quisq̃ & in mentẽ suam se colligat. Tunc. n. vim suam fortuna explebit in corpore: in animum nõ transibit. Nõ pugnabit in cassum vir sapiens contra fatum sed fugiẽdo potius repugnabit. Fugari non possunt aduersa: sed fugi. Igitur hinc illuc. id ẽ ab amore corporis externarumq̃ rerum cura ad animi deiq̃ cultum aufugere a Platone iubemur: alter enim mala declinari non possunt. Addit q̄ ce-

lerrime ob eā arbitror rōnē vt a tenera ætate segregare a cōmertio corporis animū incipiamus anteꝗ̄ diuturna eius consuetudine submergatur. Per hāc vtiqꝫ fugā deo similis nō immerito redditᷣ animus. Quippe cum a corporis contagione liber tanꝗ̄ deus euadat. Huiusmodi libertatem virtutibus præcipue tribus assequimur: Prudentia: iusticia: sanctitate. Prudentia quid deo quid mundo debeamus agnoscit. Iusticia quod suū est mundo. Sanctitas deo quod suum est tribuit. Itaqꝫ vir prudēs corpus quidē suū mūdi membrū mūdi ipsius reuolutioni concedit: quocūqꝫ contigerit agitandū. Animum aūt dei filium a corporis cōmertio segregat: & diuinæ cōmittit ꝓuidentiæ ꝑ arbitrio gubernādum. Hoc aureum Platonis nostri p̄ceptum si nos suauissime mi Ioannes sectabimur ꝓuastum hūc fortunæ gurgitem cœlesti flamine aspirāte securi & incolumes ad portum fœliciter nauigabimus. Vale.

Amicitia illa stabilis quæ a deo conflatᷣ.

Marsilius Ficinus Ioanni Caualcanti Amico Vnico. S. D.

v Eram Platonici philosophi amicitiam optime mi Ioannes stabilem vitæ duorum vnionem definierūt. Vitam vero nos vnā in illis esse duntaxat hoībus arbitramur qui opere vno ad vnū finem tanꝗ̄ eodem colle ad eundem itineris terminare gradiūtᷣ. Stabilem quoqꝫ eorum ita demū fore societatē existimamus cum nō vnū solum verū etiā stabile firmūqꝫ id fuerit quod sibi cōi quodā inter se officio sectandū ꝓposuerunt. Verum cum omne hoīnū studiū atqꝫ cōmertium ad id quod bonum putatᷣ semꝑ contendere soleat bona vero tria esse mortalibus videantᷣ bona inquā animi corperis & externa aut virtus animi ab illis aut voluptas corporis aut diuitiarū copia quæritᷣ Horum ꝓfecto primū illud certum est & ꝑpetuum. Duo reliqua caduca sunt atqꝫ mortalia. Q̄ꝛobrem inter illos solum stabilis vitæ vnio que vera est amicitia esse potest qui neqꝫ ad diuitias cumulādas neqꝫ ad explendas libidines corporis quæ omnia fluxa & caduca sunt sed ad vnā stabilemqꝫ virtutē animi capessendā atqꝫ colendā cōmuni quodam inter se studio & toto mentis ardore ꝓficiscuntᷣ. Animi virtutem philosophorum ille oīm magister & dux Plato noster sapientiā voluit nuncupari: sapientiam vero esse rerum diuinarū cognitionē existimauit. Res aūt diuinas idem in libris de repu. non aliter menti nostræ innotescere posse ꝗ̄ deo nos illustrāte demōstrat queādmodū & corporū formas oculis nō aliter ꝗ̄ sole oculos illuminante videri idem igitᷣ deus ē quē videre desideramus: qui aciem mentis vt intueri possimus illuminat qui lucide menti se deniqꝫ monstrat: monstrando delectat: idem via nobis est deus est veritas est vita. Via quidē qm̄ suis nos radiis ad se conuertit & ducit & rapit: Veritas aūt quia verū se nobis ad ip̄m cōuersis ostēdit. Vita deniqꝫ qm̄ animū nostrū ipsius cōtemplatorē beata illa visione pascit ꝑpetuo: & oblectat. Hunc ergo sapientis ꝑennē fontem si

tiant oportet omnes quicūq; sapientie gustare liquores suauissimos cu piunt. Sapientiam vero sectentur necesse est omnes: qui virtutē animi adipisci desiderant. Quo efficitur vt quicunq; animū suū colere institu unt deū colere cōpellantur. Amicos autē inuicē eos in superioribus de finiuimus qui simili & pari studio ad virtutē contenderēt: mutuoq; fa uore suos animos colerent. Cultus animi sola virtute constat: virtus sa piētia est. Sapientia cognitio diuinorū: Cognitionē huiusmodi lux no bis diuina largitur. Cultus itaq; animi dei ipsius est cultus: amicicia igit cum duorū consensu ad animū virtute colendū nitatur nihil vtiq; aliud esse videtur q̄ duorū animo[rum] summa in deo colendo concordia: aman tur autem a deo quicūq; deum pia mente colunt. Ideo non duo quidē soli sed tres necessario amici sunt sp: duo videlicet homines vnusq; de[us]. Deus inq̄ iupiter hospitalis iupiter amicabilis: iupiter humanæ vitæ ser uator. Quem coluit plato semper. Semper socrates honorauit hic vitæ lux hominū. Hic nos in vnū cōciliat: hic indissolubilis est amicitiæ no dus. Custosq; perpetuus hoc deo quondā cōciliatore prisci illi theolo gi quo[rum] memoriā veneramur sanctā inter se amicitiæ copulā inisse tra dunt. apud persas Zoroaster in diuinis religiose phylosoqhiæ myste riis assiduū sibi comitem arimaspem aspirante numine dicit adsciuisse. Mercurius trismegistus apud ægyptios similiter Esculapiū. Museū in thracia orpheus. Illic etiā aglaophemus pythagoram. Atheniensis pla to dionem primo siracusanū: dione deinde defuncto Zenocratem vsq; adeo sapientes viri ad cœleste iter tuto & placide peragendū & ducē de um & comitem hominē necessariū fore arbitrabant. Horum ego vesti gia superne p[er] cœli plagas impressa & si minime sequi posse confido hoc tamen vnū mihi iam abunde videor cōsecutus vt ad sacræ philosophiæ studia exercenda virtutē veritatē inuestigandā optimi viri commoda & iocunda societate nō careā. Reor. n. Ioannis caualcātis & Marsilii ficini familiaritatē in earū nūero q̄s pauloante cōmemorauim[us] ponēdā eē ac duce deo q[ui] nobis fœliciter hāc copulā instituit & cōflauit: vtriq; nostrū ad res agendas ad vitæ tranquillitatem ad diuinorum indagationē plu rimum conducturam.

Poeticus furor a deo est.

Marsilius Ficinus Antonio pellocto Baccio Vgolino. S. D.

Cum legerem[us] ego & Antonius calderinus vna & Bindacci[us] ri casolanus familiares mei q̄ vterq; vestrū in caroli Marsupini lau des musarū alumni cōposuit cōsensimus verissimā eē illā Plato tonis nostri sententiā poesim nō ab arte sed a furore aliq̄ p[ro]ficisci. Et si ni hil opus ē ratiōibus vbi res ipa in p[ro]mptu ē. Dicā tñ q[uod] rō platonica per suadet. Plato de furore diuino in phedro & Ione disputat. Cui[us] tria po tissimū affert signa. Primū q[uod] artes singulas singuli hoies sine deo lōgo vix t[em]p[or]e assecūt. Legitimi vero poetæ: q̄les fuisse vult orpheū homerum

Hesiodum pindarũ omniũ artiũ suis operib⁹ certa quædã inditia & argumenta inseruerunt. Secundũ ꝙ multa furentes canunt & illa quidã mirabilia quæ paulopost deferuescente furore ipsimet non satis intelligunt quasi non ipsi pronunciauerint sed deus per eos: ceu tubas clamauerit. Tertium ꝙ nõ prudentiores viri & ab ineunte ætate eruditiores optimi euasere poetæ. Verum insani potius aliqui qualem fuisse constat. Homerum atqꝫ Lucretium aut rudiores: qualem se fuisse testat̃: Hesiodus & quales extitisse Ionem: & Tynnicum chalcideum scribit Plato: Qui præter artem subito in rebus poeticis mirandi prodierint: Addit ineptissimos quosdã homines a musis ideo corripi quia diuina prouidentia declarare vult hominum generi non hominum inuenta esse p̃clara poemata sed celestia munera: cuius illud affert signum in phedro: ꝙ nullus nunqꝫ licet diligentissimus & in omibus artibus eruditus excelluit in poesi nisi ad hæc accesserit feruentior illa animi concitatio quã sentimus quãdo est deus in nobis agitante calescimus illo impetus ille sacræ semina mentis habet. Valete. iiii. Martii. M. cccc. lxxiiii.

Cura patriæ familiæ amicorum.

Marsilius Ficinus Francisco Tedaldo. S. D.

b Artolus Tedaldas patruus vester vir doctus & prudẽs sæpe socraticũ illud habebat in ore. Duo præcæteris rebus humanis esse curanda patriam videlicet & familiam. Et merito cuius. n. patriæ membrũ est familia corpus patris: Quid igitur totiens francisce noster: quid tamdiu peregrinaris? Sic neqꝫ patriam colis. Neqꝫ familiã satis excolis non tantũ cogitandũ est vt multa filiis relinquas bona: q̃tũ vt multũ bonos: alterũ forte extra patriã: alterũ certe in patria consequi potes: Lactantii arbitror filii tui diligẽtiæ honestatiqꝫ cõfidis. Neqꝫ ipse quidem diffido: quid vero de amicis dicam? quibus aliquando obseq̃ris oportet si vis tibi obsequi obsequere amicis imo tibi hodie. Obsequm crastinum inimicis si quos habes dona sit præcor tibi saltẽ cura mei cui quidẽ tam carus es q̃ꝫ qđ carissimũ. Vale. V. Martii. M. cccc. lxxiiii.

Quis sit verus vir appellandus.

Marsilius Ficinus Bartholomeo fontio & Alexãdro Braccio musarum alumnis. Salutem Dicit.

f I miramini cur Nicolaũ michelozziũ peculiari noie verũ virum nominẽ. Rñdeo qa nihil reperio in eo viro effeminatũ: nihil efferatũ: nihil mẽdax: nihil qđ nõ virtutis vim p̃seferat & intra sese rat: vñ nã p̃ficirci id putatis? Qđ nemo reperiat̃ vsqꝫ: q nicolao vl̃ nimiũ qcq̃ꝫ detrahat. Cur sine exceptione laudat̃? Quia sine simulatione diligitur: & vñ istud qa sine simulatiõe diligit & viuit absqꝫ mẽdacio. Valete ꝫ cauete ne legat hãc epistolã nicolaus. Laudare eũ absentẽ statui: ne forte minus vere verum virum laudare viderer. Salutate petrum cennninum nostrũ virum pietate litterisqꝫ ornatũ. vi. Aprilis. M. ccccxxiiii.

De humanitate.

Marsilius Ficinus Tomme Minerbecto humano viro. S.D.

Vr pueri crudeliores sunt q̃ senes: Insani q̃ prudẽtes: hebetes q̃ ingeniosi: Quia minꝰ hoies vt ita dicã sũt q̃ cæteri: vnde q cru- deles sunt inhumani efferatiq; nominant̃. Qui.n. a pfecta hois natura vel ꝑpter etatis defectũ vel ꝑpter animi vitium corporisue mor bum vel ꝑpter aduersam siderũ dispositionem ꝓcul distant hi vt pluri- mũ humanã speciem tanq̃ rem alienam extraneamq; vel odere vl̃ negli gunt: non homo vt ita loquar fuit nero: sed monstrum quoddam pelle homini simile. Si.n. reuera fuisset homo cæteros homines tanq̃ mẽbra quædã eiusdẽ corporis dilexisset. Singuli nanq; homines sub vna idea & in eadem speciæ sunt vnus homo. Ob hanc vt arbitror rationẽ sapiẽ tes solam illam ex omni virtutũ numero hominis ipsius noie.i. humani tatẽ appellauerũt quæ oẽs homines quodãmodo ceu fratres ex vno quodã patre longe ordine natos diligit atq; curat. Ergo vir humanissi- me in officiis humanitatis pseuera. Nihil deo gratius q̃ charitas. Nul- lum certius aut dementiæ inditiũ aut miseriæ portentum q̃ crudelitas.

Gratia. Amor. Fides. Amicicia.

Marsilius Ficinus Naldo Naldio poæte. S.D.

Olebam nalde te phœbi nunc appellare delitias: poesimq; tuã multis vt par est laudibus prosequi. Sed venit in mentem: haud quaq̃ musam decere nisi musa: & carmina nisi carminibus cele- brari: Tacere autem tua penitus nequeo quid me prouocat ad loquen dum: amor ac fides: amorem igitur fidemq; laudabo gratia mouet amo rem. amor fidem procreat Fides amorem patrẽ suum fouet: atq; hoc fo mẽto ex amore generat amiciciã: deniq; amiciciã iã natã alit fides eadẽ & auget q̃tidie seruatq; penitꝰ indelebilẽ. Vñ nã fieri hoc arbitramur q̃ cũ cætera q̃to magis senescũt tãto etiã magis debilitent̃: amicitia tamen ipsa q̃to vetustior ẽ tanto robustior. Nunqd beneficia multa vltro citro q; accepta id agũt nequaq̃: Volũtas.n. cũ libera sit libera emit̃ volũtate nõ p̃cio. Ergo diu ꝓbata fides cõprobat amiciciã: solaq; fide sit vt beni- uolẽtia & antiq̃ssima simul & robustissima sit Hãc mihi celebrare p̃ cæte teris libet. Doctrina.n. cuiusq; ꝓpria vnius ẽ dũtaxat. Fides vero saltẽ est duoꝝ. Qui.n. sapis tibi ipe sapis. Fidelis aũt tibi es & mihi. Vale mi valde fide fidelior & amice omnium antiquissime. Atq; in familiaritate Bernardi oricellarii docti ꝓbiq; viri perseuera. Memento quotiens vna vel legittimum ciuem vel fœlicem virum excogitauimus totiens te cen tum virorum milibus oricellariũ consentiente marsilio anteponere con sueuisse. Item vale. viii Aprilis. M.cccc.lxxiiii.

Stulticia & miseria hominũ.

Marsilius Ficinus Ricciardo Angelerio anglariensi: Oliuero ardo- uino: Antonio seraphico conphilosophis suis. S.D.

q Vid tantũ ridebat Democritus. Quid lugebat heraclitus. Alter quidem vt opinor stulticiã hoim. Alter vero miseriã. Stulticia ridicula. Miseria flebilis esse videtur. Stulticia quid aliud est q̃ iudicii deprauatio? Miseria quid nisi appetitus afflictio ex deprauatione iudicii ꝓficiscens. Quis negabit stultos esse hoies? Qui curant aliena sua negligunt. Magnifaciũt absentia & noua p̄sentia cõsuetaq; paruifaciunt. O assiduam futurorũ cupiditatẽ p̄sentibus nõ fruunt̃. Et cum sistendus sit motus vt quiescas ipsi vt quãq; quiescant nouos semꝑ motus & varios incboant. Sic diuitias accumulant tanq̃ nunq̃ morituri. Sic voluptatibus abutunt̃ tãq̃ quotidie morituri. Missa faciamus alia in p̄sentia. Infinita eñ materies nũc nobis occurrit. Illud imprimis stultissimum nõ iudicare nõ possum q̃ multi bestiam quidẽ suam immo feram noxiã & indomitã hoc est corpus pascunt diligentissime. Seipsos aũt.i.animũ ipsum quantũ in eis est fame perire ꝑmittunt. Et miramur q̃ diu ita viuimus immo q̃ diu ita morimur tãdiu nos miseros esse quasi possimus alia metere q̃ quæ seuimus. Stulticie fructus est miseria. At quõ? Quoniã stulte nimiũ & corpus alimus & negligimus animum illud pingue reddit̃ & robustũ: Ille macer ac debilis. Hinc fit vt animo p̄ tenuitate imbecillitateq; sua corporalia tum magna: tum fortia videãtur. Quæ magna vident̃ magnopere appetit. Quæ fortia timet summopere. Quo circa tanq̃ miser partim cupiditatis ardore partim timoris horrore solicitat̃. Alamus obsecro augeamusq; alimẽtis spiritalib⁹ spiritũ: Vt magnus quãq; factus & corꝑalia tanq̃ minima paruifaciens nullam in partẽ ob corporis impetum e sua sede declinet. Ascẽdamus in altam mentis speculam infimo corporis puluere derelicto. Tunc diuina ꝓprius: humana ꝓcul spectabimus. Illa maiora q̃ consueuerint videbunt̃ ista minora. Quapropter diligentes illa & ista negligentes. neq; stulti amplius erimus neq; miseri: sed sapiẽtes iam atq; beati. Valete.

Stulticia & miseria hominũ.

Marsilius Ficinus Petro vannio: Cherubino quarqualio: Dominico galleto. S.D.

v Idistis pictam in gymnasio meo mũdi spherã: & hinc atq; illinc Democricũ & heraclitũ. Alterum quidem ridentẽ. Alterũ vero flentem. Quid nam ridet Democrius? Quod luget heraclitus vulgus videlicet animal monstruosum insanũ & miserabile. Mortales bona quotidie a deo petunt. Sed vt bene illis vtantur: nunq; postulãt. Optant vt cupiditates eorum fortuna sequat̃. Vt autẽ cupiditas rationem sequat̃ nihil curant. Minima quæq; suppellectilia student q̃ pulcherrima fieri animũ fieri pulchrum fere nunq̃ student. Corporalium morborum medelas diligenter exquirunt. Morbos animi negligunt. Pacem opinant̃ cum aliis habere se posse. Ipsi tamẽ secum assidue bellum gerunt. Est eñ inter corpus & animã sensum & rõnem pugna per

petua. Amicum sibi ex aliorum numero fidum cōparare posse cōfidūt Nullus autem eorum sibi ipse seruat fidem. Quæ ꝓbauere reprobant. Quæ voluere nolunt: at cōtra: Edificiorum partes examussim dispo-nunt:fides in lyria ad vnguem temperāt. Vt aūt animi partus motusq; cōcinant nunq̄ tentant. Lapides viuentibus reddunt similes. Viuētes vero lapidibus sapientes ipsos cōtemnunt:sapientū statuas & nomina venerant̄. Aliena ꝓfitent̄ nosse cum ꝓpria nesciant. Quid p̄terea dicemus ad hæc amici? Magistratus homicidiū ꝓhibēt: & vbiq; instrumēta pmittuut ad necem hominū fabricari. Optimam virorum segetē optant. Sementē vero virorum.i.puericiam nō satis excolunt. Semp male viuunt hoīes hodie cras solū bene. Ambitiōis grā maleficiis inter se cōtendunt. Commodior ad gloriā via esset mutuis beneficiis decertare: Cum semp loquāt̄ male bene sperant se audituros. Cum male agāt accepturos bona. Bonorū auctores esse nos p̄dicamus. Maloru3 vero deum. Culpas nostras in astra reiicimus. Quod reperies qui tanti estiment hoīem quanti pecuniā? Qui ita seipsos colant vt agros & cætera colunt: qui tanta diligentia familiam educent quāta multi æquos & canes & aues. Qui considerent q̄ grauis sit temporis iactura. In ære expendēdo parcissimi sumus. In tpe erogādo supra modū ꝓdigi. Quot dabis qui animi sui penuriam recognoscāt? Quisq; abundare sapiētia se existimat carere pecuniis. Proh dolor maxima quærimus ī minimis excelsa in infimis: in malis bona: in rebus volātibus quietem: in dissidētibus pacem: copiam in penuria: in morte deniq; vitā. Quæramus amici obsecro hæc eadē quæ iam quærimus. Sed nō ibi quæramus vlterius vbi quærimus: Insanus nimiū & miser est qui se confidit contrariū in contrario repturum. Valete.

Stulticia miseriaq; hoīm.

Marsilius ficinus Xp̄ophoro landino Viro bonitate doctrinaq; singulari. S.D.

a Ristoteles ꝓblemata de natura rerum introduxit. Ego nunc de natura hoīm apud te ꝓblemata moueo. Dic age: cur hoīes rationales esse se gloriāt̄? & tn̄ casu viuunt? Affectant timētve multa priusq; satis sciāt vtrū appetēda timēdaue sint an cōtra: eternis & immēsis breuissima & minima anteponūt. Cur neq; obedire hoī volunt neq; sapiēti parere? Bestiis tn̄ vitiisq; libentissime seruiunt. Quare aliis cōtendimus dn̄ari cum nobis ipsi non dominemur. Quare studio dominandi quotidie in seruitutem incidimus? Et dignitates consequi conamur magisq̄ vt dignitatibus digni simus. Præterea cum videamus bestias bestia nō posse recte absq; hoīs custodia regi qm̄ pacto arbitramur hoīes ab hoīe absq; dei cōsilio & auxilio posse fœlicirer gubernari? Quid nam facit nos in tam supflua rerū copia querulos & egenos? Quid facit vt multis inuideamus cum mortaliū cōditio misericordia

digna sit potiusq̃ inuidia: Cur bonorũ tam facile obliuiscimur nũq̃ vero malorum: Et cum cõtraria cõtrariis expellant quid mala malis curare tentamus: Quid sæpe speramus ad gloriam p infamiã puenire: Virtutem in alio admiramur: Nos aũt vt admirãdi videamur nitimur potiusq̃ vt scimus. Displicet vitiũ alienum: vix aũt cogitamus quo pacto nobis aliisq̃ nequaq̃ displiceamus. claudimus aures veritati: mẽdacio patefacimus. Quid de illis dicã qui alicuius vel hoĩs vel rei amore capti seipsos alio habent: se deserũt vt aliud cõsequant: o demẽtes o miseri: cũ aliena p aliud q̃ p vos ipos apphẽdere nequeatis: quo nã pacto si amisistis interiora exteriora nũq̃ apphẽdetis: Quid bona pcul quæritis pegrini: cũ ppe sint immo intra vos sint: Admirari & hoc landine sæpe soleo qua rõne mortẽ vnã dũtaxat timeamus tam videlicet quæ finis est moriẽdi: quotidianas vero mortes nequaq̃: Nempe quolibet momẽto corporis temperatio variat: & vita p̃terita definit. Deniq̃ vt mihi videt q̃m falso virtutes: vitia vero reuera exercemus: iccirco quãtum in nobis est falso fœlices reuera miseri euademus. Hæc risit Democritus: hæc deplorauit heraclitus: curare voluit socrates: Curare põt deus. O q̃ miserũ aĩal hõ ẽ nisi aliqñ euolet sup hoĩem: cõmẽdet videlicet seip̃m deo. Deũ amet ppter deũ: & cætera ppter ip̃m. Hæc vnica problematũ illorũ solutio est: requiesq̃ malorũ. Vale.

Exhortatio ad modestiã & studia lrãrum.

Marsilius Ficinus Iuliano medici viro magnanimo. S. D.

Etsi is est amor erga te meus vt iudex in rebus tuis immo meis pfectus esse nõ possim: dicã tñ Iuliane quod sentio postq̃ rogas. Primũ quidẽ laudo prudentiã tuã: quod tuo ingenio non cõfidas sed cõsulas seniorem. Scis eñ q̃ multum quisq̃ ob naturalem amorem sibi ipse placeat. Deinde in epistola laudo naturalẽ quandã suauitatem. Videris mihi pictorum quorundã instar oculorũ tuorũ venustatem orisq̃ leporem quemadmodum intuitu linguaq̃ semp exprimis: ita modo calamo expræssisse. Perge igitur Iuliane omniũ suauissime. Perge queso. Lustra diligẽter ortos vt cœpisti iam tusculanos. Nã si tullianos flores exercitatione annua lambes. nectareũ mel deniq̃ fundes. Si tua tibi cõmendare liceret Andream cambinum tibi plurimum cõmendarem. Vale.

Quod amicus est in amico.

Marsilius ficinus Iuliano medici viro magnanimo. S. D.

Dic age Iuliane præcor: si quis te dormiente diligẽter in re tua vigilauerit succẽsebis ne illi q̃ te nõ excitauerit importunus: An debebis potius: debebis certe nõ parum. Debes & mihi qui te iacente: seriis interim negociis tuis interfui: cõsului: faui. At cur non accersisti: inquies me cum posses: etiam si putauissem te illinc abesse nõ accersissem ne tibi forte molestior essem. Sed reuera ingens in te amor

meus iam dudum figuram tuam animo impræssit meo. Atq; vt me ex
tra me in speculo nō nūq; ita te sæpissime intra me in meo corde specu
lor. Aderat insup tunc Laurentius frater tuus: alter tu & natura & vo-
luntate. Itaq; cum Iulianum hunc meum pspicue & intus & extra pspi
cerem: eum illinc abesse cogitare nō poteram. Nulla igitur negligentia
sed amore nimio factum est: ne te aut tunc ad res agendas aduocarim:
aut postea quid actum esset reddiderim certiorem. Aduocari vis alias
dulcissime Iuliane? Des operā oportet: vt minus ameris. Arduū istud
quidem ex forsitan impossibile. Danda em̄ opera prius erit ne sis Iulia
nus. Tunc exues amorem cum te exues. Quid igit̄ in posterum faciā
vocabo ne te alias? nequaq; vt arbitror. Satis iam pridem satis cupido
nos & inuicē & ad se conuocauit vtrosq;. Vale.

Salus amici ab amico.

Carolus marsupinus Marsilio ficino platonico. S. D.

s Alue solus mea salus. Tamdiu em̄ sanus saluusq; sum q̄ diu te-
cum sum. Ac tum deniq; viuere mihi videor cum tecum viuo.
Quotiēs absum: totiēs perii. Vide ergo mi Marsili ne me dese-
rēdo hoīem pdas: immo amicū occidas. Hac semp atq; illac circūcursas
Nunc deorsum corpora curas. Nunc sursum animas custodis. Ego in
terim miles intereo. Si tantā charitatem habes quātā certe habes. Cur
amabo tuum carum Carolum hic manendo non curas? animus enim
eger est tuo discessu corpusq; egrotu;: vna salus vt redeas: hic quartus
iam dies est: exquo reliquisti. quatuor cum geminaueris promissa ser-
uato. Vale.

Diuinatio de amico.

Marsilius Ficinus Carolo Marsupino suo Salutē.

t V quoq; ter quaterq; salue. Videbar mihi hac aurora dormiēs
breuissimam quandam orationem legere: in qua talis esset ver-
borum sententiarumq; contextus: qualem ego semper pro vi-
ribus obseruari. Itaq; ambigebam mea ne an aliena legerem. Surgenti
paulopost electo reddita mihi est epistola tua. Ex qua subito re ipsa co
gnoui: quod in libro de immortalitate animi disputaueram matutina
somnia sæpe non nihil vaticinii continere. Vidi marsupine Marsilium
in tua pupilla hodie marsilio pulchriorē. Sed hæc nunc missa faciamus
Talis deniq; epistola est vt compellat me pedibus potiusq; manibus
ac voce potiusq; litteris respondere. Saluta Taddeum Vgolinum vi-
rum religiosum.

Quantū possit desideriū amicorum.

Marsilius Ficinus Laurentio Medici viro Magnanimo. S. D.

t Heologi statum metiuntur eternitate. Naturales philosophi
motum tempore. Amantes tempus affectu. Quo enim maius
est desiderium eo tempus possessionis quidē breuius expecta-

tionis autem longius opinantur. Quantum ergo tu me ames ex eo p̄cipue tuis litteris declarasti q̄ diei vnius silentium diuturnum silentium & litteras meas quæ velocissime aduolarūt expectatissimas appellasti. Quantū ego te vicissim amē. illud nūc declaret: volo q̄ epistola tua mihi decies iam legēti ita breuis apparet vt eodē pene momēto & saluere iubeat & valere. Repugnātia hæc duo sunt in amore. Cæteri cū dicūtur valere: salui esse intelligūtur. Amātes cū vale audiūt male audiunt: imo malū. Efficis ergo vt gaudeā quādo salue inquis. Simul quoq; vt doleam qn̄ iubes vale. Iubes aūt simul vt mihi videris vtrūq;. Scriberē certe plura forte etiā meliora. Verū repugnātibus iis affectibus tua causa distractus neq; amplius in p̄sentia scribere possum neq; melius Salue tu quoq; simul & vale. xxi. Martii. M.cccc.lxxiii. Floren.

Laudare præstat beniuolentiam q̄ ingenium.

Marsilius Ficinus Angelo politiano poetæ homerico. S.D.

a Ceperā calamū Angele: vt tuā istā homericā musā miris in cœlū laudibus quoad possem extollerē. Repente aūt sic interpellauit me cupido. Quid agis inepte ficine: semp ne in laudibus musæ versaberis? Me lauda p̄hem: si vis absq; adulationis suspitione laudare si musam celebras politianam angelum solum celebras. Si cupidinem angelum vna atq; marsilium. Ego enim cōmunis nostrum amor sum. Vtrunq; colo. Ab vtroq; color. Hæc angele deus ille mihi: sed ego illi inq; verax est musa politiana. Nunq̄ mentiri me compulit. At tu piure amor me cogis mentiri quotidie. Ita heri delitias politianas amabam: vt iurarem eas imposterum vehemētius amare non posse: sic hodie rursus amo: vt iurem me heri eas non satis amasse: vtq; simul affirmem nō posse cras ardētius amare q̄ hodie. Cras istud quotidie me similiter deludit. Semper adultus est meus amor quis credat semper & adolescēs? Adolescat tamen vt placet: modo non senescat. Sed audi cupido. Non venus amoris huius mater est: sed caliope. Fouet hunc musa sædulo. Crescit assidue: crescat hoc fomento iugiter & periurus sit. Non est hoc vitium in amore: sic igitur Angele communem amorem nostrum musamq; tuam colere vna & debeo & volo. Tu musam ipsam adora amoris & gloriæ matrem. xxi: Martii. M.cccc.lxxiii.

Quos amor fallat quos nō fallat.

Marsilius Ficinus Nicolao Michelloctio vero viro. S.D.

s Cripsi Michelocti ad Laurentiū medicē & angelū politianum lr̄as hodie nescio quō amatorias: vt nihil mirū sit si videanť ineptiores. Nam ineptus amor. Vis me tertio ieptire? Et vis & volo: sed paucis. Ego nicolae nihil habeo maiusq̄ q̄ amo. Nihil melius q̄ q̄ amor: & a viris amore dignissimis. Possum nonnunq; ob amorem forte loqui minus vere: sed de amore non possum nisi vera loqui. Neq; tamen me decipit amor vbi antea iudicaui q̄ amaui. Amor iudicium

seques excecat non pcedens. Amor interdũ nihil videt. Interdũ nimis videt. Quorsum haec? Tu intelligis. Nã amatoria calles in primis vir oim amatissimus. Commẽda me & Ioannẽ caualcantẽ meũ Laurentio medici. Et curate valitudinẽ eius diligẽtissime. Est eñ publica vita. Vale. xxi. Martii. M. cccclxxiii. Floren.

Commẽdatio ab aegestate & dignitate.

Marsilius Ficinus Matheo palmerio poetae theologico.

e T si certo scio litteratos viros apud palmeriũ musarũ palmam cõmendatõe nõ indigere: vt tñ officio amicitiae satisfaciã cõmendo tibi qȝ plurimũ lucã geminianẽsem pceptorẽ quondam vna cumcomãdo in grãmatica meũ huic ego tm̃ debeo quãtũ loqui ex arte pstantius est qȝ casu verba inania fundere. Huic & tu duabus de causis fauere debes: & quia indiget: & quia meret. Indigẽti bñfacere misericordis officiũ est. Merenti aũt iusti: scio te misericordem & iustum esse solere. Vale.

Cum bene oia regant a deo oia in melius accipiẽdae.

Marsilius Ficinus epo Campanae poetae.

n Vnquid & tu Campane ridesvnqȝ mortaliũ arrogantiã? Quã ego saepe derideo: & vt ita dauitem vt redarguo. Neqȝ pueri senum cosilia: neqȝ rustici sapientũ cogitatões attingunt. Non tñ terrenũ aial audet diuinae naturae rõnem saepe supbius qȝ decet aucupari: & puidẽtiae illius finẽ auspicari. Et quod deterius est mortales quilibet in quauis aetate inter aepulas etiã atqȝ scorta lucẽtius diuina mysteria tractant: De quibus absqȝ diuino lumine loqui pythagoras iure phibuit. Nemo Campanae diuina pcipit nisi diuinus. Recte eñ Paulus ap̃s. Quae dei sunt nullus nisi sp̃us dei cognouit. Nemo rursus de diuinis amplius mentit qȝ qui mentit ad vnguẽ. Sic eñ deus apud Isaiã ait. Comphendã sapiẽtes in astutia eorũ: & alibi: deus nouit sapientum cogitatões vanas esse. Satis igit esse debet hoi nosse pulcherrimã hãc mũdi vnius machinam ab vno quodã sapiẽtissimo architecto pendere & gubernari. Atqȝ ab ipso bono nõ posse pficisci quicqȝ nisi bonũ: & q̃ ab eo pficiscunt non posse ab ipso aliter gubernari qȝ bñ. Itaqȝ in melius accipienda sunt oia. Qui ita diuina intelligit atqȝ diligit: is est natura diuinus arte bonus: spe letus: pmio foelix. Vale foelix.

De stulticia hoim: & quae sit vera sciẽtia.

Marsilius Ficinus Panetio Pandothio. S. D.

a Ngelus politianus noster penetium suum Marsiliane. immo platonice discipline hodie cõmendauit. Ego autem & si nouis amicis comediam veteribus satyram canere soleo: panetio tñ satyram hodie canam. Volo eñ amicitiã nostrã exoriri simul & consummari. Considera mi Panethi qȝ puerse iuuamus. Nam haud facile exaudimus infames. Ipsi vero exaudiri speramus adeo improbi viuimus.

ba dementes nimiũ & iniusti. Deum nõ mores mutare conamur. Persuadere volumus aliis bona. Et nobis ipsi ꝑsuademus. In ore bonũ gestamus. In pectore malum. De virtute loquentes liræ instar sonũ ꝓprium nõ audimus. Malos medicos imitamur qui sanitatẽ quã aliis pollicent̃ sibi nõ p̃stant. Præsta amabo mihi aures. Amice parumper. Ego te & gratis & paucis oratoriã & musicã geometriãq; docebo. Tibi ipse quod honestũ est ꝑsuade. Tempora motus animi. Vim tuã actionesq; metire. Atq; difficile nimiũ istud inquies. Non erit difficile ad modũ Panethi: si tam auide cupies bñ viuere q̃ cupis viuere.

Liberalitatis laus ælemosinæ laus.

Marsilius ficinus Laurentio medici viro magnanimo. S. D.

d Icam mi Laurẽti quod sentio: & si forte videt̃ execrabile dictu Sed reuera non est execrabile quod est verũ. Nihil em̃ sacratius veritate. Dicã ergo quod sentio libere. Deus Laurẽti deus ipse venalis ẽ. At quo nũmo potissimũ deus emit̃. Quo ipse cæteros emit hoc est charitate quadã in pauperes liberali. Deus em̃ amore immẽso gratis largit̃ omnibus oĩa solisq; dat paupibus. Nam oẽs q̃uis ditissimi videant̃ omnino inopes sunt ad deũ: merito hac sola virtute deum emimus: qm̃ hac sola eum verissime imitamur. Nemo sapiens aut fortis aut temperãs se iactet emulari deũ. Vmbre sunt hæ virtutes diuinarum virtutũ. rõ imagines: solus homo in paupes liberalis exacte hunc imitat̃. Eadem em̃ in dando nõ est liberalis hoĩs atq; dei. O fœlicem nimiũ mercatorẽ. Qui exiguo p̃cio se ab hostibus. i. vitiis redimit simulq; emit homines atq; deum. Nunq̃ erit paup qui hoĩm deiq; diues ẽ. Qui in summis diuitiis sæpe considerat, quid est pauperẽ esse. Nunq̃ euadet infimus qui constitutus in summo clementer ꝓspicit infima. Nihil melius efficit vnq̃ pusillus homo q̃ cum humiliter ascẽdit in altum. Nihil maius vir magnus agit q̃ cũ magnifice descẽdit ad imum. Cæteræ virtutes vtenti solum vt plurimũ ꝓsunt. Liberalitas vtenti ꝓdest ac cæteris: & quanto latius q̃ reliquæ virtutes suum officium propagat tanto præstantior iudicatur. Bonum enim quãto amplius tanto diuinius. Ac si pessimum est maleficium: quia contra naturam boni generisq; humani societatam est necessario beneficium esse optimum arbiitramur. Cæteræ virtutes concitare inuidiam nonnunq̃ possunt. Sola hæc semp & amorem accendit & odium inuidiãq; prorsus extinguit Que quidem tunc maxime officio suo vtitur quãdo homini subuenit tum propter fortunam ægeno: tum propter virtutem bene merẽti. Sere igitur mi Laurenti sere inquã fælix agricola vt iam pridẽ cœpisti bono animo aridam hanc humanã terram quæ tibi tandem nõ frugibus imisq; solumverum etiam lacte affluet atq; melle. Quis enim homo dicatur ab humano diuersa tamen in serẽdo ratio est hominis atq; humi. Qui in humũ inopem semiua ꝓiicit iacturam facit seminum. At qui in

homine inopem. certe serit vtiliter. Atque vt pollicitus est qui nõ mentitur centũ p vno reportat & id quod preciosius est p centũ seminibus vnũ deum. Quorsum hæc? Cum audissem te his sacris dieb9 multa vt abunde soles & plusque soles clemẽter in paupes erogasse nolui in charitate laudanda nimiũ parcus esse in qua tu exercẽda liberalis & vt ita dicam pdigus extitisti. xii. Aprilis. M. cccc. lxxiiii. Floren.

Nulla virtus benignitate amabilior.

Marsilius Ficinus Nicholao Micheloctio vero viro. S. D.

SI lachrymare mulierem est micheloctii ego me esse fateor p̃ ceteris muliebrem Ingeniũ nobis molle talia dedit. Laurus aũt nr̃ mollissimũ reddidit. Lachrymo equidẽ sine teneriore quodam gaudio siue alio nescio quo miro affectu quotiẽs cõsidero: cõsidero autem sæpe quantũ Laurentius noster erga deum pius sit quantum misericors erga paupes quantũ bñficus erga oẽs. Verũ q̃to magis aliis bñficus est: tãto magis quodãmodo est Marsilio suo maleficũ: si quidem bñficiis immo maleficiis istis suis me pene miserũ miris modis quotidie fascinat & illaqueat. Ac dum cæteris lachrymas amonet mihi mouet lachrymas: Et cum ardẽtius a me amaẽ: tunc discedit longius. Admone vir amãtissime laurũ vt quæ amauit amet. Et cum primũ licet tã ppe accedat p̃sentia q̃ ppe accessit amore. xii. M. cccclxxiiii.

Verus amicus nõ eget absentia vt magis desidereẽ.

Marsilius Ficinus Iuliano medici viro magnanimo. S. A.

CVm supioribus diebus morali quadam orõne in nocturnis sacris amicos tuos ad peccatorũ pniam & lachrymas puocasses: alii eiulabant: alii plangebant pectora palmis. Anthonius autẽ poeta tuscus quasi exanguis exanimisque dicitur cecidisse: Paulopost in mugellanos montes te subito contulisti: vt quemadmodum Anthonium illum ferme præsentia tua perdideras. ita Marsilium hunc tuum absentia pderes. ha parum officiose vir. hostibus olim crudelissimis pepcisti. Hunc vero nõ parcis amicis. Forsitan statuisti dies aliquot rusticari: vt ad nos desideratior redeas & post rusticationem vrbanior videaris. Quippe qui scias appetitum ab indigẽtia: & ammirationẽ a nouitate proficisci solere. Sed nihil aut tibi aut mihi o astute medices isthac opus est medicina. Quid eñ vrbanitate vrbanius videri potest? Quid vt ita dicã desideratius desiderio. Mitte has medelas oro & ægris valde molestas & medico non necessarias. Illi eñ ce illi ppter absentiũ magis desiderentur qui propter diuturnam præsentiã minus indies desiderenẽ. nobis aũt quotidie falso liquore tuo nostra hæc sitis nõ tam extinguiẽ q̃ accendiẽ. Saltem dum isthic cum Angelo nr̃o moras trahis Marsilium Iuliane tuũ ore voluta tuo. Vel lambe hunc Iuliane vel mãde. Morderi malo a Iuliano q̃ expui. Vale.

Quis diues iniustus sit quis iustus.

Marsilius Ficinus Angelo politiano poetæ homerico. S.D.

d Eus aquam vniuersam aquaticis singulis terram terrenis volu it esse communem. Solus homo infœlix animal qđ deus cõiun xerat separauit. Imperiũ suũ qđ natura fuerat amplum cohibuit in angustũ. Meũ in orbẽ introduxit & tuũ dissentiõis totius maliq; ini tiũ. Quapropter non iniuria pythagoras statuit inter amicos. Plato in ter ciues omnia esse cõmunia. Ergo diuites illi iniusti penitus habenda sunt qui ob sup̄biam obliuiscunť dei diuitiaꝝ omniũ largitoris. Paupe rũ quoq; se dños faciunt: & pecuniarũ se possessores appellant: cũ a pe cuniis ipsi possideanť. Cõtra vero iusti sunt & fœlices qui in summis di uitiis cõstituti se dei ministros pauperũ tutores pecuniaꝝ distributores existimant. Fortunate nimiũ adolescẽs q tales nup̄ nactus es patronos Ego tales nactus sum iamdiu. Et miraberis Angele. si p̄pter absentiam Iuliani mei mestissimũ esse me dixero. Profecto nisi me nunc discessu il lius quasi insipidum Matheus francus suis cõdiret salibus aut forte nõ satis bene mihi ipse olerem aut certe ad suauissimos medicis Iuliani flo res odoresq; subito aduentarem. Omnino autem vix me politiane hic triduum continebo.

Iurisconsulti bonitas & dignitas.

Marsilius Ficinus Angelo Nicolino ottonis insignis iurisconsul ti filio insigni paternæ artis heredi. S.D.

p Ictor qui arte sua iniq; vtitur nõ necessario ob hoc malus pictor est: sed malus homo. Idcirco neq; bonus pictor idem at; homo bonus. Sane quia multũ inter bonitatẽ interest atq; picturã. At q; in cæteris artibus eodẽ pacto. At vero iuriscõsultus q lege vtiť nõ le gittime & malus iuriscõsultus ẽ: & malus hõ. legittimus ergo iuriscon sultus hõ est ciuisq; legitimus. Tãto ẽ inter iuris ciuilis peritiã: viriq; vir tutẽ affinitas. Qui nummũ rem reuera vilissimã e terræ visceribꝰ effossã adulterat humana lege iubente vt scis cẽsura seuerissima plectiť. Qui er go legẽ ip̄am rẽ p̄ciosissimã celitusq; missam adulterat quãta a diuina le ge rigiditate puniť? Probo igiť te mi Angele q vtaris lege legittime. Perge quæso. Sperne alto animo minas & illecebras nõ deseret te deus omnipotẽs legis auctor & magister finis & p̄miũ. Perge amice ne dubi ta diuitias apud deũ incorruptibiles cumulabis. Magna quoq; apđ ho mines iuriscõsulti dignitas ẽ. Hic publicus ciuiũ patronus hic cõmune ciuitatis oraculũ. hic diuinæ mentis & voluntatis interpres. Vale.

Dignitas sacerdotis

Marsilius Ficinus Paci sacerdoti iuris canonici p̄fessori. S.D.

s Aepe ego & Ricciardus angellerius insignis theologus vna de sacerdotis dignitate disserimus. Cõclusimus deniq; queadmo dum bono angelo nihil post deum melius: malo nihil peius Ita nihil in terris honesto sacerdote pulchrius esse: turpi vero nihil turpius

Ille religionis hominũq; salus iste pestis. Quid est sacerdos legitimus: Nisi deo dicatus animus. Angelus vicem dei gerens apud homines. Viuens dei templũ. Quid sacerdotii dignitatẽ recte considerauerit sacerdotio nõ abutetur. Cogitemus ergo quid est legitimũ sacerdotẽ eẽ. Hoc enim ferme est esse deum. Sacerdos quidem est temporalis quidã deus. Deus vero est sacerdos eternus.

Non cuilibet dandi sunt sacri ordines.

Marsilius Ficinus Mariano Episcopo Cortonensi. S.D.

v Enit ad te Bastianus saluinus amitinus noster terciũ sacrorũ ordinũ mysteriũ postulaturus: atq; vt arbitror accepturus. Tu vero qui hominẽ nõ nosti ac scis sacratũ canibus dandũ nõ eẽ fortasse dices, oportet eum o marsili qui tãto munere fungitur sit litteratũ esse piũ erga deũ erga homines vero iustũ. Adolescentẽ istũ fore talem quis testabit̃ vel fideiubet: Rñdeo tibi venerãde pater socratis illud. Sicut vas vita ita hominẽ sono cognosci. Itaq; ad obuiũ quendã & tacentem inquit loquere hospes vt te videam: vtpote qui solũ animũ esse hominẽ iudicabat. Præterea si zopiri artẽ haberes adde rem forsitan vt indolem eius considerares. At vetat vitæ magister hominẽ secundũ faciẽ iudicari. Fideiussorem queris. Habes Marsiliũ. Vis locupletiorẽ: Volaterranus episcopus fideiubet. Apud vtrũq; adolescens est educatus.

Nulla consonantia magis delectat q̃ cordis & linguæ.

Marsilius Ficinus Laurentio mediciviro Magnanimo. S.D.

m Ittit ad te Bastianus Foresius Poema suũ de triumpho virtutũ contra vitia opus tanto hoc titulo dignũ. Lege laurenti poema & elige poetam. nam in eius quoq; animo virtutes de vitiis triumphant. Nulla vel dissonantia magis offendit vel consonãtia magis delectat q̃ cordis & linguæ.

De officio ciuis.

Marsilius Ficinus Petro Hero. S.C.

d Ic petre cur febris cum Bernardum patruũ tuum inuasisset subito me accendit. An forte quia tam proximi sumus vt non potuerit canicula in alterũ flãmas euomere quũ accẽderet alterũ: Vtinam cito conualeat vt marsilius cõualescat imo vt & melius florẽtia valeat. Quæ si medicos semper tales haberet qualem hunc habet & medicem nunq̃ grauiter egrotaret. Recte.n. isti officio ciuis vtuntur sine quo bona valitudo patriæ non seruatur: est autẽ ciuis officium considerare ciuitatem esse tanq̃ animal vnum ex ciuibus tanq̃ partibus constitutum Ac partem toti non totum parti seruire debere. Quando enim partis tm̃ commodum quæritur vtriusq; scilicet tam partis q̃ totius commodum prorsus amittitur. Quando vero totius quæritur bonum: bonũ vtriusq; seruatur. Igitur meminisse debet ciuis nihil siue boni siue mali alicui ciuitatis membro posse contingere. Quin propter cõnexionem

D

quandã ad cætera mẽbra ptineat atq; totũ nihil rursus toti ciuitat? corpi euenire posse qn mox ad singula animalis hui? mẽbra ptineat. Nemo igit̃ in hac vrbana familia dicat meũ hoc & illud tuũ: oĩa.n. in hoc ingẽti animali quodammõ cõmunia sunt. Sed dicat meum hoc & illud non possessione quidem ꝓpria: sed affectu potius atq; cura: Patriam quisq; tanq̃ parentum parentem amet & colat. Priuatus antiquis ꝓbatisq; legibus obediat tanq̃ deo. Non enim absq; deo huiusmodi leges constituunt̃ magistratus meminerit non aliter se legibus q̃ primatũ magistratibus esse subiectum. Intelligat se adeo cuq; iudicat iudicaturi. Platonis præceptum semper ante oculos habeat vt non seipsum sed ciuitatẽ: nõ partem ciuitatis aliquam dũtaxat sed vniuersum respiciat. Sciat deniq; optimuq; in cœlesti patria huic seruare locum. Qui terrenam patriam ad cœlestis exemplar pro viribus disposuerit. Cõmuni enim mũdi regi nihil gratius q̃ cõmune bonum. Hæc & similia ad ciuem legitimum pertinentia scire te arbitror & seruaturũ spero cũ doctrina prudentiaq; nõ careas ac præterea magistrum habeas hac in re domi sufficientem: de cui? virtutibus alias. Vale. Ioannes caualcantes noster se tibi commendat.

Quid est bene viuere.

Marsilius Ficinus Hieronimo pasqualino suo. S: D.

Quæris quid sit bene viuere? Vtilius quæri nihil potest: est autẽ bene viuere verum intelligere. Consultare bene. Velle bonum Agere bona. Primum sapientiæ est. Secũdum prudentiæ. Tertium iustitiæ. Quartum perseuerantiæ. Primnm a deo est. secundum a primo. Tercium a deo simul atq; homine. Quartum ẽ a tercio. Qui ita viuunt: viuunt homines. Qui viuunt aliter animalia viuunt. Vale ac viue homo.

Vota non sunt spernenda.

Marsilius Ficinus Francisco Marescalcho Ferarieñ. Egregio cõ phylosopho suo. S.D.

Librum de christiana religione nondum absolui Francisce: quia dũ emendarẽ hoc augusto in febrẽ incidi atq; diarriam. Minabatur id forte mihi saturnus hoc anno q & in meæ natiuitatis ascẽdente aquario ab initio fuerat & iis tpibus ẽ in cancro domo meæ natiuitatis sexta. Missa nũc faciamus cœlestia sunt.n. qui talia paruifaciãt ad supercœlestia veniamus. Qđ ergo mihi in hoc morbo contigit audi: In tantã Marescalche debilitatẽ qnq; ꝓlapsus sum vt salutẽ pœne iam desperarẽ. Meditabar igit̃ quæcũq; annis trigita magna legissem si qd forte mihi occurreret quod egrum animũ consolaretur. Scriptores humani exceptis platonicis nihil penitus cõferebant christi autem opera multo magis q̃ phylosophorum verba cõsolabantur. Feci insuper diuæ Mariæ vota signũ quæ salutis aliquod postulaui. Respiraui subito aliquan

tum ac manifestum in somniis nuntium salutis accepi. Non igitur æsculapio gallum sed christo matriq; animum corpusq; debeo. Omnia semper accipienda in melius Marescbalcbe quid? Si deus hoc inter morbū signo admonere me voluit vt acriori posthac ingenio studioq; doctrinam christi confirmem. Præsertim cum paucos post dies etiam ab ardore vrinæ voto simili fuerim liberatus. Audi si placet & aliud mirabile atq; verum. Pater meus ficinus chyrurgicus florentiæ suo sæculo singularis ductus olim fuit a rustico quodam nomine Pasquino ad curandū filium eius tommā caput grauissime vulneratus. Medicus inspecto incurabili vulnere puerum paulopost proculdubio periturum existimās recessit inde tanq̄ nō rediturus. Parētes infirmia medico destituti diuam Mariam pro nati sanitate supplices obsecrarunt. Igitur eadē qua illi orabāt hora ficino in itinere sub quercu vel oscitanti vel certe leuissime dormienti mulier quædam visa est aspecta admodum venerāda ita eum cōpellans. Quod ingratus erga deum es ficine? Quæ ab eo gratis accepisti non das gratis? Respondit ille panē do quotidie mendicantibus. Subiunxit illa. Artis quoq; tuæ munera egentibus abunde largire: Post triduum rediit ad medicum rusticus ille orans vt ad filiū curandum reuerteretur. Quod quidem valde miratus est ficinus. Nam obiisse illum arbitrabatur. Accessit gratis tum præterito somno tum voto parentū admonitus. Narrauit enim rnsticus quæ vota & qua hora fecisset. Deniq; puer præter spem medici artem ve medendi sanus euasit ex eo tempore ficinus sæpe pro salute eorum qui curæ suæ cōmissi sunt vota mariæ fecit fœliciterq; successit. Q̄obrem amicos tuos admone: ne spernant vota: Nam neq; Aristoteles quidem in generi morbo contempsit. vi. Septembris. M.cccclxxiiii. floren.

Nobilitas vtilitas & vsus medicinæ.

Marsilius Ficinus Tomme Valorio egregio Physico. S.D.

Lege apud homerum. ιή τέοσ ταε άγήε ωαλλώ ράγ ταειόσ όλλών Vir medicus multis aliis equabitur vnus & merito. Nam medendi facultatē donum esse dei potiusq; hominum inuentum sacræ ebreorum litteræ docēt. Honora medicū. Nam propter necessitatem creauit eum altissimus. Gentiles præterea huius artis auctores deos fuisse volunt. Is idem: Appollinem: Esculapiū: Singulares quoq; medicos diuinis honoribus prosecuti sunt: delubra enī chironi machaoni podalirio hippocrati: hermagore dicauerunt. Confirmauit hæc hippocrates in epistolas ad abdeteritas. Medicinā esse dicens deorum munus: Atq; liberam: neq; se pro eius vsu nunq̄ mercedem acceptauisse: In epistola etiam ad Phylomenem ait. Medicina vaticinio propinqua est: harum enim duarum artium vnus est parens appollo scilicet qui progenitor noster est: hic & futuros morbos prædicit

& eos qui aduersa valitudine affecti sunt: curat: Hinc pythagoras Empedocles appollinius theaneus nõ tam herbis q̃ carminibus morbos curasse tradunt̃. Emagi sacris rõnibus orõnibusq́ purgandũ esse egrotantis animum priusq̃ corpus existimabat: Quia videlicet huiusmodi ars & diuinitus accepta est & diuinitus exercet̃: Atq́ animus ex deo: corpus pendet ex animo: Nonne raphaelem archangelũ hebrei nolũt huius artis opus exercuisse? Mittamus reliquos xp̃us ipse tanq̃ generis humani medicus ægros ægrotosq́ quotcunq́ offerebant̃ curabat: Discipulisq́ medendi tradidit potestatem: hanc igit̃ artem vtpote nobilissimã reges meditari & exercere quondã nequaq̃ dedignabantur Quales fuerunt sabor & ginges medorum reges. Sabid rex arabum. Mitridates p̃sarum rex. Rex egiptiorũ hermes. Mesues regis damasci nepos. Volunt nonnulli & auicennam fuisse cordube principem. Democritus: Timeus: Locrus: Plato: Aristoteles: philosophi illustrissimi in hac arte scripserunt: innumerabilesq́ alii philosophi non ignobiles. Quanta medicinæ nobilitas sit ferme quantum patit̃ epistola dictum est. Quanta vero vtilitas ex eo p̃spicimus: q̃ artes quæ ad beneuiuendum dirigunt̃ absq́ huius auxilio parum ꝓdesse vident̃. Non em̃ bene viuere possumus nisi viuamus neq́ breuissimo hoc vitæ tempore in quauis facultate multum ꝓficere: nisi valeamus bene: neq́ facile multum apud homines deum ue mereri nisi diu sobriiq́ viuamus. Omnẽ vero huiusmodi facultatẽ diligentia medicinæ suppeditat. Vti aũt hac arte oportet summa tum erga deum pietate tum erga hoĩes charitate. Queadmodum Lucas euãgelista. Cosmusq́ & Damianus diuini medici exemplo nos docuerunt. Est em̃ honorũ oĩm auctor deus est: & legitimus medicus quasi deus aliquis inter hoĩes. Eos nanq́ in vitam a morte restituit. Et tanq̃ deus colit̃ vel a regibus & sapiẽtibus eũ egrotant. Quod acumine doctrina. Experientia opus sit medito cũcti fatẽtur. Quod etiã grauitate diligẽtiaq́ in deliberãdo dubitat nemo. Sed postq́ mature cõsultum est nulli arti vt hypocrates abderitatis ait magis q̃ huic mora obesse potest. Nõ tñ minus immo magis p̃iculosum est vt Glauconi Galienus inquit præuenire & præpedire naturã. Multos em̃ ait hoc errore. i. temeritate medicorũ naturam vel impedientiũ vel præcipitantiũ quotidie p̃di. Quem quidẽ errorem facilius deuitabit qui suo ingenio non confidet. Nam hypocrates Democrito scribit se in ipsa iam senectute cõstitutum nõdum medicinæ finẽ attigisse: Galienus etiam ait cum nonagenarius esset: tũc demum pulsus tenere naturã: In primis meminisse debet medicus auctorẽ sanitatis deum esse: instrumentũ dei esse naturã ad sanitatem efficiendã vt seruandã: Medicum vero vtriusq́ ministrum vt artifici non vires sed materiam præparet: & impedimẽta dimoueat. Qui si importune mouere vel sistere materiam velit sæpe male vtrunq́ agit & naturam impedit quæ bene ex-

equeretur vtrũq;.sed audiam⁹hac de re diuinum Platonem nostrum in timeo ex mente pythagoricorum ita loquentem. Omniũ vero motiuum optimus ille est qui in semet ex seipso fit. Nam & mẽtis & totius ipius motioni cognatissimus est. Qui vero ab alio fit deterior. Deterrimus autem motus quando iacens & quietem agens corpus ab aliis secundũ partes mouetur. Quapropter purgationum constitutionumq; omnium corporis quæ exercitatione gymnastica fit saluberrima ẽ. Proxime ad hanc accedit vectio facilis siue naui seu quouis alio vehiculo ꝓagatur. Tertia commotionis species tunc demu; cum summa cogit necessitas vtilis aliter vero nullo modo sane mẽtis homini suscipiẽda medicorum illa purgatio ẽ quæ pharmacis: id est solutiuis medelis fieri solet. Morbi eñ nisi periculosissimi sint pharmacis irritandi nõ sunt. Omnis nanq; morborum constitutio animalium naturæ quodammodo similis est. Quippe animalium compositio ab ipso generatiõis exordio certis temporum curriculis terminatur. Idq; & genus vniuersum patitur: & animal vnumquodq; ab ortu fatale viuendi spaciũ in seipso exceptis necessariis passionibus cõtinet. Et enim trianguli. id est qualitates proportionales ab ipso initio singulorum vim possidentes vsq; ad certum tempus sufficienter ad vsum vitæ coherent. vltra id vita nemini ꝓrogatur. Idem quoq; cõstitutionis modus langoribus cõuenit. Quos si quis citra fatalem temporis cursum pharmacis amputare cõtenderit ex paruis ingentes ex paucis multi euadere consueuerũt. Quapropter diligentia victus corrigendi & gubernandi sunt morbi prout cuiq; datur ocium neq; difficile infestumq; malum pharmacis instigandu;. Hæc Plato. Galileum nostrum florentinus populus ꝙ hac regula vteretᷓ sæpe commendat. Ego etiam laurentium marcellinum verum medicum hanc ob causam summopere Laudo. Tommam quoq; valoriu;: nisi ad eum scriberem valde laudarem. Vale & Antonium beniuenium bonũ physicum bene saluta. Salutat veto te Hieronimus amatius comes noster in medicinæ citharæq; studio valde iocundus.

Tempus parce expendendum.

Marsilius Ficinus Laurentio Medici viro Magnanimo. S. D.

S Alue milies mea post deum salus. Nefas esse putabam cu; primum manus calamum ducere posset ad alium priusq̃ ad patronum meum vnicum scribere. Quid igitur potissimum scribam Scriberem certe nunc ad te si liceret seueriora q̃ soleam non semper arbusta viuant humilesq; myrice: sed quid obstat Marsili quo minus in ꝑsentia liceat. Quandoquidem ad eum scripturus sis qui non modo permittit verum etiam iam pridem litteris suis id tibi præcepit. Laurẽti in hac mea infirmitate nihil acrius animu; affligebat q̃ inutiliter transacti temporis recordatio: nihil rursus restabat quod me aliquantulum con

solaretur præter eorum memoriam quæ didiceram q̄uis non multa di-
dicerim. Solo enim diuino veritatis pabulo reuera diuinus animus ob
lectatur alitur augetur: Cætera volantium nugarum delirame̅ta immor
talem non implent mentem naturali quodam instinctu eterna & imme̅
sa poscentem. Obsecro te igitur charissime mi patrone per ethereu̅ deu̅
vt præciosissimi temporis huiusq̄ breuissimi minimum parce pruden-
terq̄ expendas nequando frustra te ꝓdigabilitatis irrepabilisq̄ iacturæ
pœniteat. Iactura temporis theophrastum annos octuaginta natum fre
quenter deducebat ad lachrimas iactura temporis magnum Cosmum
natum annos pluresq̄ septuaginta sæpe me præsente grauiter suspirare
coegit. Obice quæso inanibus curis superuacuis ludis negociis no̅ ne-
cessariis socraticum illud. Abite procul hinc hostes sacrilegi abite q̄ pri-
mum animi mei fures ne a me ipse abire compellar: furantur hæc paula-
tim tibi teipsum: & captiuum ducunt virum magnum virum natum ad
imperandum: redime te quæso ab hac misera captiuitate dum potes: so
lum autem potes hodie: hodie primum tui iuris esto. Non e̅ crede mi
hi sapientis dicere viuam: Sera nimis vita est crastina viue hodie. Facile
est laurenti quod posco: Non est difficile hora̅ vnam rectevtiliterq̄ tra̅s
igere vtere præcor quotidie hora vna bene hoc est ad mentem liberali-
bus disciplinis ale̅dam ac tantillum temporis fœliciter tibi ipe viue. Re-
liqu̅u si libet viue aliis nam & alii vt scis sæpe viuas oportet: Si vis tibi
viuere. Sed vtru̅q̄ dei gratia facito. Nempe adeo dei gratia primu̅ dein
de tui aliorumq̄ gratia es ꝓcreatus. Ludis autem iocisq̄ raro parumq̄
indulge nam & ad maiora vel potius ad maxima scio qd̄ loquor te deꝰ
instituit. & huiusmodi falsa oblectamenta coruscationis instar tam cele-
riter euanescunt vt dum videntur oriri in contrariu̅ conuerta̅t: Sed no
li mihi cras vlterius polliceri: Polliceris qd̄ neq̄ habes neq̄ te scis habi
turu̅. Si cras tantu̅ comederis biberis ve nonne triduo peribis amice?
Pereat cras istd̄ hodie pereat q̄ primu̅ ne tu pereas: nihil crastino isthoc
allacius: fefellit omnes quos terra protulit homines. Heu quid agis in
epte ficine? Ecce vel contrahet supcilia laurentiꝰ vel ridebit. Vtru̅q̄ ma
lu̅. Imo vtru̅q̄ bonum. Noui enim medicis ingeniu̅. A bono non ꝑfici
quennio octo decem libros. Quorum initium diuinitatem animae quam ipse prospicere iam mihi videris incipit iis verbis paulatim significare. Cum genus humanum propter inquietudinem animi imbecillitatemque corporis & rerum omnium indigentiam duriorem quam bestiae vitam agat in terris: si terminum viuendi natura illi eundem poenitus atque caeteris animantibus tribuisset: nullum animal esset infoelicius homine. Quoniam vero fieri nequit vt homo qui dei cultu proprius cunctis mortalibus accedit ad deum beatitudinis auctorem omnino sit omnibus infoelicior: solum autem post mortem corporis beatior effici potest: necessarium esse videtur animis nostris ab hoc carcere discedentibus lucem aliquam superesse. Sed de iis satis. Tu vero perge Bandine res singulas vt facis quantum potes introspice: Sic enim numquam decipieris Qui superficiem aspicit vmbras tantum videt & somnia. Centrum est cardo rerum atque substantia. polliceris honorare nos cum primum potueris. Iandiu diuum Platonem eiusque cultores magnifice honorasti. Nunc quoque honoras dum polliceris. Veridicus enim vir qualis est Bandinus cum pollicetur praestat officium. Vale.

Consolatio in alicuius obitu.

Marsilius Ficinus Anthonio Allio Theologo Episcopo Volaterrano Consolationem diuinam dicit.

S I liceret consolari eum qui caeteros consolari possit & soleat: scribere ad te nunc epistolam in fratrum tuorum migratione consolatoriam Non consolabor igitur Anthonium sed precabor. Obsecro te venerande pater per deum ipsum vita viuentium vt neque tam cogites terrenam tuorum mortem quam coelestem eorum vitam: Neque tam voluntatem tuam sequaris quam diuinam Cui quidem facile consentire vnica pietas est: vera sapientia & summa foelicitas. quae caeteris necessaria aduersaque eueniunt ei voluntaria & prospera fiunt qui cum gubernatoris omnium voluntate consentit. Sed quid ego ineptus medicinas offero hypocrati: Medice cura teipsum: immo te deo committe curandum: nullum est enim vt ipse optime nosti remedium contra mortis terrenae venenum nisi & coelestis & supercoelestis vitae feruens amor & consideratio frequens. Vale. xxviii. Aprilis. M.cccclxxiiii. Florentiae.

Contra mendaces & impios detractores.

Marsilius Ficinus. S.D.

D Is fratrem tuum maximo tibi dedecori esse quod mendax & instabilis ab omnibus habeatur, negare non possum eum esse mendacem. Qui contra maiestatem diuinam quae infinita veritas est: venenosam linguam calamumque tam impie tamque insolenter exercet. De illo igitur nihil verius quam quod sit mendax homines praedicant. Sed cur instabilem hunc nominem non inuenio. Qui tam pertinaciter in suo proposito stabilis est: vt in ipsa sua instabilitate & malignitate iam consenuerit vel emenda vitia fraterna si potes. quamquam curare tam veterem morbum difficilimum est & tam nefarium vicium forsitan impossibile. Numquam enim surrexit demon qui cum rebellasset a deo semel dicitur corruisse. Vel saltem feras equo animo: Postquam & deus eius

conuitia tolerat. Forte quia scit deus hunc nescire quod garriat. Non obscurāt amice virtutes tuas fraterna vicia: sed illustrāt. Albedo enim tua ob eius nigredinē candidius emicat. Noli igit̄ in bonis morib⁹ minus ipse stabilis esse ꝙ frater in malis: vt tam bene agas bona ꝙ belle ille mala.

Contra mendaces & impios detractores.

Marsilius Ficinus Bernardo Oricellario viro p̄stanti. S.D.

n Oli nimium turbari Bernarde si ille aduersus oēs tam turpiter latrat. Latrat em̄ canis ille ꝑ natura & cōsuetudine sua. Tunc latrare desinet eiusmodi rabula cum desinet viuere. Nisi forte etiā post morte latratu cerberū comitet̄. Sed dic oro Bernarde quid latratus eius cuiq̄ obesse pōt? Immo hoies vigilātiores cautioresq̄ reddit Et cum vulgatissimū sit eum semꝑ ꝓbis viris vel ꝓpter inuidiā vel ꝓpter dissimilitudinē solere detrahere ille ꝓbatissim⁹ vir habebit̄: Quē ille maxime improbauerit. Ego certe ab iniq̄ verbis mallē ꝙ re ip̄a vituperari. Vitupat autē re ipsa iniquus quē verbis laudat. Nam ei amicus ac sil̄is iudicat̄. Detractor quisq̄ prius sibi ip̄e ꝙ cæteris necessario detrahit. Subit em̄ inuidi & maledici crimen. O quantū abutit̄ lingua qui ad malū vtit̄. Polluāt maledictis os suū maledici nos nr̄m vicissim ne polluamus. Si fetores abbominamur scire debemus nihil peius olere ꝙ in ore malū. Non tam a veste ꝙ ab ore detergēde sunt sordes: sermo fetēs putridæ mētis est signū. Cauēdum est igit̄ diligēter ne improborū cōtagione inficiamur. Non est curandū qd de nobis homunculi sed quid viri neq̄ tm̄ quid viri quantū quid veritas ipsa loquat̄. Siqd obiicit̄ falsi cōtemne veritati cōfisus. Siquid veri ad emēdationē tuam aduersarii cōuitiis vtere. Noli ad leuissimā susurri vulgaris aurā vel ꝓsperā vel aduersam vllā in partē verti: Diuinus animus nulla ex re alia pendere debet q̄ ex deo. At tu frustra conaris istū ꝑditum emēdare: neq̄ exaudit demēs rōes neq̄ audit: nunq̄ parcet ꝓbis viris impius iste qui nunq̄ pepcit deo: Q m̄ pacto pōt insanus qui deū odit hoies vllos qui dei imagines sunt diligere? Rogas me vt eū quibuscunq̄ possum rōnibus corrigā. Litus arare me iubes. nemo infestius: nemo rursus ineptius cōtra res diuinas inuehit̄ ꝙ iste homuncio quē emēdare me rogas puniēdus est potius tersites iste ꝙ castigandus. Proh nefas. Impune inuectiuas multas ore venenoso euomuit contra deū. At quo ore? Quod ab ipso deo laudādi dei gr̄a est creatum. nō habeo in quo seculū hoc nr̄m Bernarde accusem nisi ꝙ portentulum istud impium ꝓduxit Gloriosum bellum ioui quondā a gigantibus indictum fuisse narratur Ignominiosum summo deo his tp̄ibus a pigmeis. Commendas meæ discipline monstrulū miserabile. Et certe si cerebrū haberet ac vires valde humano generi noxium. Hoc hercules ꝓpter cōtemptū p̄termisisset. Marsilius respuit ꝓpter fetorē. Vale fœlix & iube alias leuiora.

Quid est fœlicitas: q̃ habet gradus: q̃ est eterna.
Marsilius Ficinus Laurẽtio Medici Viro Magnanimo. S. D.

Cum ego ac tu nup in agro charegio multa de fœlicitate vltro citroq; disputauissemus tandẽ in sñiam eandẽ duce rõne cõuenimus. Vbi tu nouas quasdã rõnes q̃ fœlicitas in voluntatis potiusq; intellectus actu consistat subtiliter inuenisti. Placuit aũt tibi vt tu disputationẽ illã carminibus ego soluta orõne conscriberẽ. Tu iam eleganti poemate tuũ officiũ impleuisti. Ego igit̃ nunc aspirante deo munus meũ exequar q̃breuissime. Tria bonorũ humanorũ genera numerant̃. Bona videlicet fortunæ corporisq; & animi. Fortunæ bona sũt pecuniæ: honor: beniuolentia dñatio. Atq; vt a primis incipiamus pecunia nõ est summũ bonũ vt opinatus est mida. Nõ em̃ ꝓpter seipsam sed ꝓpter corpis vel animi cõmoda cõparat̃. Neq; honor & beniuolentia vt Augustus solebat dicere. Quia in alterius arbitrio sunt & sæpe nõ sentiunt̃ a nobis sæpissime p̃ter meritũ & impediunt̃ & amittũt̃. Neq; dñatio vt voluit cæsar. Q m̃ quãto pluribus dñamur tãto acrioribus vexamur curis. Plura subimus ꝑicula. Pluribus seruimus hoĩbus atq; negociis. Plures hostes habemus. Bona corpis sunt robur sanitas pulcritudo. Robur sanitasq; nõ est summũ bonũ vt milo crotoniates existimasse videt̃. Minimis em̃ offensiũculis subiicimur. Neq; pulcritudo: qua scepticus gloriabatur herillus. Nemo em̃ q̃uis pulcerrimus sit hoc ipso cõtentus viuit: & aliis potius bonũ est pulcritudo q̃ pulcris. Animæ bona alia sunt inrationalis partis aĩe alia rõnalis. Inrationalis partis sunt acumen sensuũ eorũq; voluptates. Aristippus cẽsuit in ambobus summũ esse bonũ. Nos in neutro fœlicitatẽ cõsistere arbitramur. Non in acumine tum quia in hoc a multis bestiis superamur: tum quia offendere nos solet acutus sensus nõ minus q̃ iuuare. Non in sensuũ voluptatibus. Nam ardor eas antecedit. Cõmittatur suspitio pœnitẽtia sequit̃. Multis longisq; doloribus vna emit̃ breuisq; voluptas. Ac tamdiu voluptatis hmõi vehemẽtia durat q̃diu durat corporis indigentia. Puta eo vsq; potus suauitas quousq; sitis. Indigentia vero omnis molestia quædã est. Voluptas ergo sensus quia sæpe contrario suo: id est dolori miscet̃ neq; pura veraq; voluptas est neq; sufficiens. Ac siquis dixerint nõnullas esse sensuum voluptates que indigentiã non sequantur respondeo eas vsq; adeo debiles esse vt nullus in eis beatitudinem collocet. Neq; audeat quispiam in habitu quodam ex acumine oblectamẽtisq; sensuũ cõposito beatitudinẽ ponere. Habitus em̃ hmõi fallax volatilis inqetus. Vilia oblectamẽta non implent animũ naturali quodã instinctu sublimiora petẽtem. Rationalis partus animæ bona alia naturalia dicunt̃ vt acumẽ memoria & ꝓmpta volũtatis audacia. In iis fœlicitas nõ cõsistit. Bene em̃ vtẽtibus bo

na ſunt male vero mala. Alia rationalis animæ bona ſunt acqſita: vt morales virtutes & ſpeculatiuæ. Nunqd in morib⁹ ē fœlicitas? Qđ ſtoici & cynici arbitrant? Nequaq̄ opationes eñ moraliū virtutuꝫ ceu temperātiæ fortitudiniſq; negocioſe & laborioſe ſunt: In labore autem nō ē finis ille quem querimus ſed in quiete. Negociamur enim vt otiemur & bellum gerimus vt in pace viuamus. Præterea mores nō ꝓpter ſe quæruntur vnq̄ ſed tanq̄ medicinæ quædā ad purgationem trāquillitatemq; animi referuntur. Non eſt autem in tranquillitate epicurea finis ultimus. Refertur eñ animi tranquillitas ad ſpeculationem veritatꝭ ceu ſerenitas aeris ad ſolis lumen. Num ergo in ſpeculatiuis virtutibus qualis eſt cōtemplatio veritatis beatitudo verſat? Certe in iis ipſis Sed alia eſt cōtemplatio vt ita loquar ſubcœleſtiū. Alia cœleſtiū. Alia ſupercœleſtiū. Democritus in prima ſpeculatiōe finem ſtatuit. Anaxagoras in ea quieſcere noluit: quia cœleſtia præſtantiora ſunt q̄ ſubcœleſtia. Sed cōtentus eſſe volebat ſpeculatione cœleſtiū. Vnde inqt ad illoꝝ cōtemplationē genitū ſe fuiſſe: cœlūq; eſſe ſuā primā affirmauit: Quod qdē Ariſtoteles reprobauit: quia ſupcœleſtiū cōſideratio dignior admodū videatur. Atq; beatitudo ſit ſummus actus ſummæ potētiæ circa obiectum ſummū. Verū alia ē boꝝ cōſideratio quā conſequi poteſt animus corpore clauſus. Alia quā ſolutus. Ariſtoteles putauit hominem qui prima habeat eſſe fœlicem. Noſter Plato negauit. Quoniam diuinorū conſideratio in hac vita intellectus ambiguitatem voluntatiſq; anxietatem ſemper habet admixtam. Qꝛobrem apud Platonē beatitudo vera ad animā pertinet a corpore ſeparatam diuina conſiderantē. In diuinoꝝ genere angeli ponunt atꝫ deus. Auicenna & Algazel affirmare videt in angeloꝝ cōſideratiōe animā fore beatā. Id duab⁹ rōnib⁹ platonici cōfutāt. Ratio prima hmōi ē. Intellectui nr̄o cōditio hæc innata ē vt rei cuiuſq; reqrat cauſam. Rurſuſq; cauſæ cauſa. Ideo non ceſſat vnq̄ inqſitio intellectus niſi eaꝫ cauſam reperiat cui⁹ nulla ſit cauſa ſed ipſa ſit cauſa cauſaꝝ. Id aūt ſolus ē de⁹. Secūda rō talis. Volūtatis affect⁹ nullo ſatiat bono q̄ten⁹ putam⁹ bonū p̄terea aliud ſupeſſe. Solo igit eo bono ſatiat vltra qđ nihil ē boni. Quid aūt hoc aliud niſi de⁹? Quapropter in ſolo deo qeſcere p̄t itellect⁹ inqſitio & volūtatꝭ affectus. In deo igit ſolo hominis beatitudo cōſiſtit. Qđ qdē inde ꝓuenit ꝙ nulla res alibi q̄ i ꝓpria cauſa p̄t qeſcere: Et qa de⁹ ſol⁹ ē ꝓpria aīæ cauſa ideo aīa i ſolo qeſcit deo. Sed hæc lati⁹ i theologia de imortalitate aīoꝝ diſſeruim⁹ Cæteꝝ duo ſūt aīæ actus circa deū. Videt.n. deū ꝑ itellectū: ac deo cognito gaudet ꝑ volūtatē. Viſionē Plato vocat ambroſiā gaudiū nectar. Intellectū vero & volūtatē gemias alas qb⁹ i deū tāq; patrē & patriā reuolem⁹. Idcirco puras iqt aīas cū i cœlū euolauerit i diuīa mēſa ambroſia & nectare veſci. Gaudiū i ea fœlicitate ē p̄ſtanti⁹ viſiōe. Quia quātomagꝭ apđ deū i hac vita meremur amādo q̄ inquirēdo tātomagꝭ in illa vita p̄miū

amori q̄ inquisitōni tribuit. Meremur aūt amando multo magis q̄ indagando multis de causis prima: quia nemo in hac vita vere cognoscit deum. Vere aūt amat deum quō cognitū qui spernit cætera ꝓpter deū Secunda queādmodū deterius est odisse deum q̄ ignorare sic melius amare q̄ nosse. Tercia cognitione dei possumus male vti. s. ad supbiā. Amore eius male vti non possumus. Quarta qui deum ꝑspicit nihil ob hoc tribuit deo. Qui autē eum amat & seipm & quicquid possidet deo tribuit. Amanti ergo se deus retribuit potiusq̄ scruptāti. Quinta ꝑscruptando deum paulum longo vix tandē tpe ꝓficimus. Amando breuissimo plurimū ob id em̄ citius ꝓpinquiusq̄ & firmius amor q̄ cognitio mētem cum diuinitate cōiungit quia vis cognitōis in discretōe cōsistit magis: amoris aūt vis magis in vnione. Sexta amādo deum nō solum maiorem ꝑcipimus voluptatem q̄ ꝑscrutando verum etiā meliores efficimur. His rationibus cōcludere possumus præmium quod amori debetur maius esse q̄ quod humane inquisitioni accomodatur Amanti conuenit vt re amata fruat̄ & gaudeat. Is em̄ est finis amoris: Inquirenti aūt vt videat. Gaudiū igitur in homine fœlice supat visionē

Præterea videre quærimus vt gaudeamus. Non aūt vt videamus gaudere. Causam assignare possumus: ob quā videre velimus. Causaʒ vero ob quā velimus gaudere aliam p̄ter ipsummet gaudiū assignar nequimus. Quasi ꝓpter seipsum desideret̄. Non cupimus ipsum vide re simpliciter: sed talia & tali quodam pacto videre vt gaudeamus.

Nullum gaudiū natura ipsa respuit vnq̄. Respuit tamen aliquam interdū cognitionē immo etiā vitam si arbitramur multū fore molestam vt oblectatio nō cognitionis tantū verū etiam vitæ sit condimentum: quo sublato omnia vident̄ insipida. Plenius est gaudiū q̄ cognitio. Non em̄ quisquis cognoscit idem simul & gaudet. Quisquis aūt gaudet necessario & cognoscit. Natura sicut deterius existimat dolere q̄ ignorare ita melius gaudere q̄ nosse. Et sicut dolorem semꝑ & vbiq̄ ꝓpter se fugit & omnia ꝓpter ipsum tanq̄ summū malum ita voluptatē sequit̄ ꝓpter se & alia ꝓpter ipsam quasi summū bonū. Cum vis cognitionis vt supra diximus in quadā discretōne consistat vis autē amoris in vnione ꝓpius vnimur deo ꝑ amatorium gaudium quod nos transformat in amatū deum: q̄ ꝑ cognitionē. Et sicut nō qui videt bonū sed qui vult fit bonus sic animus nō ex eo ꝙ deū cōsiderat sed ex eo quod amat fit diuinus. Queādmodū materia nō quia lucē ab igne capiat sed quia calorem ignis euadit. Ratio hæc ex eo cōfirmat̄: ꝙ cum anima nō sit ipm bonū ideoq̄ bonū ipsi extra sui naturā sit querendū: sequit̄ vt cōuersio volūtatis quæ extra ꝓtendit̄ in obiectū verius ipso bono fruat̄ q̄ notio intellectus quæ manet intus. Intellectus em̄ mō quodā imaginario obiectū capit. Voluntas essentiali instinctu transferre se nitit̄ in obiectum. Appetitus in essentia fundat̄ latissimusq̄ & ꝑpetu

est. quæcunq̃ em̃ sunt semp̃ aliquid appetũt: Cognitio p̃ acceptas imagines agit. Paucorũ est & intermissa. Possessio igit̃ boni p̃ appetitus naturam magis substantialis est p̃ cognitiõis intuitum. Si deus mẽtem a voluntate se iũgeret seruaretq̃ naturam vtramq̃ seorsum. Mens quidẽ priorẽ speciem retinere forsitan videret̃. Esset em̃ adhuc forma quædam rõnalis voluntas speciem forte mutaret. Esset em̃ appetitus aliquis carens rõnis electione. Sed mens nullo prorsus bono vlterius frueret̃: esset em̃ tanq̃ animal absq̃ gustu: nihil sibi placeret: nihil ꝓbaret: neq̃ alteri cuiq̃: neq̃ sibi assentiret̃. Voluntas tñ adhuc suis quibusdam bonis ꝓ viribus frueret̃. Frui igit̃ summo bono ad voluntatẽ potiusq̃ ad intellectum ptinere videt̃. Merito voluntati cõuenit finis motus. i. fœlicitas: qm̃ ad eam spectat motus initium. Intellectus em̃ cum notam ꝓ natura rerum qui ꝓ natura sua res ipsas intelligat res ad seipsum quodãmodo videt̃ attrahere ideoq̃ nõ ꝓprie mouere dicit̃ aiam Voluntas cum res appetat eo modo cõsequi quo sunt in seipsis trahit animam ad externa: Ideoq̃ motus initium est voluntas. Finis aũt motus vniuersalis extrinsecus est. Qui deniq̃ tanq̃ forma quædam anime sese iungit. Anima p̃ voluntatem hoc fine maxime fruit̃. Quia merces laboranti debetur. Cura vero stimulusq̃ circa cõsequendũ bonum malumue vitandum est in affectu. Voluntas nõ modo quia magis meretur q̃ intellectus apud deum iccirco magis deo fruitur verum etiam qm̃ ad eã beatitudinis distinctio ptinet. Quãto em̃ quis ardẽtius amat tanto euadit beatior ideo ad ipsam spectat fœlicitatis ipsius substantia.

Quid dicemus ad hoc: q̃ cum multo plures amare deum ardenter possint q̃ clare agnoscere amatoria via & hominibus tutior est & ad infinitum bonũ quod seipsum vult q̃ plurimis impertire longe accõmodatior. Ad voluntatem igit̃ ptinet consecutio. Quid rursus ad hoc q̃ liber animarũ rationalium motus & quia liber ideo ꝓgrediens præter finitum quemlibet terminũ vsq̃ adeo meritis ꝓficere potest: vt nonnullos etiam angelorũ beatitudine valeat superare: superare vero eos amando gaudẽdoq̃ potiusq̃ intelligẽdo valemus. Proinde cognoscendo deum eius amplitudinẽ cõtrahimus ad mentis nostræ capacitatem atq̃ cõceptum. Amando vero mentem amplificamus ad latitudinem diuinæ bonitatis immẽsam. Illic in nos deum quasi deicimus: hic vere attollimus nos ad deũ. Noscimus em̃ quantũ ipsi capimus. Amamus autẽ & quantũ intuemur & quantũ vltra p̃spicuum intuitum nostrum vaticinamur bonitatis diuinæ reliquum supesse: Vbi diuinæ infinitatis abyssum remisse quidẽ & obscure ꝓspicimus intense tñ ardenterq̃ amamus similiterq̃ gaudemus: Non est vt aliqui opinant̃ visio mensura gaudii. Potest em̃ qui parum videt amare multũ: Atq̃ contra

Deniq̃ illud est summũ anime bonũ quo anima cõtenta est. Nõ est aũt cõtenta ꝓpria ipsa visione dei. Visio em̃ quæ in anima vidente suf-

cipitur creata res est gradibusq3 pfectionis finita sicut & anima. Nō est
aūt anima cōtenta vnq3 creato aliquo finitoq3 bono. Visio igitur nō est
summū. Cōtēta vero est aīa deo viso potiusq3 visione dei. Fruitio bo-
ni in sensu nō in eo consistit ꝓprie ꝙ bonū moueat sensum: sed in eo ꝙ
sensus in bonū illud quod oblatū est sese reflectat conuertatr̄: & diffun
datr̄. Quæ quidē spiritalis cōuersio diffusioq3 nihil ē aliud q̄3 voluptas
vt in libro de voluptate disseruimus. Sic inseparata mēte ipsa vt ita lo-
quar fruitio dei nō in eo ꝓprie ꝙ deus se mōstrat mēti cōsistit. Hic eīn
dei potius q̄3 nostri actus est: sed in eo ꝙ mens se cōuertit in deū quod
est gaudiū. Neq3 putandū est aīam in dei visionē suā sese conuertere vt
quiescat in ipsa sed in deum visum. Vult eīn visionē ꝓpter visum. Q̄d
etiā ipsi tanq̄3 forma cōiungitr̄. Sicuti neq3 gustus in gustationem sapo
ris sed in saporē gustatū se dilatat. Gustationē eīn ꝓpter gustatū cupit.
Appetitus nullus rem imaginariā quærit sed substātialē. Alioquin
sufficeret appetēti absentis boni memoria atq3 imaginatio. Visio autē
dei in nobis imaginaria res est & vt supra dixi finita. Quo circa volun
tatis actus qui est in deū infinitū cōuersio substātialisq3 diffusio rōnem
infinitatis magis habet q̄3 actus intelligēdi qui est dei notio quædā ꝓ
mentis capacitate. Summū igitr̄ bonū deus est. Beatitudo aūt fruitio
dei: fruimur ideo ꝑ voluntatē. Qm̄ ꝑ eam amādo quidē mouemur ad
deū. Gaudēdo vero dilatamur cōuertimurq3 in deū. Fruuntr̄ autē varii
animi variis dei virtutib9 & ideis. Quisq3 eīn ea virtute potitr̄ ī primis
quā ī hac vita dilexit p̄ ceteris atq3 ē ꝓ virib9 imitat9. Toto aūt deo fruūt
tur oēs. Tot9 eīn in singulis ē ideis. Sed totū deū p̄stātius possidet qui
eū in p̄stātiore idea cōspiciūt. Qm̄ vero quisq3 & deo toto ꝓ sua capaci
tate potitr̄ & eo mō quo amauerat fruitr̄. ideo vt Plato inq̄t liuor abest
a diuino choro. Cū eīn oīm iocundissimū sit re amata potiri quilibet in
eo potiūdo q̄d amauerat cōtētus plenusq3 viuit. q̄ppe si amatores duo
suarū delitiarū cōpotes fiāt vterq3 in amati sui possessiōe q̄escet neq3 cu
ram quidē vllā habebit num alter pulcriore potiatr̄ amato. Adde ꝙ q̄3
uis illic alii aliis capatiores sint tn̄ q̄sq3 ad sūmū suæ capacitatis exube-
rat quo fit vt nihil vltra req̄rat. Adde ꝙ amatorio quodā affectu volū
tati distributōiq3 diuine iusticie q̄libet illic cedit q̄3 libētissime.
Amoueri aūt a deo btūs anim9 nūq̄ pōt. Neq3 eīn
vi id fieri posse dicēdū ē. Nā vn̄ violētia inferri p̄t ī aīam ab infinita dei
potētia cōp̄hēsam. Neq3 spōte. Cū eīn volūtas nō moueatr̄ ad aliq̄d ni
si rōe boni postq̄ sel' heserit ei ī q̄ tota ē boni rō idq3 cognoscit nūq̄ inde
mouetr̄ ad aliud. Et q̄a natura boni ē sibi appetēdi vim applicare seq̄tr̄
vt ī īfinitū bonū applicet absq3 fine. Rursū q̄a volūtas eaten9 q̄escit ī alī
q̄ q̄ten9 existimatr̄ bonū ī bono infinito sine fine q̄escit. Ac si aīa dū ī cor
poris motu versatr̄ fœlicitatē elegit oīs mutatōis exptem multo magis
q̄n fuerit sup motū. Neq3 inferiores aīe ꝑtes diuertere inde possunt su-

periores. Cesserunt: eñ illis ineternũ quãdo in infinitũ dei statũ anima sese vertit. Deniqꝫ si separãdus illinc quãdoqꝫ animus est siue id nesciat nõ est beatus quia videlicet est ignorans siue sciat nõ ẽ beatus. Quoniã timidus atqꝫ eger. Semp ergo fruitur deo q semel fruitur. Lege fœliciter laurenti fœlix quæ Marsilius Ficinus tuus hic breuiter magna ex parte a te inuenta de fœlicitate ꝓstrinxit. Sic eñ requirit epistola: latissime vero hæc ab eo in libris de amore & in theologia tractanť. Vale.

Oratio ad deum theologica.

Marsilius Ficinus Bernardo oricellario viro præstanti & amico suaui. Salutem dicit.

Nihil mihi suauius sup hoies q̃ cũ deo loqui. Nihil mihi suauius inter hoies q̃ loqui tecũ. Quæ tecũ loquor de⁹ audit semp vitæ dux & amicitiæ nostræ cõciliator. Quæ cũ deo sepe loq̃r ip̃e nũc audies. Vtor hac oratione oricellari ad deũ quotidie vt de⁹ meæ fulgeat mẽti & faueat volũtati. Vtere & tu aliqñ nisi forte qd melius habes. Nemo ẽ.n. cui magis optem deũ fauere q̃ tibi. Audiui qñqꝫ Laurentiũ medicem nostrũ nonulla hoꝝ similia ad lyrã canentẽ furore quodã diuino vt arbitror cõcitũ: sed orationẽ ip̃am iam audi. O lumen immẽsum teip̃m videns: in te videns omnia o infinite visus teip̃o lucens: illuminans vniuersa o spiritalis ocule: quo solo & quẽ solũ spiritales vident oculi: o immortalis videntiũ vita: o viuentiũ om̃e bonũ. Bonũ qđ totũ imples amantiũ desideriũ: desideriũ nobis totius boni tu deus solus accendis qui solus es totũ bonũ. Obsecro te lux purissima per teipaꝫ: purga obsecro caliginosam aciem qua te cernam quæ gelidum cor inflammas quo te sitio. Amplifica angustũ oculũ quo te conspiciã quæ humilem pupillã erigis vt suspiciã. Penetras.n. penetralia mea o ꝓfunditas ꝓfundoꝝ subleuas quoqꝫ sublimia mea: o sublimum sublimitas omniuꝫ. Quid ĩtima mea penetrat. Quid mea summa tollit mirabiles certe mirabilis bonitatis pulchritudinisqꝫ tuæ radii p mentes p animas p corpa mirabiliter vsqꝫquaqꝫ diffusi: his igiť afficis me vel inscium: his inqꝫ allicis me cogis vris: o q̃tum species singularis ecce iam ecce ad te propero anhelans vnica pulchritudo. Sed claudicat ah nimium amator hic tuus claudicat heu miser. Porrige præcor claudicanti piam spes mea manum. Duc oro quẽ allicis. Excipe quem cogis: refrigera quẽ vris: queꝫ angis oblecta: oblectabis iam spero tuum hunc mirifice: o mirũ gaudiũ o fons omniũ gaudioꝝ. Scio equidem in te vno: imo te vnũ esse. Quicquid vsq̃ desideramus: si placet bonum hoc nobis: si placet bonũ illud: non quia hoc videlicet aut illud: sed quia bonum profecto bonitat⁊ cupimus in singulis qualitatẽ: si salutaris liquor per singula vbiqꝫ diffusus ex vnico bonitatis fonte manat qui in seipso viget exuberans super singula proculdubio bonitatis ipsius fontem bibere exoptamus. o fons ꝑhennis bonorum omnium te: te sitimus vbiqꝫ. Ideoqꝫ non extinguit si

tim bonum hoc nobis aut illud: neq; rursus hoc simul atq; illud: quatenus recte vaticinamur esse bonũ ipsum sup bonũ hoc & bonũ illud. Tu ergo deus noster tu solus sitim hanc extingues ardentẽ. tu inq; omnis boni bonũ: ne frustra tuos omnes tamdiu tm̃ sitire cõpuleris: oĩes prima procul ab omni dementia: o sapientia prima sine vlla insipientia quã nihil latet eorum quæ efficis sapiẽter. Quæ nihil cõtemnis eo℞ quæ benefica efficis voluntate: efficis autem omnia. Nunquid minima quæq; terrenorum curas oĩno quæ ipsa te non curant. Nunquid curas minima: hæc & pascis & imples? Nos vero despicis solos q soli in terris tuã non despicimus maiestatem. Nos inq̃ solos inquietos semper errare p mittis qui soli in te solo quiescere posse confidimus? Absit a summa beneficentia ingratitudo malefica. Absit a summa veritate deceptio. Decipis nos nimiru; decipis heu miseros si tuis aculeis saucios compellis tibi anxie suspirare quotidie neq; sanas vnq̃ si iubes temporalia p te colẽdo relinquere neq; p temporalib⁹ æterna retribuis. Si sædulos hos tui cultores miseriore in terris q̃ bruta vitã agere statuisti: neq; vitam eis in posterũ seruas beatiorẽ. Seruas autem nobis eam vt assidue speramus omnes: o mundi seruator: o salus humani generis vnica: vnicuiq; refugiũ quo cum omne homini bonum sine quo nihil bonũ. Nempe q̃ ad modum clara intelligentia tua & charitas ardens intelligentiã & volũtatem nostram ad te inspiciendum amandũq; illuminat accẽditq;: & format in ipsam: & vnit ipsi sic æterna vita tua: vitam nostrã ppetuo in ipsa viuificat. Et quibus tributa est intelligentia immortaliũ: capax volũtasq; mortalib⁹ imperãs multo prius magisq; vita cõuenit immortalis. Cuius quidem virtute æternitati cõiuncta seiuncta a temporis passionib⁹ tam mens æterna capit q̃ eius affectus temporalib⁹ dominatᷣ. Sic eĩ & quisq; animi actus modo suo attingit æternitatẽ: volũtas volẽdo intelligentia intelligẽdo vita viuendo. Et æternitas ipsa quæ posterioribus actibus animæ se cõmunicat priori iam actui q̃lis vita ẽ seipam cõmunicauit. Facies ergo nos qñq; pater optime tu; hereditario iure tum munere tuæ beatitudinis compotes. Fac oramus participes insuper in præsentia: fac & istud si placet: fac oramus Quod si nondum placet istud qa nondum meremur: præsta saltem ne aut fallacibus mundi huius irretiamur illecebris aut minis & ictibus succumbam⁹. Miserere nostri pater indulgentissime filiorũ miserere tuorũ: foue tuos oramus foue tuos. & recrea quos creasti: ex te eĩ solo nati sumus: quãdo tu solus intellectu; affectũq; nostrum integra veritate tua & bonitate potes implere. Ergo filiorum miserere tuorum procul a cœlesti patria in hac silua plena miseriis exulantium. Miserere tuorum quesumus tibi passim diebus & noctibus tanq; patri & patrie suspirantium. vbi patria ibi quies. ibi verum bonum: vbi exilium ibi inquietudo: ibi falsum bonum: ibi verum malũ. Nos vero tunc solum in vita parumper & a malis semoti viuere: & bo-

ni aliquid veri quietisq; degustare nobis ipsi videmur cum tibi parũper vel mentis intentione vel affectu pietatis heremus. Abige igitur a nobis pater alme longe quicquid nos a te longe seiungit diffidentiam desperationem tepiditatem. Da rursus quæ tibi nos iungāt alme pater fidem veram: spem firmam: ardentissimam charitatē. Ne forte a te segregati vita vitarum: lumine luminum atq; nobis ipsi relicti statim in exteriores tenebras tanq̃ mortui delabamur. Sed vt tibi pie viuamus quoad fieri potest & qui sedulo tibi vixerimus te quoq; ipso viuamus semper & luceamus fulgeamus simul atq; flagremus ardeamus simul & oblectemur. Gaudeamus fœliciter absq; fine te fine desideriorum nostrorum pœnitus infinito. Infinitam pulchritudinem tuam infinite amemus sine anxietate. Infinito rursus bono in eternũ sine vlla satietate fruamur.

Quod soli virtuti deoq; confidendũ & seruiendũ.

Marsilius Ficinus Francisco Saluiato. S. D.

Si quis diuturni silentii mei causam fuisse putat obliuionē errat. Ego enim tantum tibi debere fateor vt non prius tui q̃ mei obliuisci possim. Sciebam equidem nō decere minima quæq; scribere ad virum multis negociis occupatum optabam igitur aliquid in rebus tuis magnum: idq; indies expectabam cuius causa cōgratulatorias ad te litteras scriberem. Nondũ quicq̃ voto meo & merito tuo dignum video contigisse. Confide. Saliuate deo scio te non esse ad parua vel mediocria natũ. Bono igitur & vt soles magno animo esto. Iam enĩ magna consecutus eris: si magno animo fueris. omnino autem priorum spem deus clementissimus non frustratur. Obitum vero petri Cardinalis nostri quid deplorem? Nos quidem immortalis deus non deseret: etsi mortalis homo deseruit. Petrus autē iunior in prosperitate decessit vt opinor ne forte obiret in senectute miserior. Prorogatio vitæ & si interdum morum emendatio est sæpe tamen præteritæ prosperitas abrogatio vel derogatio. Multũ saliuate vixit quisquis id quod vixit multũ apud homines meritus est plurimum apud deum. Qui nondum satis ingenio & virtute profecit: q̃uis centum impleuerit annos: nondum satis vixit deniq; vt paucis absoluam. Nemo diu fœliciterq; viuit nisi qui beatitudini viuit æternæ. Vale mi francisce semper illius memor quod sæpe iam te deus admonuit neq; esse fortunæ vel homini confidendum neq; seruiendum esse nisi illi qui nulli seruit: qui neq; fallere vult vnq̃ neq; falli potest. Cui deest nihil qui nihil deesse suis vnq̃ patitur. Iterũ vale: Ioannes caualcantes noster se tibi commendat.

Qualis esse debeat imitatio.

Marsilius Ficinus Baccio martello. S. D.

Egi orationem illam Bernardi nuthii rhetoris ad laurentiũ me
l dicem virum doctum atq̃ magnanimum. Tullium iam pride
noster nuthius ebibisse & concoxisse videtur. In ea oratiõe mi
ra quadam vicissitudo perspicitur. Nam illic & nuthius tullianus est &
tullius nuthianus apparet. Talis quædam inter homerum atq̃ maro
nem. Rursus inter Aristotelem & theophrastum fuisse videtur vicissitu
do. Perseuera igitur in Bernardi nostri familiaritate. hic enim clarus est
rhetor: adde & optimus. Quæ enim persuadere docet: ipse sibi iam per
suasit. Vale.

Sepe magna est laus quæ breuis est.

Marsilius Ficinns Bartholomeo Scalæ oratori. S.D.

Egi quæstiones Christophori Landini Camandulenses. In iis
l libris maronis adita penetrat. Ciceronis dyalogos imitatur ad
vnguem: fœlicẽ virum fabricat fœlicissime. Lege illos & tu: scio
mecum senties: Vale. Sed quare in laudando christophoro tam breuis
es marsili? Quia habet nescio quid quod exprimere nequeam. Iterum
Vale.

Qui fauet bonis: sibi fauet.

Marsilius Ficinus Laurentio medici viro Magnanimo. S.D.

Ago tibi si Paci docto & bono sacerdoti fauebis: fauebis & mi
p hi. Cum enim viri boni & amici agitur res: res agit̃ nostra. Vale
florentiæ. M.cccc.lxxiiii.

Quæ sit petitio & commendatio iusta.

Marsilus Ficinus Laurentio medici viro magnanimo. S.D.

Vlti a te digniora se petunt. Gregorius ephiphanius longe di
m gnior est his quæ postulat. Et si nobis amicissimus est tamen p̃
pter eius virtutem magis q̃ ꝓpter amiciciam seũ tibi commen
do. Nam propter virtutem est amicus. Vale.

Institutio breuis episcopi.

Marsilius Ficinus Ioanni Nicholino Archiepiscopo Amalphi
ensi. S.D.

Emini cum adhuc puer esses atq̃ vna cum cherubino quarqua
m lione doctissimo præceptore tuo nostram academiam salutares
consuluisse me tibi vt cum primum ætas pateretur diuinas litte
ras legesq̃ capesseres. Deinde sacris initiareris. Idemq̃ patrẽ tuũ otto
nem iurisconsultum æquitemq̃ præclarũ sæpenumero rogauisse. Quo
niam & astronomia te magnum in religione virum & physionomia le
gitimum tum litteris tum moribus sacerdotem mihi fore monstrabat.
Ecce nunc quod rarissimum est in vigesimoquinto ætatis tuæ anno ar
chiepiscopus Amalphiensis regio fauore fœlicibusq̃ auspiciis es con
stitutus. Quamobrem & tibi vero archiepiscopo & mihi quasi nati cui
dam optime mi Iohannes summopere gratulor: non tam q̃ astrono

miæ ꝙ ꝙ physionomiæ iudiciũ impleuisti. Ex illo quidẽ ad dei vicariũ ex hoc autẽ ad deũ ipm potes accedere. Reliquũ est quod in tam tenera ætate adiuuante deo: tam ꝓspere es consecutus fœliciter exequaris. Quod quidem ita demum efficies: si semp memineris te hoiem esse: & quæ sine deo adipisci nõ potuisti nõ posse absq̃ deo vel recte gubernare: vel fœliciter possidere: si te illi pia mẽte optimisq̃ opibus sædulo cõmendaueris: si in oibus consulueris seniores viros atq̃ ꝓbatos. Si non quod libet sed quod licet: nõ quod irronalis affectus blande mentitur sed quod diligẽtissima rõ metit̃ elegeris. Si memineris pastorẽ verum tam egregiũ virtute esse oportere vt subiecto gregi virtutũ oim sit exemplar. Alioquin pastoris vicia gregem inficiũt & vicia gregis impastoris infamiã ꝑnitiemq̃ redundant. Verum quid opus est: vt Marsilius instruat archiepm: Satis hunc vt lr̃e moresq̃ declarant: Pauli apostoli eple instruxerũt. Vale fœlix.

Laus philosophie oratoria Moralis dyaletica Theologica.

Marsilius Ficinus Bernardo bembo iurisconsulto & æquiti doctrina & auctoritate præclaro Venatorum oratori. S.D.

q

Veris quã ob causam cũ res multas passim artesq̃ laudauerim philosophiã tñ cuius studio incumbo nusq̃ sim laudibus ꝓsecutus. Idẽ forte supioribus diebus Ioannes caualcãtes meus acates interrogauit. Ego aũt rñdeo primũ inuenta hoim ab hoibus posse q̃nq̃ ꝓ dignitate laudari. Philosophiã vero inuentũ dei longe ad modum humanã eloquẽtiã supare. Deinde in singulis rebus & artibes celebrandis me philosophiã rerum oim inuentricẽ artiũq̃ magistrã celebrauisse. Si quidem nõ nisi eius viribus rõnibusq̃ singula digne laudamus. & quantũ quæq̃ facultas philosophicæ virtutis & dignitatis est particeps tm̃ laude dignã esse censemus. Sed qm̃ nr̃a hæc mater: & nutrix ꝓpriam a nobis aliqñ declamationem iure optimo videt̃ exigere hinc iam si placet exhordiamur.

Laus philosophiæ oratoria.

o

Vitæ philosophia dux: o virtutis indagatrix expultrixq̃ viciorũ. Quid nõ mõ nos: sed oino hoim vita sine te esse potuisset: Tu vrbes peperisti. Tu dissipatos hoies in societatẽ vitæ cõuocasti. Tu eos inter se primo domiciliis. Deinde coniugiis. Tum litterarum & vocum cõmunione iunxisti. Tu inuentrix legum. Tu magistra morum: & disciplinæ fuisti. At quo nam insolẽs prætergressus sum oratoriam modo tullianamq̃ cantilenam nescio quomodo inceptabã Suauis nimirum huiusmodi melodia. Quoniam vero philosophiam que tam cantus cuiusq̃ ꝙ rei canãdæ regula est nõ aliter ꝙ philosophice cantare debemus ludũ hunc ab alio initio repetamus.

Laus Philosophiæ moralis.

f I phylosophia veritatis sapientiæq amor: ac studium ab omni bus definitur. Veritas autem & sapientia ipsa: ipse solus ē deus sequitur vt neq legitima phylosophia quicq aliud sit q̄ vera religio: neq aliud legitima religio q̄ vera phylosophia. Si verborum proprietas partim a rerum partim a notionū ppr etate deducitur: qd Plato Aristoteles Varro Aurelius Augustinus subtilissime disputant: certe philosophia rerum indagatrix inuentrixq notionum: grāmaticā recte loquendi & scribendi regulam peperit. Si animorum naturam operationum vim: operum: formam: locorum dispositionem. Temporum oportunitatem phylosophia vel sola vel maxime omniū nouit: hæc nimirum oratores docuit quid quaue ratione & cui & quando persuaderēt. Poetas quoq quo pacto quæq describerēt. Mouerēt affectus: animos delectarent: ex iis etiam sequitur vt neq historici sine huius auxilio dignitatem suam seruare potuerint: Hæc animam ciuitatibus tradidit: quando ad cœlestium diuinarūq legum similitudinem terrenas humanasq legesq excotauit. Nec corpus peperit ciuitatis & auxit: quando agriculturam: architecturam: medicinam: peritiam militarem. Cæterasq omnino quæ vel ad victum vel ornatū vel defensionem pertinent facultates exhibuit. Hæc deniq miseriam a mortalibus præ ceteris admouet: fœlicitatem vero largitur. Quādoquidē bona discernit a malis: Et quo pacto mala vel caute deuitare ne obsint vl' fortiter ferre vt min⁹ obsint valeamus ostendit. Monstrat præterea quomodo bona facili⁹ cōsequamur: Atq etiā qua ratione bonis tum a natura fortunaue dat tū per industriam acquisitis recte vtamur vt prosint. Volebam hic optime mi bernarde iam epistolæ finem imponere: ne in præsentia sim prolixior q̄ consueuerim. Scis enim ipse quātum nobis prolixitas præterq̄ in platone nostro cœlestis eloquentiæ fonte displiceat. Sed reclamat ecce nimium diua matrona quā præceter veneramur. Ergo si placet quā adhuc orationem hæc a nobis postulet imo vero nobis porrigat audi.

Laus phylosophiæ dyaletica & theologica.

p Hylosophia Dialeticis instrumētis manu propria fabricatis vtitur ad verū in rerū speculatione ad honestū in rerū vsu ad bonū in vtrisq inuestigandum. Vnde multa tradit ad speculādū principia. Multa ad agendum præcepta: Instituta multa ad vtrūq communia. e cōmuuibus autem id mihi videtur præcipuum quod adducam. Finis tanq̄ dominus præstantior est iis quæ tanq̄ ministeria quædā referuntur ad finem. Ac semper quæ præstantiora sunt: fines sunt reliquorum. Seruiant igitur oportet ac decet externa & mortalia corpora corpori. Corpus animæ: Sensus rationi: Ratio actiua speculatiuæ: Speculatio deo. Hinc efficitur vt artes omnes quæ ad externa: corpus sensum actionem pertinent speculationi tanq̄ reginæ cedere & obsequi debeāt Et merito. Propria enim dei est huiusmodi operatio. Non indiget cer

to vel instrumento vel loco. Non seruit externis. Maxime omniũ con/
tinua est imo perpetua. Obiectum suum sempiternuꝫ & vbiqꝫ præsens
pro arbitrio vbiqꝫ complectitur. Ac si vita actus quidã est & vbi magis
actus ibi magis est vita: certe contemplationis actus tanq̃ cæterorũ om
nium tam dignitate q̃ perseuerantia excellentissimus maxima quædaꝫ
est & eminentissima vita. Adde & omnium suauissima. Non enim secu
ti sensus impura falsa volantia oblectamenta ab extrinsecis rerum imagi
nibus mutuatur. Sed veras & sempiternas rerum rationes naturasqꝫ in
tus affatim possidens pure vere stabiliter puris veris stabilibus pascitur
atꝫ gaudet. Gaudet inq̃ infinito pœnitus infinite: siquidem quod ẽ ma
ximum huiusmodi vita dei vitæ proxima in eius ymaginẽ exactissimaꝫ
t asformatur. Deus igitur est humanæ contẽplationis lux simul & ocu/
lus. Contemplatio autem lux & oculus actionis. Et si oculus huiusmo
di ociosus esse videtur: tamen absqꝫ illo male ociosa ac pessime negocio
sa & omnino obscura miseraqꝫ sunt oĩa. Ad eius autem nutum singu
la fœliciter operamur. Hanc vitam in summo rerum culmine collo
cata & sine controuersia beatissimam philosophia sagax mortalibus tũ
proprio quodam oculo tum dyalectice suæ digito mostrat. Ducit quo/
qꝫ ad eam vt arbitror gradibus præcipue quatuor. Moralibus: naturali
bus: Mathematicis: Methaphysicꝭ. Diuinus plato cœlestem & immor/
talem animam mori quodammodo putat: quando terrenum & morta
le corpus ingreditur. Reuiuiscere cum egreditur. Egredi autem quodã
meditationis studio priusq̃ egrediatᷣ lege naturæ quãdo phylosophia
humanorum medicina morborum animulam pestifero vitioruꝫ cœno
sepultam moralibus pharmacis purgat & suscitat. Deinde naturalibus
quibusdam machinis ex infimo subleuans per oĩa passim quæ ex ele
mentis quattuor componuntur per quæ ipsa quattuor elemẽta ad cœ/
lum vsqꝫ perducit. Tum scalis mathematicis gradatim præstat sublimẽ
ad summos cœli globos ad sensum. Demũ quid supra q̃ dici possit mi/
rabile est vltra cœli verticem ad ipsum cœli mundiqꝫ totius fabrum me
thaphysicis alis attollit. Ibi anima phylosophyæ munere non mo/
do fœlix euadit verum & cum fiat vt ita dicam deus quodammodo fit
ipsa fœlicitas. Ibi omnes mortalium res: artes negocia cessant. Sola ex
omnium numero sancta restat phylosophia. Ibi nihil aliud vera beatitu
do est q̃ vera phylosophia. Quippe cum hæc quemadmodum a sapi/
entibus definitur amor sapientiæ sit: Summam vero illic beatitudinem
in quodam voluntatis affectu qui amor gaudiumqꝫ circa diuinam sapi
entiam est consistere arbitramur. Quod autem phylosophie bene
ficio animus quandoqꝫ deus quidam euadere possit ex eo coniicimus
ꝙ dum ea duce omnium paulatim naturas intelligentia comprahẽdit:
& eorum quæ apprahendit formas: pœnitus induit voluntate insuper
singulis partim fruitur partim etiam dominatur. quodammodo efficitᷣ

omnia. Atq dum hac ratione fit cuncta paulatim deus qui fons & dominus est cunctorum efficitur. Profecto deus & intra se & extra se perficit vniuersa. Mens quoq viri legitime phylosophantis quasi deus quidam intra se vniuersorũ veras sempiternasq concipit notiones. Sed nũquid humanam mentem extra se singula facere posse dicemus? Vt obmittam q ingenium phylosophicum occulta dei omnipotentis opa cogitatione verbis & litteris manifesta instrumentis variisq materiis examussim imitatur & exprimit: vnum hoc animaduertendũ in primis existimo q artificis solertis opus artificiosissime constructum non potest quilibet qua ratione quoue modo sit constructum discernere: sed soluz qui pene eodem pollet artis ingenio. Nemo enim discerneret quo pacto archimedes ille phylosophus speras constituit eneas eisq mot9 motibus cœlestibus similes tradidit nisi simili esset ingenio præditus: Et q propter ingenii similitudinem discernit: is certe posset easdem cõstituere postq agnouit: modo vel instrumentũ vel materia non deesset. Cum ergo phylosophus sperarũ cœlestium ordinem. Vnde moueant. Quo progrediantur: & quibus mensuris: quidue pariant viderit quis neget eum esse ingenio pene eodem quo & auctor ille cœlo4: Ac posse ipm quodammodo cœlos & quæ in eis sunt facere si instrumenta nactus fuerit materiamq cœlestẽ. Postq facit eos nunc licet ex alia materia tamẽ per similes ordine. O mirabilis nimium architecti cœlestis intelligentia o æterna sapientia solo summi Iouis capite nata: o infinita rerum veritas atq bonitas sola totius mundi regina: o veridicum & benignũ intelligentiæ lumen: o salutaris voluntas ardor: o beneficum nostri cordis incendium. Illumina nos. Illumina vsq adeo & accende p̄camur: vt lucis tuæ: hoc ẽ veritatis sapientiæq amore pœnitus ardeamur. Hoc.n. solum est prob deus omnipotens: hoc solũ est verissime sapere: Solum beatissime cum deo deumq viuere. Quicũq ꝓcul a radiis tuis aberrant cũ nihil vnq sincere discernant fallacibus rerum vmbris passim decepti atq perterriti tanq horrẽdis quibusdã in somniis sub ꝑpetua nocte miserabiliter vbiq vexantur. Quicũq tecum sedulo viuũt cum soli res veras: eternas immensas sub radiis tuis ꝑspiciant: diligant: amplectantur: quicquid tempore locoue clauditur minimum quiddam vmbre somnium estimant. Quo sit vt terrenarum rerum vel cupiditate vel metu e summa cœlestis fœlicitatis arce deturbari non possint. Satis iaz mi Bernarde quantum epistola patitur a Marsilio tuo declamatum eẽ censeo. Vale ergo fœliciter patrone phylosophorum. Atq vt hactenus fecisti in beatis sancte phylosophiæ vlnis continue viue. Viue etiam præcor Ioannis caualcantis Marsiliaui cordis assidue memor.

Gratia Iubilei.

Franciscus cardinalis Senensis Marsilio Ficino Florentino platonico phylosopho. S. D.

m Arsili charissime salue. Tui memores & salutis ꝑpetuæ tuæ tuorumqꝫ cupidi impetrauimus a summo pōtifice gratiam Iubilei ꝑ te tuisqꝫ annosis parētibus. Da igit̃ laudem deo: & cum tuis senibus incōparabilia diuinæ gratie munera tota mente capessite. Et ꝑ nobis orate. Vale optime nostri memor. Rome die .iiii. Decembris. M.cccclxxv.

Gratiarum actio.

Marsilius Ficinus Florentinus Francisco cardinali Senensi. Pro immortali munere immortalem Salutem dicit.

c Vm fœlicē ep̄lam tuam qua Iubilei gratiā nobis a pontifice impetratam significas ego vna parentesqꝫ mei legeremus non minori gaudio affecti sumus q̄ꝫ qui beatissimā vocem illam audituri sunt. Venite benedicti patris mei. Igit̃ pater repēte præ ceteris exclamauit. Nunc dimittis seruum tuū dn̄e: secundū verbum tuū in pace Tu aūt q̄ꝫ magnificus donator es: tam iustus tanqꝫ prudens videris exactor: eterna donas: non temporalia. Non temporalia a nobis exigis: sed eterna. Nēpe mādas vt ꝑ tua salute deū oremus. Iubes certe iustissime. Debemus em̄ etiā multo magis q̄ꝫ iubeas: Iubes & prudētissime prius em̄ q̄ꝫ vt oremus mandares: operā dedisti ne inutiliter oraremus efficiemus ergo quod imperas venerande pater q̄ꝫ diu viuemus. Et ꝑculdubio ita libēter: vt libenter singulare diuinūqꝫ donum & ipse largitus es: & nos accepimus. Tu vero scito nos existimare palamqꝫ fateri: cui vitam debemus æternam: multo magis t̄palem vitam t̄paliaqꝫ cuncta debere Vale fœlix in auctore fœlicitatis deo.

Ociosæ vitæ vtilitas.

Marsilius Ficinus Andreæ cambino arcis custodi. S.D.

c Vm in foro vna cum præclaro viro Francisco casato nostro deambularem reddita mihi est elegans epistola tua: qua significas te iam in arcis istius custodia ociosam vitam instituisse. Atqꝫ in eo vitæ statu cætera quidē tibi adesse aduocatum. Sola vero diuina deesse. Iccirco rogas vt religionem nostrā Francisco Berlingherii filio lr̄is moribusqꝫ ornato demus ad te mittendum. Primū quidem ꝓbo q̄ ais in arcis culmine te ocium repperisse. Nempe in summa serenæ mentis specula. Solum elisea illa fœlixqꝫ tranquillitas reperitur. Infima sensuū vallis vndiqꝫ acherontis: stygis: cocyti: phlegetontis: fluctibus agitat̃. Quod autem subiungis tibi in eiusmodi ocio humana affatim suppeditari: diuina nequaqꝫ: hoc equidem nō mirari non possum. Nam cætera vt scis cum & extra nos & alicubi solum posita sint motu negociis Labore queruntur. diuina vero cum & intra nos sint & vbiqꝫ quiete: ocio: tranquillitate comprehenduntur. Q̄obrem si re vera ociosus es vt ais nihil minus habes q̄ꝫ humana quæ nimium negociosa sunt omnia. Nihil rursus magis habes q̄ꝫ diuina. Quorum immensa lux vbiqꝫ

lucens totiens refulget in perspicuum perspicacemq; mentis oculum quotiens ad illam rite conuertitur. Conuertitur autem ad illam suapte natura tanq̃ diuinus cum primum ab ea humanorum negociorum perturbationibus non auertitur. Forte vero ad solem euerti diuinum nihil aliud est q̃ non auerti. Quid ergo religionem nostram quæris charissime compater? Satis iam religiosus es vt arbitror si per ocium solutus ab infimorum curis summorum tranquillitati per naturam es religatus. Sed ecce mihi nunc inter scribendum succurrit quid meus compater cupiat. Quā ob causam formosi homines magis admodum q̃ deformes speculis delectent nullus ignorat. Igitur Cambinus noster vtpote qui iam abunde religiosus euaserit librum nostrum diuina tractātem quasi speculum appetit in quo religionem suam tanq̃ speciem propriam speculetur. Mittam hoc meum cum primum potero speculum. Immo vero vt rectius nominem pupillam hanc meam in te dirigam. In quam aspiciēs te simul ac me clare discernas. Qui enim corde viuūt vno: pupilla quoq; vident vna. In vna etiam pupilla videntur. sed ne multo longior in præseutia sim q̃ soleā. Vale. At video te vtpote marsilii amātissimum vt melius valeas nolle tam cito valere. An desideras epistolam sicuti solent qui longe amant paulo insuper longiorē? Ergo accipe vnde valeas melius a comuni nostrū amico salutē. Paulus saxia vir doctus saluere te iubet: Iam igit̄ bene Vale.

De perseuerantia.

Marsilius Ficinus Francisco Soderino. S.D.

d Ic age suauissime mi Soderine quid scribam? An latissime ingenium tuum & mores doctrinamq; laudabo? Nequaq̃: nam in re omnibus manifesta nihil opus est testibus. An te forte ad p̄ciosissima ciuilium legum studia vehementius adhortabor? Neq; id quidem: Qui enim vltro properantem stimulat non præcipit vt arbitror: sed præcipitat. Ergo non vt celerius curras vrgebo: sed potius p̄cabor vt pergas. Sane non in carceribus currentium præmium: sed in calce locatur. Cursum aggredi cuiuslibet ē vel ignauissimi: peruenire vero perpaucorum. In semētis principio spinæ saxaq; minantur: in medio blandissimi flores arrident: in fine fructus suauissimi colliguntur. Non qui serit: sed qui segetem colit & metit: fœlix est agricola nuncupandus. Soderinum vero nostrum agricolam breui fœlicem futurum existimo. Durus huic sementis labor iam diu præteriit & asperior hyems. Ver iam pridem floridum agitur. In diem fructifera æstas aduentat. Cum igitur tam valitudinē diligenter: vt dulcibus agriculturæ tuæ fructibus vesci suauissime valeas: Vale: At cur ad eum: quem tam multum amo: iu præsentia scribo tam pauca? Quia etiam dum videmur absentes pro mutuo inter nos amore plurima inuicem die noctuq; cōfabulamur. Preterea Hieronimus amatius tuus & quia tuus iccirco me

us: communis nostre beniuolẽtiæ nodus: qui ad Pisanũ gymnasium ꝓficiscit̃. Coram multa narrabit. Iterum Vale.

Solus diuinus medicus curare morbos animi põt.
Marsilius Ficinus Francisco cardinali Senensi. S. D.

n Vper Venerande pater ob egregii cuiusdam amici iacturam graui merore præmebar. Neq; solari merẽtem poterat cythara calliope sua, sæpe mihi alias lenimen dulce laborũ. Minerua etiam me nescio quomodo destituerat. Nisi enim parumper indomitum clipeum amouisset: nunq̃ aut rigidi Saturni aut seui Martis tela miserum vulnerassent. solus autem restabat phebus. id est diuinus medicus qui curare posse morbum animi videretur. Quorsum hæc? Nempe tu meam hanc iniquam sortem diuinans venerande pater aliter enim scire non poteras oportune admodum misisti ad marsilium tuum epistolam amoris gratiæq; plenissimã: Qua gratias tibi agi ob accepta summa abs te beneficia prohibebas. Et vt verius loquar non epistolam immo saluberrimum diuinumq; pharmacum porrexisti mannam nectar ambrosiam. Qua quidem siue medicina siue potius alimonia recreat⁹ animus reuixit respirauit respuit & conualuit. Ergo post hac tu mihi phebus eris: mea te semper cythara canet singularem trãquillitatis animi auctorem. Quam Dimocretii philosophi tanti fecerunt vt in ea sola tam diuinam q̃ humanam beatitudinem collocarent. Atq; hæc quidem tranquillitas in his qui magna gerunt ideo minima esse solet: q̃a & illi minimi sunt in magnis. Phœbum vero meum trãquillitatis portum & magna decent & maxima manent quoniam in magnis est maximus.

Vicissitudo amoris vnde nascitur.
Marsilius Ficinus Amerigo Corsino. S. D.

p Rouerbium corsine illud (si vis amari ama) vnde nam maxime vim suam accepisse putamus? si ab amore ipso rationem huius prouerbii sciscitabimur forsitan respondebit se vsq; adeo liberum præciosumq; esse vt neq; velit neq; valeat alio vllo emi vendiue p̃cio nisi seipso. Si autem virum quendam reuera amantem amicumq; interrogemus: ita respõdebit vt arbitror. Quisquis vehemẽter amat se ipse sibi aufert quodãmodo deditq; amato. Nunc ergo amatus modo sane mentis sit tanq̃ rem suam curat. Charissima enim sua cuiq; esse debẽt: scit etiam vt par pari referatur hominem deberi pro homine ꝓ voluntate: scilicet voluntatem. Accedit q᷑ qui amat figuram eius quẽ amat suo sculpit in animo. Fit itaq; amãtis animus tanq̃ speculũ quoddam in quo amati relucet imago. Iccirco cum in amãte se amatus agnoq

sciat amare illum compellitur. Quod si a natura quæramus illius prouerbii veritatem sic nos forte docebit. Amorem semper procreat similitudo. Similitudo autem natura quedam est in pluribus eadem. Nam si hic illi similis est ille quoque huic est necessario similis. Eadem ergo similitudo quæ hunc vt illum amet compellit illum quoque ad hunc amandum adducit. Similis enim aut in geminis fidibus aut duabus cytharis temperatio efficit queadmodum nos quotidie experimitur vt quotiens altera pulsatur totiens moueatur & altera. Si præceptores huiusmodi aut non satisfaciunt aut minus forte declarant conferamus iam nos ad philosophos mi Corsine & quam potissimum mutui huius affectus causam afferant audiamus. Mutuam inter illos beniuolentiam esse astrologi arbitrantur in quorum genesi luminum id est solis & lune commutatio fuerit. Videlicet si me nascete sol in ariete luna in sagittario. Te nascente sol in sagittario luna in ariete. Aut quibus signum idem vel saltem simile: Idemque planeta similis ve ascederit. Aut benigni planetæ similiter angulum orientis aspexerint: Aut venus in eadem natiuitatis domo eodemque gradu fuerit constituta. Addunt Platonici: quorum vitam demon idem aut certe similis ducat. Phisici vero moralesque complexionis: nutritionis: eruditionis: cosuetudinis consilii similitudidinem similis affectus causam esse nolunt. Denique vbi cause plures concurrunt ibi mutua beniuolentia vehemetior reperitur. Vbi omnes illic pythie damonisque piladis & horestis resurgit affectus. Quid plura? Huiusmodi ratio Amerige. Ioannem Caualcantem Marsilium que Eicinum iam diu diuino quodam amore coniunxit. Ratio eadem Amerigum quoque fœliciter iam nobis adiungit. Quid de Bernardo bembo Veneto dicam? Hunc nobis cum non ratio quædam eiusmodi solum verum etiam prouidentia diuina coniunxit.

Vera poesis a deo & ad deum.

Marsilius Eicinus Alexandro braccio musarum Sacerdoti Salutem dicit.

p Lato noster in dyalogo qui Ion inscribitur carmina illa solum diuina musica musarumque furore infusa poetis existimat: quæ quando musica humana cantantur & cantorem ipsum & audientes quodammodo concitant in furorem. Alexandri vero carmina heri ad Marsilium scripta esse talia mox cythara mea pluribus audientibus comprobabit: comprobrauit etiam paulo post Ioannes baptista boninsegnius familiaris noster vir apprime latinis græcisque litteris eruditus. Quando rem non tam diligentiæ tuæ quæ tamen est non mediocris quam musarum aspiratoni tuam hanc debes Bracci poesim. Ergo post hac mitte præcor amice mortales: & quandoquidem adspirate deo canis cane deum. Quod quide non moyses solum & dauid cæterique hebreorum

prophetæ verum etiam Zoroaster:Linus:Opheus:Museus:Moscus: Empedocles:parmenides:Heraclitus:Xenophanes:manifeste nos religiosis carminibus suis admonuerunt. Admonuere insuper pythagoras atq; Plato. Qui Homerum Hesiodumq;:q partim tanq ingrati diuino ad homines partim tanq impii hũana ad deos transtulerint ex hominum cetu ad inferos expulerunt. Proinde si quod absit forte q̃si deo ingratus solos cantabis homines:ingratos vt plurimum mutosq; cantabis. Quotiens vero deum canes:quod potius te spero facturum:totiens tuum cantum suauiter & fœliciter comitabitur eccho.

Sua mittenda sunt ad suos.

Marsilius Ficinus Petro Soderino litteris & moribus ornatissimo. Salutem dicit.

v Olui sæpe Soderine dulcissime ad illos qui epistolas meas a me petissent nostrum ipsum archetipum mittere. Sed hæc meus mihi liber summa cum quærimonia statim obiciebat. Noli eo me mittere præcor vbi ipse nos es mi pater. Cum vero ad Petrũ modo ꝓficisci iuberem nihil prorsus obiecit vtpote qui vt videtur intelligebat: quando ad Soderinum proficisceretur se a Marsilio non discessurũ. Ito ergo fœliciter ad hunc ito mi liber:sine quo ego nusq; eo. At poscis nũc non nihil viatici video. Ego autem non reperio in præsentia viaticũ p̃ciosius:q̃ Paulumanthonium charissimum petri meiq; fratrem. Huius igitur nomen dulce viaticum ferto tecum. Et quotiens hic te forte in laribus suis aspexerit totiens Marsilii nomine saluere iubeto

FINIS primi libri.

Marsilius Ficinus Florentinus Federico duci Vrbinati semper inuicto & apprime & sapienti atq; clementi. S.D.

c Vm epistolas meas vndiq; collectas in libros distinguerem: placuit eas quæ ad theologiam præceteris platonicam pertinerent quasi ob materiam ipsam diuinas ab aliis epistolis velut humanis secernere in vnũq; redigere. Cũq; vellem corpori huic quasi ob materiam diuino caput reuera diuinum apponere Federicum Vrbinatem Ducem præcæteris libenter adscripsi. Cuius diuina virtus vt Platonice loquar ipsam nõ solum absoluti viri sedetiã consumati principis a deo impleuit ideam vt si hunc Diogenes ille perspexerit q ideas excogitari posse negabit iam non modo eas intelligi posse animo sed etiam cerni oculis proculdubio sit confessurus.

Secundus Liber Epistolarũ Marsilii Ficini Florentini.

Questiones quinq3 de mente. Prima Vtrum motus eius in finẽ ali quem certũ dirigat nec ne. Secũda Vtrũ motionis eius finis sit motus an status. Tercia Vtrũ sit particulare quiddam an vniuersum. Quarta Vtrũ optatũ finẽ suum qñq3 cõsequi valeat. Quinta Vtrũ postq3 ade pta est finem aliqñ inde discedat.

MARSILIVS FICINVS COMPHILOSOPHIS suis. S.D.

Apientia Summo Iouis omniũ creatoris capite nata phi losophis suis amatoribus pcipit. vt si modo re amata poti ri qñq3 desiderãt summa semp capita rerum potiusq3 vesti gia infima petant. Pallas em Diuina pgenies q3 cœlo de mittiñ alto: Altas ipsa colit quas & condidit arces. Mon strat pterea nõ posse nos ad summa rerũ capita puenire: nisi prius in ca put animæ mentẽ post habitis inferioribus animæ partibus ascẽdam9 Pollicet deniq3 si nos ipsos in fecũdissimũ caput animæ colligerimus ibi pculdubio ipso capite hoc est mẽte: mentẽ pcreaturos. Mentem in quã & mineruæ ipsius comitẽ: & summi Iouis alumnã. Ego igit opti mi comphilosophi mei qualẽ nuper in monte cœlano vna quadã lucu bratõne mentẽ mente creauerim nunc in mediũ nobis adducã. Vt ipsi qui lõge fecũdiores estis q3 Marsilius emulatiõe quadã vt ita dixerim puocati plem aliqñ iouis palladisq3 conspectu digniorem parturiatis.

Naturalis cuiusq3 speciei motus quia certo agit ordine: ideo a certo quodã principio ad certũ finẽ dirigi & puenire cognoscit.

o Mnis naturalis speciei cuiusq3 motus certa quadã rõne pcedit Nam & aliter alia mouet species: & species quælibet eundẽ ser uat semp suo in metu tenorẽ. Vt ab hoc in istud & ab isto dein ceps in illud modo quodã cõgruẽtissimo pgrediat semp atq3 regredi atur. Querimus vñ pcipue ordinẽ eiusmodi motus accipiat. Duo sunt apud philosophos motus termini: a quo videlicet effluit in quem pro fluit. Ab his terminis suum ordinem adipiscitur. Quobrem non ab in certo & inordinato in incertum & ordinis expers oberrat: sed a certa quadam & ordinata natura in certum quiddam ordinatumq3 dirigit: quod cum natura illam conueniat vnde motus incepit. Vnumquod q3 enim ad suum recurrit potiusq3 aliennm. Alioquin & dissimiles rerũ species nonnunq3 similiter: & similes sæpe dissimiliter mouerent. ac ea dem species alias atq3 alias modo diuerso & species diuerse sæpe mo do eodem agitarentur. Adde præterea q auferretur motionis illa suc cessio qua gradatim deinceps per plures congruosq3 gradus formas q3 decentes certo tempore profluit certis temporum curriculis refluit Adde postremo q non in talem quandam vel regionem vel qualitatẽ vel substantiã potiusq in quãlibet aliã quisq3 motus dirigeret.

Ordinatissimus mundi motus ad certum finem poruidentia diui-
na dirigitur.

I motus singuli ordine quodam mirabili transigunt̃ certe vni-
s uersus mundi ipsius motus ordinis pfectione non caret. Sicut
ẽm ab vniuerso atq; ad vniuersum sunt singuli sic ab vniuersi or
dine accipiunt ordinem & ad vniuersi ordinem referunt̃. In hoc ip-
so communi totius ordine omnia q̃uis diuersissima vna quadam con
ueniẽtia & rõne reducuntur in vnum. Igitur ab vno quoddam ordina
tore rõne plenissimo cuncta ducuntur. Siquidem ordo apprime ratio-
nabilis a summa mentis ratione & sapientia manat in qua necessario p̃
scripti sũt fines singuli ad quos dirigat singula. Prescriptus est finis etiã
vniuersi cõmunis ad quẽ fines singuli pducant̃.

Quos terminos habeat motus elemẽtorum & plantarum atq; bru-
torum.

Vos terminos habeat motus elementorum & plantarum ani-
q maliumq; brutorum nõ dubitamus. Elemẽta quidem alia gra-
uitate quadam ad centrum mundi descẽdunt. Alia leuitate ad
concauum speræ superioris ascendunt. Motus quoq; plantarũ ex vir-
tute nutriendi generandiq; pfectus in plante ipsius sufficiente alimen
to & generatione plantæ similis terminatur. Idem accidit virtuti quæ
nobis ac brutis cum arboribus est cõmunis. Brutorũ animalium mo-
tus qui pprie ad sensum attinet a forma sensibili atq; indiget vt a natu
ræ procedit per ea quæ extrinsecus sentiunt̃ ad explẽdam corporis in
digentiam. Idem naturæ illi contingit: quam habemus ipsi cum anima
libus quibusq; cõmunem. Omnes hæ quas mõ narrauimus motiões:
q̃m ad particulare quiddam tendunt a particulari etiam vi puenire no
scunt̃. Atq; in his quos diximus terminis quietẽ agunt sufficientẽ: &
quantũ earum natura requirit pficiunt̃.

Quæstiones quinq; de mentis motu.

Vperestvt de mentis humanæ motu quæramus: Primo. Vtrũ
s ad ailquẽ tendat finem nec ne. Secũdo: vtrum motionis eius fi-
nis sit motus an fatus. Tercio: vtrũ particulare quiddã hoc bo
num sit vel vniuersum. Quarto. Vtrum optatum finẽ suum id est sum-
mum bonũ qñq; consequi valeat. Quinto. Vtrũ postq; pfectũ adepta
est finem aliqñ inde discẽdat.

Mentis motus certum respicit finẽ.

I cætera non insipienti casu passim oberrant sed ordine quodã
s rationabili ad quiddam maxime proprium & coueniẽtissimũ
dirigũt̃: quo & prsus pficiunt̃ multo magis mẽs quæ est sapi-
entiæ receptaculũ: quæ naturaliũ rerum ordinẽ & fines intelligit: quæ
es suas quotidie ad finem quendam rationabiliter ordinat: quæ aliis

omnibus quodcunq; prædiximus est perfectior multo in quā magis naturali instinctu ordinatum finem aliquem respicit: quo & ipsa ad votum perficiatur: Præsertim quia quemadmodum singulæ vitæ partes id est consultationes & electiones & facultates ad fines singulos referuntur: quælibet enim harum proprium respicit finem tanq̄ bonum: Sic vniuersa vita ad finem bonumq; similiter vniuersum. Cum eñ partes quælibet seuiant toti sequitur vt ordo qui partibus inest inuicem sit propter earum ordinem ad ipsum totum maxime pertinentem. Ordo rursus earundem qui ad fines spectat particalares a communi quodam dependeat totius ordine qui ad communem totius finem præcipue conferat. Profecto si motor quilibet sui ipsius gratia mouet: consentaneum est mentem non ob aliam causam sua quælibet ad fines proprios ducere: nisi vt ad communem mentis finem bonumq; conducāt. Deniq; quis adeo mentis inops: Vt opinetur mentem anniti tam natura q̄ proposito singulis diuersisq; ad vnum quiddam ordinem exhibere: nisi ipsa quoq; ordinem quandam haberet ad vnum. Nempe cū vltimus communisq; finis vbiq; reliquos moueat. Est enim primum quod appetitur cuius gratia cætera appetuntur. Ni mirum si vltimus ipse communisq; absit omnino reliqui adesse non possunt. Nisi enim absoluta totius edificii forma prescripta sit architecto: nunq̄ diuersi ministri eo ordine qui ad totum ipsum conducat ad diuersa opera mouebuntur. Immo vero nullo pacto ad ministeria præfinita mittentur ab illo qui non ipse prius communem totius operis terminum habuerit præfinitum.

Finis motionis intellctualis nō est motus sed statutus.

S I motionis intellectualis finis est ipse motus certe mouetur vt moueatur: rursusq; vt moueatur deinceps sine fine mouetur. Hinc efficicitur vt in ipso motu iugiter perseuerans moueri nō desinat. Ideoq; nec viuere desinat vnq̄ neq; cognoscere: Forsitan hic ille iugis est animi motus quo semper agi & viuere animus a platonicis nonnullis existimatur. Puto autem mentem quandoquidem statum noscit iudicatque ipsum mutatione præstantiorem atque naturaliter appetit illum vltra motum: In habitu quodam stabili potiusq̄ mobili conditione finem bonumq; suum optare & deniq; consequi. Huius rei indicium est: quod mens in statu proficit magis q̄ in motu. Rursus quod familiaria eius obiecta sunt rerum rationes eterne non mobiles materiæ passiones. Accedit quod quemadmodum vitæ virtus scilicet intelligentia & voluntas vltra rerum mobilium fines ad stabiles progreditur & eternas. Sic ipsa vita vltra mutationem quamlibet temporalem certe finem bonumque suum in ethernitate consequitur. Alioquin non posset animus vnquam vel intelligendo vel appetendo:

terminos mobiliũ transgredi nisi eos supergredi viuẽdo valeret. Deniꝗ motus semper est imperfectus tenditꝗ ad aliud. Ipsius vero finis pręrtim summi ratio est vt neꝗ imperfectus sit: Neꝗ ad aliud quicꝗ progrediatur.

Mentis obiectum & finis est vniuersum verum atꝗ bonum.

Ed nunquid ꝓprium quiddam verum bonumꝗ finis intelligẽtiæ voluntatisꝗ dicitur? An vniuersum? Vniuersũ certe. Quoniam intellectus amplissimã quandã ei⁹ qđ phylosophi ens veꝛumꝗ & bonum nominãt concipit notionẽ: Sub qua quicquid vel est vel esse potest pœnitus cõpræbendit. Hoc ipm qđ ens verũꝗ & bonũ dicitur oĩa cõtinens peripatetici esse putãt cõmune hũani intellect⁹ obiectũ. Quia sicut obiectũ sensus sensibile sit intellectus ipius obiectũ intelligibile dicit. Intelligibile autẽ amplitudine sua omnia cõpræbendit. Rursus intellectus natura afficitur ad totam entis amplitudinẽ comprebendendam: ac in eius notione oia conspicit vicissimꝗ in omniũ notione inspicit ipm. Præterea sub ratione veri intelligit sub ratione boni appetit omnia. Hæc autẽ vtraꝗ ad rationẽ entis peripatetici referũt. Vtrũ vero bonum ente latius sit quod platonici putant nec ne ad ꝓpositam questionem nibil referre videtur. Vtamur igitur in præsentia tribus bis si placet nominibus scilicet ente vtroꝗ & bono tanꝗ idem significãtib⁹ Nam in commentariis philebi diligẽtius ista discussimus. Quærẽdũ videtur in primis vtrum intellectus quicquid sub ente concludit ꝑspicue possit attingere: potest vtiꝗ. Diuidit enim ipsum in genera decẽ generalissima: rursusꝗ genera decẽ in genera subalterna gradatim sub ipis ꝗplurima. Deinde species quasdam vltimas sub generibus collocat sub alternis. Deniꝗ speciebus singula subicit vt ita dixerim absꝗ fine. Si intellectus potest ens ipm tanꝗ totum quiddam describere atꝫ ipm in cũcta eius quasi membra gradatim diuidere ea quæ tam inuicem ꝗ ad totum diligẽtissime comparare quis non videat bunc natura entis ipius vniuersi esse capacem. Qui enim totũ ipm in sua forma videt eiusꝗ terminos atꝗ gradus per quos propagatur vndiꝗ prospicit absꝗ dubio potest singula quæ illis terminis compræbenduntur: media compræbendere. Mitto nunc quod cum apud Platonicos super ens atꝫ sub ente queat ipsum vnum bonumꝗ excogitare: multo magis totam eius latitudinem vndiꝗ percurrere poterit. Certe post notionem entis quod vocabulum sæpius iam repetimus etiam quod ab eo diuersissimũ fingi potest: idest non ens pro arbitrio cogitat. Si potest ab illo ad boc infinite inde distans ꝑcurrere multo magis: ꝑ quelibet ꝗ sub illo ꝗsi media continent. Hinc Aristoteles inqt. Sicut materia quæ vltimũ ẽ naturaliũ oẽs potest corporeas induere formas: oĩaꝗ boc pacto corꝑalia fieri sic intellectũ qui vt ita loquar suꝑnaturaliũ vltimũ est suppremũꝗ naturaliũ spiritales omnes rerum omnium formas accipere posse: oẽsꝗ eua

dere. Quemadmodū vniuersum sub rōe entis atq; veri obiectū ē intellectus ita sub ratione boni est voluntatis obiectū. Quid nā intellectus inquirit: Nisi cuncta in se suo modo pingēdo trāsformare omnia in seipsum: Quid rursus voluntas amititur: Nisi omnibus omninm modo fruēdo seipsam in oia transformare: Ille ergo conatur vt vniuersum fiat quodāmodo intellectus: hæc autē vt voluntas sit vniuersum. Vtrimq; igitur naturalis ad hoc vergit animi nixus. quemadmodū inquit in methaphysicis auicēna: vt animus ipse: modo suo totus mundus euadat. Videmus enim quēlibet animū naturali instinctu & cōtinuo nixu conari: vt & cūcta vera intellectu cognoscat: & cunctis bonis volūtate fruantur

Animi origo finisq; ē solum infinitum verum atq; bonū

m Eminisse vero oportet vniuersum ipm qd esse dicimus animi finē esse pœnitus infinitū. Finem enim cuiusq; præcipuū propriumq; putamus quod ꝓprie res quęq; sūmopēe appetit tanq; summū cuiq; bonū: cuius gratia petit agitq; reliqua: in quo tādem quiescit omnino a deo vt finē naturæ appetitusq; stimulo iā prorsus imponat. Intellectui vero nostro conditio hæc innata est: vt rei cuiusq; requiret cām: rursusq; causę cām. Ideo nō cessat vnq; inquisitio intellectus: nisi eā cām reperiat: cuius nulla sit causa sed ipsa sit causa causarū. Id aūt solus est deus immensus. Volūtatis quoq; affectus nullo saciat bono: quatenus putamus bonū preterea aliud supesse. Solo igit̄ eo saciat̄ bono vltra qd nihil est boni. Quid autē hoc aliud est: nisi de⁹ imensus. Igit̄ quicquid aut veri aut boni offert̄ quod certos habeat gradus q; uis q;plurimos: adhuc plures intellectu requiris & vlterius appetis volūtate. Vnde nusq; nisi in vero bonoq; immenso potes quiescere neq; finem nisi in infinito potes facere: Cum vero res quęq; impropria eius quiescat origine vnde efficitur & vbi pficit̄: animus vero noster in solo infinito quiescere valeat: sequitur vt solum quod est infinitum: sit propria eius origo. Vocari autem idipsum proprie debet ipsa infinitas & eternitas potiusq; vel eternum quiddam vel infinitum. Qm̄ vero effectus causæ proximus: euadit causæ ipsi similimus: consequens est vt anima infinita quodammodo virtus sit & æterna. Alioquin ad finem nunq; proprie vergeret infinitum. Hinc nimirum efficitur vt nulli sint inter homines qui contenti sub celo viuant opib usq; tēporalibus impleantur.

Animus optatum finem bonumq; suum quandoq; cōsequi potest.

p Otest autem perfectum finem suum aliquādo rationalis animus assequi. Si enim que nimis in natura perfecta sunt naturalem perfectionem suam in quesiti finis habitu consequunt̄ multomagis animus qui & perfectissimus est. & finis omnium natura

lium: Si quæ finem neq aliis neq sibi ipsa præscribunt: aliquando si ne congruo potiunt multo magis & mens: que finē suū aucupat & reperit finē rursus multis instituit. multoq; psagit: videt & oim: Si naturalis potētia in reb⁹ vel minimis nō ē inanis certe nō ē inanis i animo: qui vsq a deo magnus existit: vt q̄to interuallo minima quæq a maximis excedant examussim dimetiat. Accedit q animus haud quaq finem certū naturaliter sequeretur nisi posset & assequi. Qua enim alia potentia mouetur ad illum nisi qua potest etiam peruenire Videmus preterea illum: quando impense cōtendit multum in eiusmodi motu proficere. Qua vero virtute proficit eadem quandoq pficitur. Videmus deniq vehementius paulatim vehementiusq moueri. Quem admodum elementum quodlibet quo naturali termino propinquat magis: eo mouetur velotius. Ergo sicuti neq elementū ita neq mens ab alio i aliud semper præter terminum frustra progreditur. Sed terminum quandoq attingit suiipsius gratia exoptatum Sunt autem i rebus actionibusq naturalibus & humanis principia quedam sunt & fines. Contra naturā ipam rationēq principii est: ab alio semper principio ad aliud ascēdere sine principio. Cōtra rationē finis est a fine deinceps in finem descendere sine fine. Omnis actio a summo agente. Omnis appetitio a fine summo ducit originē. Quecunq ēm propter aliud talia sunt vel talia ad ipsum qd propter se tale existit necessario reducūtur. Igitur si vtrūq sūma desūt: neq actio prorsus incipiet vlla: neq appetitus aliquis incitabitur. Deniq cum motor suiipsius gratia moueat vbi sūmus est motor: sūmus finis pariter reperit. Idq & in ordine rerum quolibet: Verū est & in ordine similiter vniuersi. Sed iuuat rationē de mēte superiorē aliquanto latius explicare. Si qu's a nobis querat vtrū horum perfectius sit: intellectus ne an sensus: intelligibile ne siue sensibile. pmittemus ei nos qd desiderat protinus ostēsuros: sin modo nobis prius ad hoc vnū ipse respōderit. Scis o amice qui me rogas esse aliquid in te ipso qd a qa; habet vtrorumq noticiā: noticiam inq intellectus ipsius & sensum: rursum intelligibilis atq sensibilis. Eadē enim vis quæ hæc inuicem comparat iam vtraq quodāmodo videt. Respōde igitur nū quid vis eiusmodi sit intellectus an sensus. Responde quæso libenter. Vt hac ego responsione tua mox tuæ illi interrogationi respōdeam. Iam igitur te sic audio respondentem. Virtus eiusmodi non est sensus. Omnes enim continue sensibus vtimur: ac maxime & intentissime vtimur. Si igitur sensus videre se posset & illa vel omnes vel q̄plurimi facileq & clare vim ipsam sentiendi & intelligendi atq intelligibilia sensibiliaq cognoscerent. Cum vero paucissimi sint. qui ista cognoscāt oia: atq ii quidē vix & nō nisi diuturna intelligētie argumētatiōe cognoscāt: certū est sensū nequaq nosse vel seipsum vel

intellectum & intellectus obiecta: Immo vero hæc omia cõstat ab intellectu cognosci. Præterea vis illa quæ de vtrisq; pquirit eadẽ est ac illa que etiã ratiocinãdo hec inuenit. & ratione cõcludit vtrũ sit inter illa pfectius. Quod aũt rõcinando querit rationeq; assignat ratio est nõ sensus. Igitur solus intellectus est qui hæc omia nouit. Igitur & ego priori tuæ illi questioni iam ita respõdeo. Tanto saltẽ pfectior intellectus est q̃ sensus quãto vis eius latius pfectiusq; ppagat agẽdo. sensus vt ipse mõstrabas neq; se ipsum neq; intellectũ intellectusq; obiecta potest agnoscere. Intellectus aũt vtraq; noscit. Accedit alius quidã pfectionis gradus: Quippe intellectus quãdo se atq; sensum cæteraq; quantũ ad pfectionis attinet gradus inuicem cõparat iam summã ipam pfectionis formã quasi ante oculos habet: ad quã vtraq; cõferẽs: quod ad ipm accedit ppinquius idem iudicat esse pfectius. Si summã pfectionis attingit formã. pculdubio ex summa quadã ad eam pportione hãc attingit. Non solũ igitur pfectior est q̃ sensus: sed etiã pene post pfectionem ipsam summe perfectus. Video tercium insuper pfectõis intelligentie gradum. Nam dum querit iudicatq; seipam certe reflectitur in seipsam. Quod aũt tale est etiam in se ipo existit & pmanet: est insuper incorporeũ penitus atq; simplex. Deniq; cum ex seipso ad se ipsum motu circulari pgrediat. põt vtiq; sempiterne moueri hoc est agere semper & viuere. Mittoq; intellectus tanq̃ pfectior paucioribus est cõmunis: seriusq; & rarius exercetur: ac tanq̃ finis post vegetationis vsum sensumq; cõcedit. Dat sensui regulã atq; leges finemq; pscribit. se ipm ad agendũ pro arbitrio ducit quando rationat atq; cõsultat. sensus aũt vbi ratio non resistit instinctu sp nature ppellitur. Mitto q; ratio sæpe aliter eligit q̃ sensus & vsus corporis exigat. Quia videlicet electionis principiũ non pendet a corpore. alioquin finis eius semp spectaret ad corpus. Ratõnem certe in motu suo nequaq̃ subdi corporib⁹ ex eo pspicit q; speculãdo transcẽdit corpora: cõsultãdo se ad diuersa oppositaq; extẽdit: eligẽdo corporis inclinatiõi sæpe repugnat. Quare multo minus in essentia vitaq; corporib⁹ vllis subiicit. Quid? q; sensus pcedẽte ætate quodãmõ hebetari videt: intellectus vero nequaq̃ potest tñ ab intentõe speculatiõis auerti qñ in curãdo colẽdoq; corpe nimiũ occupat. Quid? q; sensus ipius obiectũ quotiẽs vehemẽtius est lædit subito sensum atq; põst illius occursum nõ põt e vestigio seuuiss debiliora discernere sic offendit oculũ splẽdor exuberãtior. Sic offendit aures strepitus vehemẽtior. Mẽs vero cõtra: ab excellẽtissimo sui obiecto neq; ledit vnq̃ neq; cõfundit. Immo eo cognito iferiora sil' clarius veriusq; discernit. Quod quidẽ mẽtis naturã eẽ significat sũmopere spiritalẽ & excellentẽ. Quid? q; sensus sol' corpeis termiat obiectis: intellect⁹ aũt scdm intimã actionẽ ab oib⁹ emergit corpib⁹ vtpote qui

fin essentiam atq; vitam non sit submersus. Formas corporales separat a materiae passionibus. Formas quoq; illas quae per se poenitus sunt incorporee discernit a corporalibus quippe qui ipse a materiae passionibus atq; a corporalis formae conditionibus sit separatus. Preterea sensus particularibus solum obiectis est contentus. Familiaria vero intellectus obiecta rationes ipse rerũ sunt vniuersales & sempiterne. Quas non aliter q̃ per praecipuam quandam ad ipsas proportionem familiariter potest attingere: ex quo apparet ipse quoq; absolutus & sempiternus. Presertim quia rationes eiusmodi per species quasdam attingit quas ipsemet & facit & suscipit: Quas esse necessariũ est a materiae passionibus absolutas. Alioquin rationes ideasq; illas referre non possent. Intellectus autem ipse nisi a materiae passionibus liber existeret species eiusmodi neq; hoc pacto facere posset: neq; suscipere.

Mens magis q̃ sensus optatum finem consequi potest.

r Atio qdem nobis propria est. Non enim bestiis eam deus infudit. Alioquin dedisse eisdẽ sermonem tanq̃ rationis interpretem. Manum insuper tanq̃ rationis ministrũ & instrumentum. Preterea videremus in bestiis aliqua consultationis varietatisq; inditia. Nũc autem videmus eas nunq̃ aliter facere q̃ impulsu naturae ad necessitatẽ dnntaxat corporis impellantur. Omnes araneae similiter texunt telam: neq; texere discunt: neq; tempore q̃uis longo in melius texendo proficiunt. Postremo appareret in brutis certa quaedã religionis inditia atq; opera omnibus manifesta. Vbi enim intellectus adest q tanq̃ oculus quidã ẽ ad lumẽ intelligibile constitutus, ibi quoq; intelligibile lumen qui deus est lucet suspicitur & amatur & colitur.

Quanto intellectus perfectior est q̃ sensus tanto saltem homo perfectior est q̃ brutum. Atq; ex hoc ipso est perfectior quod habet ipse proprium bestiis non commune. Itaq; propter intelligentiam tantum perfectior iudicatur. Presertim cum intelligentiae munere ad infinitam perfectionẽ qui deus est affectu speculatione cultuq; accedat. Perfectio autem cuiusq; precipua inconuenientis finis possessione consistit. Cuius quidẽ consecutio tãto facilior est & plenior q̃to inata perfectio est vberior. Vbi enim perfectio illa formalis quae innascitur ab initio: preualet ibidem naturae ordine finalis ipsa perfectio abundantius & facilius foeliciusq; conceditur. Si quidem illa huic obsequit. Nec illius obsequio prouenit. Vnde cõcluditur vt multo magis faciliusq; ratio q̃ sensus homo q̃ brutum finem congruum optatumq; consequi possit.

Immortalis animus in corpore mortali semper est miser.

e Xperimur autẽ in nobis bestiam nostram: idem sensum finẽ suũ bonũq; saepissime consequi: qñ. s. sufficiẽtis obiecti sui cõsecutione quãtũ ad ipsum pertinet prorsus impletur: homo vero noster. i. ratio qñ finem consequatur optatũ nõ experimur. Nã in

videremus. Qui certe nihil aliud intelligimus preter intelligibilis summi lumen intelligibilis cuiuslibet rationibus vndiq; plenum. Sicuti neq; vidimus quicq; nisi solis lume: rerum omnium coloribus figurisq; depictũ. Et dubitamus adhuc: Vtrum immensa bonitas nos amet nobisue prouideat. Que etiã absq; medio nos fouet tanq; filios & vbiq; ac semper amplectitur. Et dubitamus adhuc: Vtrũ infima quadã corporeaq; scitilla an potius incorporea luce atq; superna sublimes formarũ radios ab infimis materiæ tenebris secernamus. Argumentemur superiora: inferiora passim redarguam⁹: q̃ parua sint terrena: q̃ magna cœlestia: q̃ immẽsa supercœlestia metiamur. Nemo magis videtur vbiq; mẽtiri q̃ qui maxima quæq; cõfidit pusillo corporalis sensus digitulo potius q̃ maxima mentis mẽsura metiri. Nemo profundius in tenebras vel clam ipse delabitur vel præcipitatur inuitus q̃ qui adeo & sibi superbus & soli superno euadit ingratus vt absq; illius lumine cuius est omne lumen: videre lumen profiteatur. Perinde ac si quis cœlestia lumina oculi duntaxat sui radio: non cœlesti splendore videre se credat. Hic Paulus apostolus contra philosophos nonnullos superbiores exclamat. Qui cum deum cognouissent non sicut deum glorificauerũt neq; gratias egerunt. Sed euanuerũt in cogitationibus suis & obscuratum est insipiens cor eorũ: & putantes esse se sapientes stulti facti sũt.

Horum mens passa videtur eclypsim quando superbe nimium defecit a deo. Immo vero miserabiliter ad modum a seipsa. Tunc enim nos ipsi deserimus infœliciter quando ipsum sine quo esse nullo modo possumus stulte deserimus. Heu quisquis hunc misere relinquit tutorem haud quaq; relinquit omnino. Simul enim in eundem recidit sed vltorem. Heu quisquis patrem aspernatur benigne lucentem interim eundem tanq; iudicem experiret vrentem. Vt in qua luce bonum suum infinitum venerari neglexit: in eadem neglexerit aliquando quod neglexit: malum suum sentiat infinitum. Atq; ob oculorum impuritatem sub lucis illius radio doleat semp qui nõ purgauit oculos & erexit vt semper tota luce gauderet. Quando impiorũ mens philosophorum imprudenter defecit a deo tunc sensus in eis impudenter defecit a mente. Corpus & si libenter impotenter tamen secutum est sensum Illinc monstruosissime quædã opiniones. Istinc mores orti sunt omnium immanissimi. Hinc vita vndiq; misera: contra vero: nullorum vel sententiæ probabiliores vel mores probatiores: vel vita beatior q̃ eorum qui legitime id est pie phãntur. Hoc est sciẽtie veritatisq; studium cum religiosa semperueraq; pietate cõiungũt. Hoc autẽ nihil aliud esse videtur q̃ nolle ab inueniẽde veritatis amore seiungere honorande veritatis amorem.

Elementa mouentur mobiliter. Cœlestes spheræ mouentur stabiliter Anime stant mobiliter. Angeli stant stabiliter. Deus est ipse status.

Marsilius Ficinus Florentinus Ioāni frācisco Hippolito vtriusq; iuris doctori Gazolti comiti clarissimo. S:D.

Videmus elemēta a terra vsq; ad celū moueri mobiliter. Mobiliter īquā: quoniā a rectissima motiōis norma nōnunq; vl' ob impedimentū vel ob aliā quandā causam quodāmodo dimoueri videntur. Cœlestia vero corpora mouent̄ quidem sed stabiliter. Nam in ipsorū naturali motu continue ꝑseuerant. Proinde status motu longe ꝑfectior iudicat̄. Motus. n. statu necessario indiget sed non cōtra. Quamobrē si motus motu nobis ab inferioribus ad superiora nunc ascēdentibus ꝑfectior gradatim obcurrit: Atq; ille est perfectior qui stabilior est multo magis status ipse statu gradatim ꝑfectior debet occurrere. Itaq; sicuti status ab elementis in cœlum vsq; adeo creuit vt iam modus standi quod stabiliter nominatur sit repertus longe magis adeo crescere debet super cœlum vt status ipsi⁹ substātia quædā reperiatur. Illic igitur erit aliquid: quod stet quidē semper licet mobiliter. He vero rationales animæ sunt: quarum substantia semper est eadem neq; motuȝ patit̄ vllū: sed affectus & actio variatur. Quoniā vero mutatio quelibet indigentiam quādam significat: ob quam quod mouetur ad id quod nō habet omnino solet percurrere atq; sup id quod est indiguum necesse est esse aliquid quod sit plenum: quo sustineātur regenturq; mobilia quo recurrāt alia vt impleantur: ideo sunt super animas angeli: qui & stant quidē semper & stant stabiliter. Quia & substantia & actio in eis semper est eadem. Corpora spirituum vmbre sunt. Spiritus contra sunt lumina corporum. Tria vero sunt corpora. Tres ergo sunt spiritus. Corpus ex elemētis compositum tam secundum totum q̄ secundum ꝑtes e suo statu mutat̄. Elementoꝝ sphere & si vicissim mutantur in ꝑtibus tote. tñ ipse ꝑmanent incorrupte. Cœlestes deniq; sphæræ taȝ secūdum ꝑtes q̄ secūdū totū indissolubiles ꝑseuerāt. Spūs rōne vacui forte mutant̄ oio. Rōnales aūt in tota substantia & actiōe ꝓcipua ꝑmanēt q̄uis ꝑm ꝑticulas quasdaȝ. i. vires actōnesq; infimas quadā vicissitudie ꝑmutent̄: angelici spūs iidē & siles i vtrisq; cōsistūt. Immo vero vt ꝓpri⁹ exprimā. Si corꝑa mlta repiunt̄ q̄ q̄uis dispositione mutent̄ sp tamē eadē substantia ꝑmanēt: atq; hæc quidē sunt quorum ꝓprius est circuitus. i. cœlestia multo magis multi sunt spūs & si quadā dispositione mutabiles substātia tñ pœnitus imutabiles. Tales vero sunt qui prediti ratione circuitū quendā rationalem a seipsis in se ipos intrinsec⁹ agūt qñ seipos aīaduertūt & colūt. Agūt rursus extrinsec⁹ tñ cōsultādo a fine reꝝ agēdaꝝ ad pricipia atq; couerso tū differēdo a ꝓpositiōibus quibusdā ad cōclusiōes. atq; cōtra tñ speculando ad effectu ad cāȝ rursusq; a cāis ad effectū. Rursus qñ ꝑticularia in vniuersalia ipa resoluunt: ac vicissim vniuersalia in particularia

summis etiã corporis voluptatibus qn̄ sensus ipse quantum in se est impletur omnino ratio adhuc vehementer sollicitatur sensumq̄ sollicitat. Siue enim sensibus obsequi velit semper aliquid suspicať. Noua machinatur oblectamenta. Continue nescio quid vltra requirit. Siue sensibus repugnare cõtendat vitam reddit laboriosam. Vtrobiq̄ igitur non solum ipa non est fœlix verũetiam sensus ipius fœlicitatem pœnitus interturbat. siue iam domuerit sensum seq̄ in seipsa collegerit tunc propria impellente natura rationes rerum causasq̄ perquirit. Vbi aut inuenit sæpe quod nollet. Aut nõ inuenit sæpe quod vellet. Aut forte non tantum cõprhendit quantũ cupit & capit. Semp certe ambigit & vacillat & angitur. Cum igitur nusq̄ quieta sit certe nũq̄ dum sic afficitur vel ipsa fine potitur optato vel sensum præsente iã fine suo potiri permittit. Nihil vero inrationabilius fingi potest q̄ hominem qui per rationem ẽ animaliũ immo omniũ quæ sub cœlo sunt pfectissimus. perfectissimus inq̄ quantũ ad formalem perfectõnem illam quæ tributa nobis est ab initio ob eandem rationẽ esse omniũ imperfectissimũ q̄tum ad finalem illam perfectionem ad quã consequendam perfectio prima tribuitur. Hic esse videtur infœlicissimus ille pmethe⁹: qui diuina sapiẽtia palladis instructus ignẽq̄ cœlestem. i. rõnẽ adeptus ob hoc ipm in summo vertice montis: hoc est in ipsa cõtẽplationis arce ob continuũ auis rapacissime morsum. i. inquisitõnis stimulum miserrimus omniũ merito iudicať: donec transferatur eodem. vñ olim acceperat ignẽ.: vt quemadmodum vno illo luminis superni radiolo nunc assidue stimulatur ad totum sic toto deinde lumine pœnitus impleatur.

Homo q̄ difficile extra habitum naturalem positus fœlicitatem seqtur tam facile hanc in naturalem habitum restitutus assequitur.

r Ationes de facilitate fœlicitatis humanæ ĩ suprioribus primo nobis abductæ veritatem ipam naturali quodam ordine monstrare perspicue videbãtur. Vnde nam igitur quemadmodum experientia docet tanta nobis ad beatitudinem contendẽtibus opponitur difficultas? Vt grande illud sisifi saxum per mõtis ardua sursum voluere videamur. Quid nimirum? Summa olympi mõtis fastigia petimus. Infimæ vallis habitamus abyssum. Onerosissimi corporis sarcina præmimur. Dum anehelamus in arduum sæpe tam ipso pondere q̄ præruptis vndiq̄ rupibus in præceps repeute relabimur. Quid q̄ illinc offendicula & obstacula q̄ plurima detinẽt. Illinc pratorum quorundam blandimenta noxia demorantur. Sic igitur heu miseris sic extra sublimen patriam religatis in infimo nihil vsq̄ obicitur non valde difficile. Nihil obcurrit non vndiq̄ miserum. Quid nam ad ambiguitatem eiusmodi respondebimus? Illinc argumentatio facilitatẽ summã pollicebatur. Hinc experientia summam pariter mõstrat difficultatem.

Tantam denicp litem sola nobis lex mosayca dirimet extra naturæ primæ ordinem positi sumus præter naturæ ordinem proh dolor agimus atcp patimur primus homo cp facile primũ omnino cõuersus ad deũ fœlicitatẽ accipere poterat tam facile deinde illinc aduersus ipsam amisit facilitatem. Cuncta igitur parentis primi progago tam difficile extra naturæ prioris ordinem posita beatitudinem recipit cp facile in ordinem ipsum restituta reciperet. Quid vero dicent ad ista philosophi. Magi quidem soroastris hostanisq sectatores simile quiddam afferent. Aiunt enim ob antiquam quandam humanæ mẽtis infirmitatem omnia nobis infirma difficiliacp contingere. Ac siquis temperationem animæ restituerit omnia iam fore disposita. Huic quocp non dissonat illud pythagoreorum atcp platonicorum. Animã videlicet iccirco tot in mundo sensibili malis affligi quia sensibilium bonorũ auiditate nimis illecta bona intelligibilis mundi imprudenter amisit. Peripatetici forte dicent hominem potiuscp brutum affine proprio aberrare quia libero mouetur arbitrio. Vnde hinc atcp illinc prout variis consultando vtitur coniecturis potest preuaricari. Animal autem irrationale non ducitur a seipso: sed ab ipsa naturæ prouidentia nũcp errante ad finem sibi conuenientem tancp; ad signum sagitta dirigit. Error autem ille noster atcp præuaricatio cum non a naturæ defectu pueniat. sed varietate rationis & obliquitate cõsilii nequacp disperdit potentiam naturalem. Sed turbat potius volũtatem. Atcp sicut in elemento etiam extra locum proprium posito vna cum natura seruatur vis atcp inclinatio ad terminũ proprium naturalis: qua potest aliquãdo suam repetere regionem sic in homine etiam postcp a recto tramite aberrauit restare putant naturalem tum tramitis tum termini repetendi potentiam. Denicp exactissima theologorum examinatio rẽ omnem breuiter ita cõcludit. Non potest vlla ad motũ aliquem inclinatio amplior esse cp motor. Cũ igitur animi inclinatio præcipue vergat ad infinitum nimirum dependet solum ab infinito. Si enĩ a determinata quadam causa post deum animæ motrice cp proxime prouenirct ad finem quocp dumtaxat vergerit terminatum. Siquidem mouendi virtus cpuis in infinito principio sit infinita tamen in sequente causa quæ determinata est terminatur. Ac motus mouentis proximi potius cp remoti sequitur qualitatem. Quamobrẽ motor ipe qui animum proprie vertit ad infinitum est ipamet solum infinita potestas: Que mentem pro libera voluntatis natura modo quodam mouet ad eligendas vias maxime libero. Rursus pro infinita mouentis potentia ad appetendum finem vscp adeo incitat vt non appetere nequeat. Si motus eiusmodi non potest quo dirigitur peruenire nullus vticp poterit. Vbi infinita viget potentia. Ibidem infinita sapiẽtia atcp bonitas dominatur. Hæc aũt necp quicq̃ mouet incassum. Necp

bonum vllum prætermittit alicui quod accipi iam possit & debeat. Proinde cum homo tum ob rationis cōtemplationis vsum ad angelos beatissimos tum ob diuinum cultum ad deū beatitudinis fontem multo ꝓpinquius accedat ꝙ bestie necesse est eum aliquādo pesse in optati finis possessione fore multo beatiorem. Vt qui supernis similior est tam voluntatis ardore ꝙ intelligētie lumine similiter sit vitæ fœlicitate similior. Siquidem a vitæ virtute intelligendi volendiꝗ virtus & excellentia proficiscitur. Nunc vero in corpore hoc tū ꝓpter corporis ipsius imbecillitatem infirmitatemꝗ & rerum omnium indigentiam: tum ꝓpter continuā mentis anxietatem est longe miserior. Qua propter ꝙ difficile fœlicitatē suam in corpore terreno. Intēperato caduco animus cœlestis & immortalis continue sequitur tam facile hāc vel a corpore liber vel in corpore temperato immortali cœlesti consequitur. Non videtur aūt finis ipse naturalis existere nisi in habitu naturali. Habitus autem sempiterni animi maxime naturalis esse videtur: vt suo in corpore viuat iam sempiterno. Hinc necessaria ratione concluditur immortalitatem claritatemꝗ animi posse ac debere quandoꝗ in corpus proprium effulgere. In quo quidem statu solum summa hominis beatitudo completur. Atꝗ hæc quidem prophetarum theologorumꝗ sententia a magis & mercurialibus philosophis & platonicis confirmatur.

Mens adepta beatitudinem nunꝗ amittit.

Quando vero infinitum attingit anima finē cum ea præcipue ratione hunc attingat qua hinc afficit & trahitur & perducitur attingit vtiꝗ sine fine. Si potuit ex infinito quodā gradu qui infinite distat ad immensum quandoꝗ resurgere potest etiā in ipso immenso infinite manere. Presertim quia eadē īfinita ptās quæ tam longe traxerat ad seipsum vehementius ꝙ explicari possit in se proxime retinet. In bono aūt infinito neꝗ quicꝗ fingi mali potest: & quicquid boni fingi optariꝗ potest plenissime reperit. Illic igit eterna vita clarissimū intelligentie lumen: Status mutatōne carens. Habitus priuationis expers: secura tutaꝗ totius possessio boni. Gaudium vndiꝗ plenum.

Finis quinꝗ questionum de mente.

Super sensum est intellectus. Super sensibile est intelligibile. Super mentes nostras: sunt alie mentes. super formas corporales sunt forme incorporales.

Marsilius Ficinus Florentinus compholosophis suis. S. D.

Quid in reb⁹ tā naturalib⁹ ꝙ hūanis veri⁹ meliusue sit: quotidie rōcinādo & cōsultādo q̄rim⁹ atꝗ inuenim⁹. In quo quidē discursu cōmūib⁹ icorpeisꝗ qbusdā veritatis bonitatisue regl'is vtimur, atꝗ ea de qb⁹ agit ad icorpeā cōmuneꝗ et sūmā veritatis bo

nitatisue formam cōparādo referimus. Vt quid ad ipsius gradum inter alia ꝓpius videtur accedere id esse ceteris verius ac melius iudicetur. Hoc aūt totū nō sensu facim⁹: sed rōne. sola em̄ in hoib⁹ rō est q̄ rerū rōes assignat. Atq rōcinādo cōmunib⁹ reg͞lis ad cōmunē formā singula cōparat. Hinc duo pcipue cōcludūtur. Primū ratōnem sensu veriorē ad moduȝ melioremq existere. si quidē sola hæc in nobis ad summā veritatē & bonitatem tam discursu q̄ affectu se confert. Et cū de ipsa veritate sensus & bonitate. Qualiscunq illa sit: agitur hoc ipsum non sensus vllo pacto: sed ratio pficit. Secundum q quanto ratō verior & melior est q̄ sensus. tāto saltem q̄ rationis obiecta dicūtur veriora melioraq sūt q̄ sensus obiecta. Præsertim quia quotiēs de rerū sensibiliū veritate vel bonitate perquiritur nō aliter hoc ipsum vel indagari potest vel inueniri q̄ virtute quadā & luce intelligibiliū rationuȝ atq formarum. Quāobrem intelligibilia hæc quæ intellectus obiecta dicuntur idest rationes ipsæ rerum incorporales atq formæ a materiæ passionib⁹ absolute verius meliusq sunt: ideoq magis in rerū natura videntur existere q̄ formæ corporumq sensibus offeruntur. Accedit ad hæc q quēadmodum sensibile mouet sensum sic quodammodo intelligibile intellectum. Si nō possumus quæ infra nos sunt percipere: nisi ab illis per species quasdam quodammodo moueamur: multominus possumus quicq̄ super nos concipere nisi ita moueamur ab ipso: vt mens eius semine pregnans prolem inde parturiat præstātioris substantiæ similem. Mens em̄ virtute omnino propria nihil ederet nunq̄ nisi vel inferius vel equale. Ergo quando mens ad ipsum intelligibile surgit tam tam sensibili verius q̄ sæpe ipsa mēte præstantius necesse est eam ad ipsum supra seipsam illius virtute penitus eleuari. Hoc ipsum nisi esset quicq̄ nisi verius existeret q̄ sensibile. certe verius intellectuȝ mouere non posset q̄ sensibile sensum. Nunc aūt longe verius mouet quando quidem magis perducit tam ad verum q̄ ad veritatis cuiuslibet rationem. Quid enim verum sit propria ratione: & quid ipsa sit ratio veritatis ac vicissim veritas rationis haud sensu sed ratione percipimus. Si quis aūt dixerit: mentem ab alienis vel extrinsecis ad intelligētiam nō moueri. Sed ipsammet propria & mirabili quadā virtute suas sibi species sua obiecta concipere dicemus ex eo sequi mentē esse incorpoream penitus & æternam: si nequaq̄ ab alio sed ad se ipsa mouetur: suaq virtute species siue rationes concipit incorpeas & æternas. Vera enim cuiusq ratio cum aliter aliquādo se habere nō possit est sempiterna. Cæterum istis addemus. Si non deest menti simplicissima quædaȝ forma & perfectissima immo adest per quam & ad quam de simplicitate perfectioneq rerum omnium dixerit: ac se ipsam multis simpliciorem perfectioremq multa quoq ipsa simpliciora & perfectiora esse cōcludit. Si inq̄ non deest menti talis quædam forma sed adest multomi-

nus vniuerso deest. imo vero multo magis in est: Ac mens ab illa vim accipit qua moueatur ad illa. Addemus praeterea humanam mentem summã quidem esse in formarum genere naturalium. quoniam formas concipit siue suscipit puriores veriores perfectiores: quarum comparatione naturales nihil impedat. Verum non esse in mẽtium ordine summam. Quoniam nõ sit verissima. i. summe veridica cũ noxii saltem vitõ corporis saepe ambigat & fallatur. Mens vero illa videt esse verissima. que nihil nunq̃ admittit falsi nihil prorsus ambigui. Q m̃ vero quicquid verius est. i. & magis potẽtiusq̃ existit: sequit supra mentẽ nostrã mentes alias esse: ad modum veriores quae a falso remotiores sit q̃ nostra: ac deniq̃ super omnes quãdam esse summam atq̃ verissimam: In qua non aliud sit mens q̃ veritas: Non aliud intelligere sit q̃ esse. non aliud agere sit q̃ velle. Quae cum foecundissima sit: immo ipsa foecunditas: mentes deinceps q̃ plurimas tanq̃ filias procreet seruet: illustret

Veriores aũt mentes: veriores quoq̃ rerum possidẽt rationes. Verissima vero verissimas. Vnde concluditur rationes rerum incorporales quae ab humana ratione pro arbitrio cogitantur non esse figmenta quaedam sicut illis qui sensibus potiusq̃ ratione viuunt atq̃ res iudicant forsitan videretur. Immo vero super nos in diuina quadam mente tanq̃ super coelesti sole verissima rationum omnium lumina clarissime perlucere. Vnde in mẽtes alias que inter illam & nostram quasi mediae esse videntur ceu in stellas superiores & quodammodo immutabiles atq̃ etiam in nostram: ceu in lunam iam quasi mutabilem. veri rationum radii demittantur.

Mens sempiterna est quia radio desuper accepto vtit ad eterna.

q Voniam vero mentis acies nõ aliter per eiusmodi radios agit hoc est videt & appetit q̃ substantia ipsa mentis eos acceperit iccirco clarissima vere rationis luce concludimus: omnibus vel infimis mentium gradibus a prima mente: immo a summo mentium lumine eternitatem vitae ipsius esse tributam quandoquidem omnibus naturalis eternitatis agnitio quaedam & appetitio veneratioq̃ cõceditur.

Mens dei radio reflexo intelligitur creata: recto creatorem.

l Vna haec nostra. id est mens prout in solem suum magis minusue aliter atq̃ aliter conuertitur ne l auertit luminis & vmbrarũ quarundam diuersitate & vicissitudine variatur. Nunq̃ tota luminis recipiendi facultate priuatur. Nunq̃ tamen tota vndiq̃ fulget: pars. n. rõe carẽs vtpote q̃ sit quodãmõ desior. i. ineptior nõ refulget. Luna: inq̃ haec nostra radios quibus stellas super coelestes id est angelos suspicit eosq̃ certa ratione coelestibus longe praestantiores esse discernit. vehementiusq̃ amat & colit: radios inq̃ eiusmodi ab ipsis coeli sideribus quae neq̃ intellectum neq̃ affectũ altius q̃ ad ipsammet cr-

gere possunt.habuisse non potest. Potest tamen eos a stellis angelicis immo vero a supercoelesti sole per stellas angelicas accepisse:omne stellarum lumen vt communis fert opinio a sole atq; in solem. Omne mētium lumen a deo pariter in deū & luna haec nostra quando ita diuinū prospicit solem vt esse illum infinitum & qua ratione sit talis prorsus aspiciat:& quia sit infinitus: ideo infinito penitus interuallo angelos asserat antecedere:ipsosq; angelos illius comparatōne nihil impendat radium eiusmodi quo & super angelos & infinite progredit & ipsos pene ꝓ nihilo habet.certe ab āgelis nō accepit. Neq; rursus a deo ipso per angelos. Nam radius dum per angelum transit determinatū determinatur & ipse vnde nequit ad proprium immensi inquantum immensum est vel ꝓspectū erigere vel affectū. Virtute eñ ꝓprie infinita opus est ad motū illum qui ad infinitū proprie vergēs terminuȝ sic absq; fine ꝓgredit: vt in termino infinito dumtaxat finem facere valeat. Igitur solius immēsi dei purus radius est:quo immensum esse deū agnoscimus: quē nisi nouerimus semp vltra perquirimus. Soli⁹ quoq; immensi dei flāma videt:qua sic ardemus immēsum vt liquor nullus praeter imensuȝ sitim possit extinguere:imo (vt recti⁹ loquar) implere. Forsitan opepraeciū erit similitudinē illam de sole platonicam queadmodū in libro de amore & in thelogia latissime explicauimus:hic quoq; aliquāto lati⁹ q̄ supius explicare:Inter oīa sensum instrumēta purissimū ocl'us ē iter oēs aīe vires purissimū itellectus. In mūdo visibili sūmū visibile sol. In mūdo itelligibili sūmū intelligibile de⁹. Igit queadmodū se ad visibile visus hēt:sic pene ad itelligibile intellect⁹. Visus visibilia oīa.i.colores i sūmi visibil.i.sol fulgore discernit. Intellect⁹ itelligibilia oīa.veraq; cūcta in sūmi itelligibilis veritatis q; ipius lumie cōspicit. Ac tāto magis intellectus quilibet eiusmōi indiget lumie q̄ visus illo:q̄tomagis oīs intellectus & quoduis intelligibile a suppremo & infinito intelligibili depēdet q̄ visus & visibile quodlibet ab ipo sole:qui finitus est & a cāis supiorib⁹ ꝓducit & seruat. Quicquid videt vsq; siue ab oculis animaliū quorūdā. q̄ innato quodā radiolo noctu vidēt:siue ab aliis ad ignis stellarūue lumē.totū hoc solis ipsius splendore videt: Sicut.n. omne calidū a summe calido sic omne lucidū a summe lucido efficit & seruat. Seruat inq; quia & si causae aequales.i.quae in eadē specie sunt qua & effectus in generatione effectus.nō tñ in cōseruatione necessariae sunt:tamen superiores causae in effectu etiā conseruādo sunt necessariae. Eadē rōne quicquid intelligit vsq; siue insito quodā & naturali lumine tanq; familiari oculi radio:siue infimoꝝ radiis angeloꝝ tanq; igne siue supnoruȝ angeloꝝ luminib⁹ tanq; stellis vniuersum hoc infiniti ipsius intelligibilisq; solis radiis intelligit. Praesertim quia sol eiusmodi vbiq; totus viget & implet intrinsecus vniuersa:magisq; inde cūcta tam in cō

seruando q̄ in nascendo dependent q̄ imagines in speculis a corporibus. Radio quidem solis per alia passim reflexo cernere possumus alia. Solem vero ip̄m nisi recto quodam ipsius radio rectoq; meum aspectu suspicere non valemus. Atq; hoc quidem radio qui profluit extra solē: ideoq; miscetur quodammodo & minuitur oculus q̄ purus & q̄ magnus sit sol discernere nequit. Quod si puritatē magnitudinemq; illius agnoscimus. non oculi istud qui longe fallūtur. sed ratione metimur. Oporteret autem oculum sic a natura institutum fuisse vt ipsi solis globo q̄ proxime adhereret quo propriam eius puritatem magnitudinemq; perspiceret. Sic radius qui ex deo emanās rebus creatis infunditur; creata solum proprie nobis ostēdit. Deum vero nobis ipsum ostendit magis qui in mentem ipsam dirigitur in deum vere directam. Verūtamen quoniam a mente pro mentis qualitate & capacitate perspicitur. puritatem infinitatemq; dei monstrare nō potest. Ideoq; per ip̄m nūq̄ deum esse actum purum omnino infinitumq; cogitare possemus. Nihil autem supra mentem intus habemus qđ q̄at mentis fallaciam redarguere. Certa tamē rōne consideramus diuinæ puritatis & infinitatis abyssum: ratōnem infinitatis atq; vicissim rōnis infinitatem animaduertimus. Quando etiam super supremos angelos per innumerabiles perfectionis gradus magis deinceps magisq; gradatim progredientes qua ratione diuinus actus progressum eiusmodi pene infinitū infinite supereminteat cogitamus. Quamobrem non solum diuini solis radius oculo mentis inest. sed etiam sol ip̄e diuinus adest sub ip̄a infinitatis suæ vt ita dixerim ratione. per quam videat appetatq; tum infinitatis verissimā rationem. tum rationis ip̄ius infinitatem. Adest inq̄ vbiq;. & adest semper. Quandoquidē vbiq; mentes quotiens expeditæ sunt. attentiusq; ad hoc opus incūbūt diuinū actū hac rōne cōsiderant infinitū. quia neq; subiecti alicuius limitibus vllis cohibeat̄. neq; p̄mixtōe qualitatis inficiat̄. Neq; causæ sup̄ioris excellentia sup̄etur: neq; vel temporū interuallis vel locoꝝ spaciis excedatur. neq; nūeratis virtutis gradibus q̄uis q̄plurimis termineť. Neq; forsitan termineť sup̄eturq; a mēte quæ vltra quēlibet nūeꝝ atq; finem tā fingendo q̄ affectando sine fine p̄gredit̄. Videt mēs infinito dei actui infinitam subesse materiæ. vt ita dixerim passionem. Temp⁹ quodāmō intermiatū motū. sp̄ æqualē. spaciū q; imēsum (vt ita loquor) atq; quodāmō p̄petuā generationis successionē. Indefessam mētis discursionē Videt ip̄m purū nihilū infinite cōsiderari negādo: & imensum ibi malū excogitari. Videt ip̄m purū ens. vt ita dicam. infinite affirmari rōcinādo bonūq; esse prorsus imensum: quia sit v̄tus immēsa. Aliud em̄ ē virtus quælibet: aliud est numerus atq; mensura. Ac pri⁹ ē virtus quælibet ordie quodā q̄ mēsureť. Numerus igiť vł mēsura quotiēs virtuti accediť

extrinsecus posterius q̃ contingit. Nihil tale dei ipsius virtus admittit. Non igitur numerum vel mensuram habet qui omnia numero pficit & mensura. Si non intra se admittit. neq; etiam circa se patitur. Ergo sicut infinite se replicat intus sic infinite se explicat extra. Vnde fit vt vbiq; sit & semper. Cuncta facillime faciat & perficiat. Cunctis & facillime adsit & insit. Sicut enim si qua esset infinita dimensio immẽsum spacium occuparet: sic si qua sit infinita potestas seipsam vndiq; sine fine diffundit. Atq; etiam absq; principio & fine viuit in euum.

Platonici philosophi opinantur vbi est visibile summũ: ibidem summum existere visum. Idcirco solis globo non modo vitam tribuũt: verumetiam videndi virtutem omniũ perspicacissimam atq; certissimã. Orpheum in hoc potissimum imitari videntur: qui solem mundi oculum nominat. quo & quem omnium oculi videant. Opinantur solem stellasq; viuificas & viuentes iactis per omnia radiis quicquid mũdo continetur inspicere.

Deus omnia videt & curat.

P Eripatetici putant summum intellectum summũq; intelligibile idem penitus esse Sane summus intellectus summũ possidet modum intelligendi: non igitur intelligendo respicit extra: sed intus. Neq; eius intelligentia ab alio q̃ a seipo depẽdet. q etiam quod summum intelligibile est: summus sit intellectus ex eo patet: q inter intellectum atq; intelligibile maxima quædam proportio esse debet. Cum igitur id maxime fiat intelligibile quod a materiæ passionibus longissime separatur maxime & verissime intellectus est q̃d maxime est abstractum. Præterea non esset in intelligibile summum nisi tale sibi quoq; esset. intelligenturq; etiam a seipo. Deniq; si intelligibile excellentiam quandam super intellectus communes significat. mouet enim eos & illuminat. & format & perficit. nihil intellectu ẜm participationem aut formam reperitur boni. quin in ipo summo intelligibili ẜm causam virtutemq; agentem reperiatur. Igitur anime rationales intellectus quidam ẜm participationem esse dicũtur. Angeli vero intellectus ẜm formam existimantur. Intelligibile summum idest deꝰ intellectus ẜm causam est. intellectus inq̃ super intelligentiam cogitabilem. Intellectus quolibet intellectu infinite præstãtior. Si solis lumen quo solem videt oculus haberet oculum carte dum oculus noster ipsum videt. ipsum quoque & multo clarius. quia omnis ab eo claritas emanat. oculum mutuo nostrum inspiceret. Et dubitamus adhuc: Vtrum diuinus ille oculus quo etiam proxime & quem passim mentium nostrarum videt oculi. nostros ipse vicissim videat oculos. Nisi nos ipe videret qui nos continue videndo. nos semp illuminat atq; illuminãdo vim nobis vidẽdi actũq; largit̃. certe nusq̃ aliqd

diuidunt cōponendo. Omnis vero vis ad circuitū naturalis esse sem piterna censetur: tum quia a se per suū cētrum non recedit tum quia si opus fuerit per suam circumferentiam in se redit: & in quouis puncto incboat semper a fine principium. Maxime vero vbi fit circuitus spiritalis. Ibi enim iungitur circūferentia cētro. Atq3 huiusmodi substantia simplex vim suam replicat in seipsam & auget replicando. Sibiq3 innitēs semetipsa conseruat. Meminisse vero oportet. vbi discursio rationis efficitur innata esse principia quædam stabilia discurrendi. i. cōmunes quasdam manifestasq3 notiones a quibus incipientes quasi radiis quæramus ignotiora. Atq3 ad easdem comparando diiudicemus. Meminisse præterea decet quoniam pricipia illa necessaria sempiternaq3 sunt ideo vim anime quæ illarū subiectum est esse similiter sempiternā. Discursionem quidem illā tanq3 naturæ nostræ propriam possidemus. Fundamenta vero discursionis nobis cum angelis sunt communia. Illa quidem parte cælestes sumus: ex ista supercælestes. Duo mundani corporis sunt extrema. Terra scilicet cælumq3 empyreum. Vtrumq3 videtur immobile: sed altera alterum ratione Terra quoniam non adepta est virtutem aliquam ad circuitum. Empireum vero cælum quia iam omnem corporum virtutem est adeptum. Medie vero sphere sempiterna quadā virtute sed mobili: requirūt vlterius nescio quid permanens & eternum. Quod de tribus iis gradibus diximus: Idem pœnitus de sensu: ratione: mente. Rursus bestia: homine angelo intellige dictum. Elementa quoniam non solum corpora sunt verumetiam ex materia infima componuntur ideo mobiliter agitantur. Cælestia vero quia eiusmodi materia carent atq3 sunt quasi non corpora: iccirco stabiliter equaliterq3 discurrunt: suoq3 ordine errores elementorum cohibere videntur. Quia tamen motibus oppositis contrariisq3 feruntur si propriis ferantur naturis oportebit contrariis illis inesse naturas. Nulla tamen est contrariarum dissonātia qualitatum vnde omnis abest pernities omnisq3 transgressio: Mouentur igitur temperatione quadam qua ipsa superior causa regit potenter suauiterq3 perducit. Vniformis natura est quæ tam multa conducit in vnum: est etiam omniformis quæ illa ad terminos effectusq3 redigit omniformes. Non est autem corporea forma. Alioquin vniformis simul & omniformis esse non posset. Atq3 omne corporeum dum mouet necessario permutatur. Ideoq3 perfectissimus motor esse non potest. Et quia in mouendo non permanet iccirco solū virtute sua nequit pmanētē in motu seruare tenorē. Quāobrē globi cælestes a substātia quadā spiritali rōnaliq3 mouētur. Atq3 illa qdē sempiternā habēte infatigabilēq3 virtutē qua tādiu moles tātas tā equaliter tā celeriter voluere valeat. Ordinēq3 mirifice rōnalē pulcherimūq3 cōficere. Rationales aīe quia nullo mō sūt

corpora sed ad corpora iam affectu quodam naturali declinant: iccirco manent quidem essentia vitaq; semper: sed quasi mobiliter. Innata vero virtute propriaq; mouentur. Angeli vero cum neq; corpora sint neq; ad corpora viuificanda declinēt & stant quidem & stabiliter vt in superioribus disputauimus. Quemadmodū omnia mobilia ad motum vnum tempusq; primum sic stabilia cuncta ad vnum primūq; statum eternitatemq; necessario reducuntur tanq; cardinem siue centrum. Cui quæcunq; stant pro viribus innitanť quod & ambiant quæcunq; mouentur: cuius vnione res tam multe tam diuersæ vnam quandā pariant harmoniam. Motus tempusq; sunt pœne idem. Status & eternitas sunt pœnitus idem. Que enim in inferioribus disiuncta videntur in superioribus mirifice coniunguntur. Quicquid stare dicitur siue in se siue in alio primū quidem ipso statu stat. Deinde compositionem aliquā quodāmodo suscipit. Verum super id quod aliquo pacto compositum est extat aliquid necessario simplicissimū a quo cætera pendeant vniātur & componanť. Presertim quia quod primū est in natura cum vltra primum esse suum nihil capiat aliūde compositum aliquo pacto cogitari nō potest: Sic igiť super pigrā naturam mobilis. Sup vagū motū motus fit constantior. super stabilem cōditionem: substantia stabilis cum quadā conditione mutabili. Super hanc natura pœnitus stabilis collocetur. Super stabilem naturam status ipse omniū simplicissimus. Vbi summa simplicitas ibi sūma vnitas: vnicus igitur deus existit. Qui reuera absoluta vnitas est: atq; vt platonicis placet: est etiā quodāmodo mentis vnitas atq; cardo quemadmodum & mens cardo vnitasq; animæ. Et anima vnitas & cardo naturæ. Natura deniq; corporum. Deus sicut est purus status mutatione carēs sic est pura vnitas imperfecte multitudinis expers. Quoniam status est purus ideo omni ē motu celerior. Iam enim ab eterno ipē in se est id omne quod ex parte quadam minima vix & paulātim & vniuerso tempore vniuersus motus assequitur. Et quicquid diuiduus motus nature diuidue diuiduo facit temporis interuallo id totū status indiuisibilis in diuiduo prout vult momento eternitatis indiuidue perficit. Vbi enim virtus constantissima dominatur ibi actio editur omnium velocissima. Vbi vero instabilis natura vacillat fit motio tardior. Rursus quoniā deus est pura vnitas multitudinis infinite principium: ideo infinita multitudine rerum est infinite potentior si innumerabilis inde potest numerus emanare tempore sempiterno. ipse iam actu est innumerabilis numerus immo vnitas infinita & immensa potestas. Et quæcunq; infinite dispersa infinite vt ita dicam debilitantur: ipse immensa vnitate sua potenter colligit in immēsum. Quoniam vero nulla omnino difficultas actionis adest vnde mēsura virtutis abest cui resistere dimensa natura nō potest iccirco deus infinite facilius fœliciusq; q; cogitari possit omnia perficit: adeo vt si sta-

fuerit cuncta simul efficiat qui est omia simul:a quo & ad quem velut a centro & ad centrum singula tanq̄ lineæ punctaq; dependet:vt vno stabiliq; nutu singula queat ꝓ natura cuiusq; vibrare.

Forma corporea diuiditur & mouetur ab alio. Anima rationalis non diuiditur:sed ex seipsa mouetur. Angelus neq; diuiditur neq; mouetur sed aliunde impletur. Deus est plenitudo vna simplex immensa.

Marsilus Ficinus Nicolao Episcopo Vaciensi & Francisco Bandino. Salutem dicit.

f Orma quæ ex seipsa primoq; talis quædã aut talis existit in eo genere plenissime talis eē debet. Quod eni3 ex se primoq; calet & lucet: sũmope calet & lucet. Q̄d igit̄ nō ē pfectissime tale ab alio quodã supiore depēdet FORMA corporea. Forma ois quæ cũ materia vel dimensione diuiditur & mutatur ab alio formarum omniũ imperfectissima est. Nam subiecti dimensionisue ipsius indiget ammiuiculo quippe quæ a seipsa non sit quandoquidem non est vel in seipsa vel secum: Neq; etiam a subiecto præcipue nascitur quod ꝓpria natura iudicatur in forme:neq; rursus a quãtitate quæ non per seipsam quicq̄; agit sed per qualitatem:præterea ꝓpter extensionem dispersionēq; forma illa fit debilis. Deniq; ꝓpter motum apparet egena. Neq; igitur ꝓpria virtute agit aliquid vel mouetur postq̄ vim nō possidet integram: atq; ꝓpria virtute neq; sustinetur neq; subsistit. ANIMA: Quapropter a præstãtiore quadam forma dependet quæ in se sine subiecto atq; secum sine dimensione consistere possit.i.ab anima: quæ q̄uis ex se ipsa quodammodo moueatur quia proximæ qualitates oīno mutabiles antecedit:non tamen cum materia vel quantitate vllo pacto diuiditur. Quod ex eo præcipue patet Tum quia indiuiduas formas a diuiduis ipsa perspicue diuidit:secumq; coniungit tum quia conuertit̄ in seipãm quod forma diuisibilis facere nequit. Vbi enim pars altera distat ab altera nondũ totius in seipsum est facta conuersio. ꝙ vero anima rationalis ex seipsa libere moueatur:tũc apparet potissimum quãdo & res corporeas modo potius suo q̄ rerum intelligit. Et cõtra earũ impetum quod ipsa præstare censuerit ꝓ arbitrio eligit sæpe numero. Motusq; suos in plurimas oppositasq; partes edit assidue vtpote quæ non determinata vel naturæ vel obiecti qualitate trahatur sed consilii sui potius varietate ducatur. ANGELVS. Quoniam autem mouetur quodãmodo atq; iccirco quasi indiga iudicatur cum nulla res motu querere soleat quod iam possidet iccirco super animam est immobilis angel⁹ immobilis inq̄;:quia iam vndiq; plenus. DEVS. Quemadmodum vero ab eo quod haud quaq̄ omnino plenũ est ad illud quod plenissimũ est ascenditur sic ad plenitudinem ipsam ascenditur a plenissimo. Quia videlicet a plenitudine ad minus plenum ordine quodam per plenissimum fit descensus. Profecto causæ omnis in agendo intentio ē aliquid

sibi pro viribus simillimum generare. Et quo potentior causa est eo id magis faciliusq consequitur. GENERATIO in deo. Creatio a deo. Hinc efficitur vt causa illa qua nulla potest potētior cogitari aliqd generet sibimet vsq adeo simile vt similius quicq̄ cogitari non possit: non reperitur alicubi talis quædam similitudo nisi vbi generantis geniti q substantia est pœnitus eadem. Sed mittamus in præsentia quod deus generet in seipso. Consideremus que procreat extra seipsum. Nam hic quoq consentaneum est deum simillima quædam gradatim minusq similia ꝓcreare vt nullus in gradibus ordo rationalis possit a nobis considerari qui non prius a ratione summa & consideratus fuerit & impletus. Nempe a tali quodam ordine dei & naturales causæ eiusmōi seruant ordinem in effectibus producendis: & mentes ratiocinando similiter ordinem & artificiosum tenent & naturalem diuinumq inueniūt. Quorsum hæc: vt super animas nondum plenissimas: plenissimos iaʒ esse angelos concludam⁹: super angelos qui implentur esse fontē cuius liquoribus impleantur. DEVS vnus: & simplex. Plenissimi quidem esse multi & possunt & debēt vt in dei opere perfectissimo partes abūdent vndiq perfectissime. Plenitudo autem ip̄a simplex qua plena sunt quæcunq plena & quia plena ideo composita nuncupantur. Plenitudo inq̄ summa nisi vna esse non potest. Si quis duas summas induxerit plenitudines: quæremus vtrum in se pœnitus differant vel omni ex parte conueniant. An potius partim conueniant quidem: partim etiam discreqent. Si vtraq similiter est plenitudo omnino differre nō possunt. Si conuenire dicantur omnino vnum. Sunt non duo quod in præsentia volum⁹. Si i parte cōgruerēt altera parte altera discreparēt: primū quidem vtraq composita esset atq ex partibus & simplici quodam cōponente dependens. Deinde neutra esset ip̄a quam querimus plenitudo. Quippe quo altera differt ab altera non reperiretur in altera. Adde quod in plenitudine summa nihil debet esse vt ita loquar non plenum Si autem partes diuersas haberet nulla pars esset vel idem quod & alia vel idem quod & totum. Nulla igitur pars plenissima foret. Q̄obrem plenitudo vt idem sæpius repetam vnica esse debet ac pœnitus indiuidua. Adde & infinita. DEVS infinitus. Profecto quemadmodum in eo quod purum vacuum vacuitatemq ipsam cognominamus nihil quod adsit fingi potest. Sic in plenitudine pura quā extare oportet vacuitati pure prorsus oppositam nihil in infinitum fingi potest quod nō adsit. Vnde nam prima mundi mareria & vniuersus mūdi cursus & mētis cuiusq discursus hoc habent. Vt naturaliter vltra quemlibet terminum impleri conentur nisi ab ip̄a plenitudine quæ & exuberat vltra terminum & mentes mundumq atq materiam allicit super terminum.

HABITVS vniuersi perfectus. Quoniam vero immensa pleni-

tudo in vacuum nō poteſt allicere recte vaticinamur materiæ nixum & mundi curſum mentiſq; diſcurſum ipſa quandoq; plenitudine ſumma prorſus impleri. Tunc mundani ſtabilitas centri ſpherarum quoq; circumferentiis ſe prorſus communicabit: & pura circumferentiæ claritas ſe ad centrum vſq; diffundet. Tota prorſus machina mundi flāmis empirei cœli veſtietur innoxiis. Corpora ſenſuſq; naturalia animarum rarationalium inſtrumenta fulgebunt animorum radiis beatoruꝫ. Animi ſalubribus vitalibuſq; ſeraphynorum radiis fœliciter accendentur. Tota ſpirituum multitudo fœlicium infinita plenitudine infinite gaudebit in euum.

Compendium platonice theologiæ Marſilii Ficini Florentini. Aſcenſus a ſubſtantia corporea ad incorpoream. ſcilicet ad animas angeloſq; & deum.

Marſilius Ficinus conphyloſophis ſuis. S. D.

Subſtantia quoniam accidentis omnis fundamentum eſt naturæ ordine quodam prior eſt accidente: poteſtq; cum ſit prior ac forme virtute non careat alicubi ſine accidente conſiſtere accidēte inq; præcipue corporali quod ad communem accedens ſubſtātiæ rationem non tam profectum affert q; defectuꝫ. Profecto ſubſtantia ſi abſq; corporeo accidente conſiſtat tam ob puritatem verior erit q̄ ob ipſam indiuidue naturæ ſimplicitatem vnitatemq; potentior. Quobrem iam ē actu ſubſtantia quædam ſeorſum a quātitatis diuiſione qualitatiſq; corporalis permixtione. Ne vana ſit ſemper in vniuerſo potentia illa taꝫ rationabilis tamq; bona. Vel falſa prorſus vel imbecillis omnino natura illa quæ verior potentiorq; q; ſubſtantia quælibet corporalis exiſtimat̄.

PRIMVS incorporalis ſubſtantie gradus eſt vita quædam id ē anima. Incorporalis autem illa ſubſtantia idem atq; vita quædam eſſe videtur. Quandoquidem vitæ proprium eſt vis quædā ad penetranduꝫ: vniendum: mouendum corpus valde mirabilis. Talem vero vim habꝫ in primis ſubſtantia prorſus incorporalis. Vitæ quædam huiuſmodi in rerum ordine iam exiſtunt. Magis enim dependet corpus viuens a vita ſibi coniuncta q; a corpore vita. Nam corpus inde formatur & ſubſtinetur regitur & mouetur. Quare quemadmodum infra coniunctionē iſtam corporis atq; vitæ corpora quædam reperiūtur ſaxa ſcilicet & metalla: cæteraq; generis eiuſdē quæ poſſunt abſq; vita manere: ſic & multomagis forte etiam plures exiſtunt vitæ quæ ſine aliquo corpis amminiculo ſuſtinere ſe poſſunt. Ne vero partim ſunt rationales animæ partim angeli. SVPER animas ſunt angeli. Verū nūquid ſup corpa & animas neceſſarium eſt angelos eſſe? Eſt vtiqꝫ neceſſariū: Sane intellectus ipſius inquantū ē intellectus natura hæc eſſe videt̄ vt potius ſe

orsum a corpore q̃ vt in corpore viuat: Intelligit eñ abstractione quadam formarũ a singulis corporum passionibus. Et quãto ab eisdẽ ipse magis abstrahitur tanto discernit clarius & efficatius agit viuitq̃ beatius. Quasi ille sit mentis habitus potissimũ naturalis: coniungere vero corpori mẽtem forte nihil aliud sit q̃ eam ab ipsius origine longe seiũgere. Quod autẽ naturalius est id ipso rerum ordine existit vt plurimũ Igitur sup intellectus eos qui corporibus adsunt. id est animas rationales nimirum mentes q̃ plurime sunt a cõmertio corporum segregatæ.

Queadmodum puri intellectus ipsius ꝓprietas est seorsum a corpe viuere: sic & natura puri sensus esse cum corpore. Spiritus igitur i quo solus cum vita est sensus solum vt videt̃ viuit in corpore. Spũs autẽ in quo intellectus solus extra corpus tantũ agit vitã. Sed vbi intellectus sensusq̃ coniungit̃ quod homini conuenit eiusmodi spiritus ea prædi tus est natura vt & in corpore viuere possit & extra. At quoniã intellectus in hoc est pars quædam in anima partes insup alias continente: est & ambiguus & quodam spiritali motu ab alio in aliud intelligendo discurrit. iccirco sup eum extare oportet mentem ꝑfectiorem: quæ neq̃ ad capacitatem animæ cõtrahatur neq̃ inferioribus partibus misceatur neq̃ actionem suam tempore distrahat sed in seipa absoluta meraq̃ sit & vndiq̃ clara actionemq̃ suam nõ discurrendo peragat sed manendo.

Sup mentẽ in aïa est mens in seipsa. Sup illam est deus.

C Onfert ad idem ratio illa platonica. Si anima secundũ formã rationẽq̃ suam esset intellectus certe tota prorsus anima intellectus esset: intellectus inquã absolutissimus. Et anima quælibet appareret intelligẽtiæ compos. Cum vero se res aliter habeat ꝑspicuũ est aïam nõ secundũ formã ꝓprie principalem: sed secundũ participationem quandã intelligentiã possidere. Queadmodũ vero sup animarum mentes quæ participatõe tales esse dicunt̃: sunt mẽtes multæ secũdum formam inest angeli: ita sup mẽtes secundũ formam est mẽs vna secundũ causam efficaceq̃ virtutẽ id est deus.

Multi sunt intellectus humani multi angelici vnicus est diuinus.

Q Vod multi sunt secundũ participationẽ intellectus patet ex eo ꝙ animæ rõnales sunt plurimæ. Atq̃ in mentibus hoĩm diuersorum momẽto eodem appareut opiniones. Affectus habitus inter se pœnitus repugnantes: ꝙ sint multi etiam intellectus secũdum formam in superioribus declarauimus: quando diximus a mentis ipsius rationem spectare magis seorsum a sensibus corporeq̃ viuere q̃ cũ ipsis ꝙ super mentes omnes que forma ipsa sunt tales sit vnicus secundum causam intellectus inde probamus: ꝙ cum spiritalis indiuiduarũ mentium multitudo ordinata magis vnitaq̃ sit q̃ corporum multitudo necessarium est vnionem eiusmodi ab vna quadam causa proficisci

Res enim diuersæ siue ille quidem corporales sint siue incorporales ea ipa ratione qua diuersæ sunt in vnum vel opus vel ordinẽ simemue cōspirare non possunt. Sed inquātū vnum quiddam illis inest commune Atq3 hoc ipsum quod commune dicitur vniuersis a nullo illorum proprieq3 continentur in ordine: prouenit. Illi enim dumtaxat aut certe suis quibusdam proprium esset: non cōmune pariter vniuersis. Neq3 etiā a cunctis ex propria variaq3 ipsorum virtute communis illa qualitas ꝓficiscitur. Quæ enim diuersa sunt vt diximus inquantū diuersa sunt nō pariunt vnionem. Sed nunquid natura quæ cunctis inest cōmunis ex seipa prorsus existit. Nequaq3. Maius enim est existere ex seipo q̄3 in seipo consistere. Cum igitur natura eiusmodi non in se sed in turba consistat: certe ex seipa non potest existere. Igitur ab vnitatequadam quæ super omnium numerum in seipa consistit: vnio illa omnium proficiscitur & quia vnitas illa sublimis nulli propria est ideo sicut vnitas numeralis vbiq3 omnibus adest numeris & punctum lineis sic ipa quoq3 indiuisibilis permanēs omnibus vbiq3 spiritibus corporibusq3 pariter adest ac eque ligat inuicem vniuersa. Quæ ex hoc ipso mutua quadam cōuenientia conducunt ad vnum quoniam ducuntur ab vno. Sicut igitur omnia mundi corpora ad vnum summumq3 corpus continens mouensq3 omnia rediguntur: sic spiritus oēs ad vnum summūq3 spiritum oīa cōplectentem: per quæ spiritus sibi subditos corpora viuificantem atq3 mouentem.

Res neq3 circulo confunduntur neq3 a principia plura equalia reducuntur neq3 sursum absq3 fine progrediuntur.

b Ic vt videtur triplex potissimum excluditur error primus eoꝝ qui aiunt cuncta sic circulo inuicem dependere. Vt queadmodum hoc ab illo ita illud vicissim ab isto dependeat. Sicvtiq3 idē ad idem comparatum esset & causa & effectus: prius quoq3 atq3 posterius superius & inferius. Secūdus eorū qui plura in latus principia introducunt. Foret enim numerus qdam principiorum ex cōmuni natura ꝓprietatibusq3compositus. Nullum igitur illorum esset reuera principiū: qa nullum simplex existeret & ab altiore vnitate cuncta ligāte singula ꝓuenirent Tertius illorū q sursum absq3 fine a princiqio alio ad aliud semꝑ ascendunt. Sed illi dū innumerabilia principia curiosius affectare videntur cum nusq̄3 reperiant primū nullū ꝓrsus principium assequūtur. Cogitare ꝓfecto deberent quicqd dependet ab alio suapte natura pendere. ac nisi ab alio qđ non dependet aliunde substineat̃ poenitus vacillare. Quapropter si omnia ab aliis absq3 fine dependent cuncta vndiq3 vacillabunt. Perinde ac si liquida liquidis bereāt nec vsq̄3 solidarentur quæ liquida sistant. Nullus erit in rebus status ordo circuitus perseuerantia & restitutio nulla. Non erit in rebus aliud præstantius alio cum vbi non datur summum ibi alia aliis ad summum proprius

non accedant. Manifeste vero videmus alia in natura facere alia fieri illa quidem antecedere dignitate ista succedere. Causarum praeterea multitudinem latitudinemq; in effectibus quoq; numerum amplitudineq; producere. Itaq; si absq; termino a causis in causas ascēdatur similiter p̄ter terminum ad effectus ab effectibus descendetur. Nulla erunt extrema. Sed omnia media omnia infinita. Siquidē res quaelibet ab innumerabilibus antecedentibus vires accipiet & succedentibus innumeris vires dare valebit. Innumerabilia erunt infinita. Quod est absurdū. Res quaelibet cuilibet apparebit equalis. Quod nihil hominis iudicatur absurdum. Nusq; reperietur corpus infimum quod est terra. Nusq; materia infima. Quae est potentia vna puraq; formarū capax. Nisi sit summus spiritus vsq;. Nisi sit forma: suprema: actus purus: fonsq; formarū. Nūq; incipient effectus aliqui fieri quia nunq; mediae incipient causae facere. Quae non prius faciunt q̄ ab omnibus superioribus moueantur. q; si ab innumeris & per immensum interuallum expectetur motionis exordium nunq̄ accipietur. Nulla erit effectus alicuius scientia. Quia nequaq̄ erit innumerabilium comprehensio causarum. Quid plura? Singuli in reb9 humanis naturalibusq; motus ideo ad certos terminos diriguntur quoniam a principio certo reguntur nisi enim regerentur inde illuc nunq; dirigerentur. Cum igitur vniuersi mundi motus ordinatior sit q̄ singuli qui ad illius ordinem referuntur. Ideoq; magis ad certum terminum sese conferat id est a commune cunctis bonum atq; pulchrum. Necessarinm est ab vno quodam certoq; principio id est bonitate ip̄a summaq; pulchritudine proficisci.

Veritas est super mentem.

V Erum ne forte dum infinitum progressum amputare contendimus ip̄i quoq; interuallo pene infinito ab ip̄o disputationis nostrae proposito demēter digrediamur iam si placet regrediamur ad mentem. Quod est in corpore oculus & in oculo visus: Id ferme est intellectus in anima. Quod rursus. Solis lumen ad visum hoc lumē veritatis ad mentē. Aliud solis lumen est aliud oculus. Similiter aliud ip̄a veritas est: aliud intellectus. Alioquin & omnis mens omnino esset veridica. & res quaelibet particeps veri similiter eēt intelligentiae particeps Oculus tuus quia pars est alterius. idest corporis neq; clare videt omnia prorsus neq; sua omnia simul. Si totum corpus tuum oculus vnus efficiatur: Simul vndiq; cuncta videbit. Nondū tamen idem erit ocul9 atq; lumen. Similiter mens tua quoniam pars est animae ideo neq; clare: neq; momento eodē intelligit omnia Si totus animus tuus intellectus vnus euadat. Iam ex animo fiet angelus: clare cuncta perspiciet: neq; tēporali discursu amplius tum hoc tum illud aucupabit. sed cuncta simul perspicue contuebitur. Adbuc tamen aliud veritas ip̄a aliud ipsa mens

erit quæ nihil est aliud q̃ oculus spiritalis ad ip̃m veritatis lumen boni tatisq̃ calorem intelligentia & voluntate percipiendum.

Veritas & bonitas idem sunt.

v Erum perscrutandum esse videtur. Nunquid vnum idemq̃ sit ip̃a veritas atq̃ bonitas. Mittamus quid relationes illæ dyaletice machinentur. Si in rerum ordine falsum atq̃ malum: Falso eē atq̃ male esse inter se reip̃a non discrepant sequitur vt eodem in ordine verum & bonum: Vere esse & bene esse reuera non differant. Quapropter super rerum omnium ordinem idē in substantia est veritas atq; bonitas. Præsertim quia quousq̃ se veritatis eousq̃ & bonitatis atq; vicissim se dilatat imperium. Quicquid enim veri ide3 & boni particeps reperitur: atq̃ conuerso. Hoc ip̃m tamen quod veritas & bonitas nominatur: Mentem quamlibet supereminet. Quia mens non in suipius natura sed in veri & boni possessione quiescit. Ac latius se veritatis bonitatisq̃ vestigia q̃ intelligentiæ propagāt. Vbi enim nullum apparet intelligentiæ munus veri tamen boniq̃ nō nihil latere videtur. Quid ergo dicemus? Deus omnia ad suæ artis exemplar in specie quadam p̄pria puraq̃ collocat deinde ad suæ largitatis exemplar omnibus ordinem vsumq̃ aliquem ad aliquid benigne distribuit: in illo quidem actu vera. In hoc bona efficit omnia. Rursus deus quando intelligentiæ lucet veritas. Quando voluntati calet bonitas appellatur. Ibi intelligentia illustratur & adolescit. Hic voluntas blande allicitur & impletur.

Deus mentem immenso supereminet interuallo.

m Etiamur præterea si mensurari potest postq̃ deus supereminet mentem q̃ lōgo spacio eam supereminea t. Ha q̃ immensæ dementiæ est conari immensa metiri. Tanto enim dignitatis spacio saltem sursum distat a mente q̃tum spacii mentis discursui patet super se gradatim a clariori in clarius percurrenti & volūtati a meliori melius affectanti. Id vero eousq̃ patet quousq̃ nobis aliquid occurrat p̄rsus immensum. Quod infinitate sua imponat infinito quodammodo progressui terminum.

Deus est ip̃a certitudo & ipsum gaudium.

q Vamuis autem extremæ dementiæ videatur mente compræhendere velle quod mentem insuperabiliter mentisq̃ stimulum, id est voluntatem exsuperat: Non tamen dementis est vllo pacto ab ipso saltem velle plenissime compræhēdi. forte enim. quod cōpræhensibile est cōpræhēdere nihil ē aliud q̃ ab ipso fœliciter cōpræhēdi qd ergo? Volum⁹ne a summa increataq̃ forma quæ nos hacten⁹ clā cōplectit̄ manifestissime cōpræhēdi.i.ita cōp̄hendi: vt nos hoc ip̃m minime lateat? App̄hēdam⁹ q̄ad possum⁹ q̃ in formaꝝ genere creatarū

summa nobis occurrunt. Summa vero in iis sunt quæ absq; medio ad summã increatãq; formã sese cõuertere possunt ob id ipm q ab eadem sine medio pcesserũt. Eiusmodi aũt oẽs mentium species esse videnť. Siquidem oẽs diuinitatẽ summã nõ in rebus aliis tantũ sed etiã cæteris omnino post habitis in ipsa vt ita dicam eius excellẽtia quadã quærere: cõsiderare: colere: quotidie possunt. Summa igiť in vniuerso post summũ vniuersi principiũ sunt mentes tanq̃ specula summi. Capiamus quæ in mente sunt summa. i. intellectũ ipsum & volũtatẽ. Rursus quod intellectu est voluntateq; summũ. In illo quidẽ supmum est intelligere. In hac aũt velle. Verum quod est vlterius in intelligẽdo supræmum? Quid iterũ in volendo. In illo quidẽ claritas summa. i. exactissima verorum oim certitudo. In hoc aũt plenissimũ gaudiũ. i. integra bonorũ oim securaq; fruitio. Nihil vlterius possimus vel fingere vel optare. Quid ergo deus est? Certe quantũ in mẽte ipius speculo refulget ex eo deus est clarissima & certissima veritas oim fons verorum. Verissima quoq; claritas claritatum. Rursus bonitas infinita quæ dum se ipsa gaudet. Bonis gaudet innumeris. Gaudiũ quoq; immensum seipso bonũ: p quæ seipm faciẽs vt alia bona sint quibus gaudere qs possit

Ipsa certitudo vel claritas idem est atq; ipm gaudium.

q Vando dicimus deũ claritatẽ esse vel gaudiũ: nõ claritatẽ in intellectu vel gaudiũ in volũtate ponimus sed in seipsis. Neq; volumus illic claritatẽ a gaudio discrepare vbi veritas a bonitate nõ discrepat. Est itaq; claritas gaudens: gaudiũq; clarũ. Claritas inquã gaudio nõ tanq̃ re alia gaudens: sed seipsa. Gaudium nõ alia claritate clarum q̃ seipso.

Sicut lumen nõ indiget oculo: sic veritas nõ indiget mente.

a Liud quidem oculus est aliud radiolus quidã ingenitus oculo Aliud rursus amplissimũ solis lumen. Radiolus ille propria est oculi claritas & in oculo. lumen vero illud cõmunis est oim claritas: claritas nõ egens oculo qui ad ipsam pcipiendã est institutus. Similiter aliud mens: aliud eius ppria claritas. i. radius ei insitus ab initio Aliud deus supeminens claritas claritatũ. Claritas pprie mente nõ indigẽs: quæ ad ipsam pcipiendã pcreata videť. Gaudiũ gaudiorũ omniũ quæ a voluntate qualibet sentiunť: gaudiũ nõ indigens voluntate qua gaudeat. Siquidẽ ipso duntaxat gaudet vnaqueq; voluntas.

Summe certitudini nihil est incertũ.

s I solis lumen esset non solum in causa visus visibilisq; ipsius: sed etiam omnium causa causarũ: ac visus ipse foret præstantissimus solis effectus & pximus cum pfectio a defectu dari non possit: immo vero opus sit visu perfecto ad indigum generandũ. Certe quicquid in visu bonum præcipue optandumq; apparet id totum: ac multo excellentius esset in lumine. Optimum vero optabilissimũq; est ocu

lo. Vt neq lumen lateat ipsum: neq cum patet offendat. Immo vehementer oblectet. Lumen igitur & si non haberet oculũ tamen suo quodam pacto. id est seipso tanq sublimiore visu sese clare videret: coloresq omnes in se fonte colorum intueretᷣ. Videret quoq se id esse quod omnes vident oculi: omnesq per ipsum videntes: passim ipsum quoq videret. Mitto nunc quod Platonici putant lumen cuncta videre. Deus autem tota mentis causa est & proxima ac mens opus est dei summum. Quicquid ergo summopere menti est optandum tanquã optimum totum hoc iam habet deus modo supra q dici possit præstantiore. Quid vero vel intellectui optabilius q verorum omniũ certitudo? Vel voluntati q gaudiũ omnibus gaudens bonis? Non satis esset mẽti eam interroga. Nõ satis esset ipsi veritatis tota possessio si eam veritas ipsa quã possidet lateat. Non satis omne bonum nisi iocundum occurrat & gaudeat omni. Claritas ergo diuina q̃uis intellectu proprie non vtatur se tamen ipsam minime latet. Neq latet eam alicubi quicq̃ qñ p ipsam vbiq oia patent. Quid eñ alicui posset esse certi si certitudini ipsi p quã sunt certa oia nõ esset certum.

Vbi pcipuus mentiũ finis ibidem est earũ principium.

S Ed repete hunc in modũ supiora: effectus quilibet impellente naura causam appetit: vt vnde efficitur: ibi quoq pficiatᷣ. Causam quidem proximam si talis sit vt in se remotarum omnium causarum munera colligat appetit ppie: atq sub huius forma remotã Propriam enim distinctamq formam a proxima potius causa q a remota sortitur. Igitur in proxima illa quam dixi: vnde proprium principium habuit proprium quoq collocat finem. Sicut ignis in cõcauo lune potius q in sole vel marte terminum assequitur naturalem. Et aer in ignis concauo non in venere vel in ioue. Cum igitur mẽs quælibet natura duce siue in summa ipsa omnium certitudine summe gaudente Siue in summo omnium gaudio summopere certo dumtaxat proprium præcipuumq finem statuat tanq̃ in causa proxima: quis non videat deum ipsum qui proxima est mẽtium causa esse summam ipsam: vt ita dixerim certitudinem gaudiumq supremum. Certitudinẽ inquam nõ alicuius vel in aliquo vel ad aliquid: sed suiipsius in semetipsa & ad seipãm. Alioquin neq pura simplexq esset: neq summopere summa Cum igitur nulla ex parte terminum vllum: mensuramq accipiat: immẽsa relinquitur. Quapropter nihil prorsus admittit incerti. Nihil igitur siue in ea siue extra vel esse vel fingi vnq̃ potest quod ipsi certitudini sit incertum. Quæ dum supereminet omnia supereminenter est omnia. Neq aliunde in essendo agendoq dependet: sed inde alia in vtroq dependent. In qua cum non aliud sit esse ipsum atq certam esse immo certitudinem esse: nimirum dum suiipsius est similiter suiipsius est certa: immo vt loquar rectius certitudo: Ac dum suiipsius quæ cuncta

mirabili virtute complectitur. Certa est proculdubio est certa cunctorum: im mo vero omnium certitudo. Proinde lumen quodcunque videtur nihil est aliud quam pure efficacisque formæ spiritalis quædam amplificatio. Vbi igitur formæ puritas efficaciaque minime terminatur: ibi lux pululat infinita: inde lumen emanat prorsus immensum. Profecto quod est in corporibus perspicuitas hoc est in spiritibus perspicatia. Quod rursus in corporibus visibile lumen hoc in spiritibus est perspectio. Vnde corpora quæ ad ipsum magis accedunt facilius vberiusue refulgent. Atque contra quæ fulgent sola spiritalem ex se propagant qualitatem: Igitur a summo spiritu lux viget & perspectio summa. In eo idem est claritas atque perspectio. Non dico deum esse quandam perspiciendi virtutem: quæ perspiciendi egeat actu: neque rursus ipsum appello id quod perspicere nominatur: ne vel nixus quidam ad aliud videatur vel compositum. Sed ipso actus vocabulo deum perspicientiam nuncupo per se existentem vel alia claritate quam seipsa perspicientem. Verum quid modo dixi perspicientem? Quis enim non improprie dixerit visio videt sapientia sapit. Non tamen vel sapientia insipida est vel visio cæca. Similiter ipsa perspicientia neque proprie dicenda est perspicere quicquam: neque rursus aliquid alicubi esse quod non perspicuum illi sit atque perspectum: sicut enim perspicientiæ huic vel illi perspecta sunt hæc illa: sic illi summæ infinitæque perspicientiæ perspicua perspectaque sunt omnia. Ibidem quoque summe abundat lætitia vbi summa claritas emicat: quæ læticiæ est spiritalis origo. Immo idem est ibi claritas atque lætitia. Nihil enim vel in oculo qui in corpore maxime spiritalis apparet vel in ipso spiritu aliud quicquam exilaratio est quam vel claritas ipsa vel illuminatio congrua. Quis nam ambigit omne ibi gaud um dominari vbi est omne bonum? Si quidem gaudium tanquam optimum maxime omnium exoptatur: atque ipsum est tum boni ipsius circunfundentis splendor & gratia tum circumfusæ virtutis amplificatio quædam circa bonum.

Deus est claritas lætissima & lætitia clarissima.

V Bi igitur volumus rectissime loqui deum ipsum neque intellectum proprie nominamus: ne intelligendi egeat actu: neque etiam ipsam intelligentiam ne in quodam intellectu maneat: & alio quodam lumine repleatur. Immo claritatem ipsam mirifice lætam læticiamque clarissimam. Quam ita omnes ambiunt intellectus: sicut astra omnia solem Claritatem inquam radiis certitudinis sua cuncta videntem: & vt videant videnturque efficientem. Flamis insuper gaudii sui tanquam voluptate omnium genitrice singula facientem. Facta quoque fouentem. Fouendo rursus viuificantem: iuua sensu mouentem. Mota ratione trahentem. Rapta deinde mente sistentem. Consistentia tandem suiipsius veritate bonitateque prorsus implentem.

Deus volendo res facit & mouet potiusq intelligendo.

S Ed delectat nescio quomodo ab eo quod in corporibus ẽ pulcerrimũ ad optimum spiritum similitudine quadam rursus ascẽdere. Ergo queadmodum sol dei similitudo eadem luce in seipso fulget & suo pacto calet: eodem quoq radio singula illustrat & calefacit: veruntamen calefaciendo potiusq illustrando res facit & mouet. Sic deus ipse solis exemplar eadem claritate & claret ipse sibi suo modo intelligendo & gaudet ipse secũ suo modo volendo. Eiusdem præterea claritatis radiis vt vocabulis aliqñ loquamur bumanis intelligit vtq vult omnia. Verum nõ tam intelligẽdo pcreat q volendo. Vnde omnibus & animalibus & naturis videt esse tributũ vt appetitu quodam p natura cuiusq ac etiam voluptate sibi similia generent. Meminisse vero debemus deum sicut intelligendo se intelligit alia quæ sunt quidam ipsius intelligentiæ: radii sic volendo se. id est seipso gaudẽdo velle alia simul illisq gaudere que sunt quidã affectus ipsius effectus. Genusq actionis eiusmodi. s. voluntarium quia pfectissimum est deo agentium pfectissimo couenire. Quod em̃ voluntate agit libera præstantius agit q quod impulsu nature necessario impellit ad agendum Fœlicissima certe est actio in qua auctor sue actionis est dñs: vt ipse finem & modũ & mensuram præscribat agendi: finem quoq proprium certasq vias operibus suis instituat. Profecto si deus ita naturali qualitate faciat sicut ignis calefacit caliditate maxime oĩm compositus erit: quãdoquidẽ a naturalibus formis eius inter se distinctis res innumerabiles procreabit: præsertim illas quæ sola possunt creatione produci scilicet materiam ipsam & formas vel separatas a materia vel separabiles. Preterea non vicissitudine quadam distribuet singula. Sed cuncta simul effundet immo confundet. Adde q cum sit actus immensus repente omnia coget. agitabit speras mundi momento. Nibil relinquet in vniuerso contingens: consultationis auferet libertatem. Nunc vero quoniam omnia efficit voluntate: iccirco ea potissimum mensura qua vult nimirum facit & mouet & sistit. Non difficile intelligit vniuersa in quo intelligere idem est atq esse. Non difficile singula facit & curat: in quo idem est facere quod & velle iam facere. Intelligit ille omnia vera dum seipsum intelligit omne verum. Vult etiam bona omnia dũ vult seipsum qui est omne bonum. Alia diuinæ intelligentiæ voluntatisq ratio est. Alia est bumanæ. Homo tunc vere ipsas rerum rationes intelligit quando ita præcipue vt sunt intelligit. Hæ autem iccirco sunt veræ quoniam ita sunt vt deus intelligit qui ipsa veritas est. qua & vera sunt omnia & vere passim intelliguntur. Humana voluntas singula ideo vult qa bona. Singula vero creata pptera bona sũt: q bæc ipsa vult deus q ipsa bonitas est: qua & bona sunt & bñ singula volum9.

Deus oĩbus puidet pcipue mẽtibus qa sunt ex eo pxime pcreatæ.

V Nde constat causam primam voluntatis suæ benignitate omnibus prouidere quia maxime sua sunt omnia: Certe cum sit maxime causa tam in conseruando pficiendoq́ causa ē q̄ efficiendo Præcipue ad summū bonū summa pertinet ꝓuidentia. Quæ nihil ē aliud q̄ꝫ diffusio & cōseruatio boni. Constat præterea sequētes causas dū a prima generandi fœcunditatem ꝑdiuitatēq́ accipiunt: prouidendi q̄q́ suis ab eadem diligentiā adipisci. Si quis vero neget mundū tum artificiosissima ratione tum voluntate benignissima gubernari: hic mihi videtur neq́ rationabilem pulcerrimūq́ rerum ordinem in seipsis & inuicem & ad totum: neq́ mirabilem singulorum cōmoditatem vbiq́ singulis aptissime seruientem mutuūq́ rerum vsum considerauisse. Sane commoda habitatio tanq̄ꝫ finis fabrum mouet quasi agentē causam: vt certam quandam domus formam excogitet ob quā formam rursus certam quærat materiam. Vbi finis mouet agentem agēs formā: forma materiam. Idem accidit in ciuilibus bellicisq́ consiliis. Quo fit vt finis sit causa causarum. Ideoq́ omnes causas antecedat. Sunt autem naturalia omnia certi alicuius finis gratia instituta cum singula ad singulos potissimum vsus cōducere videant̄. Puta clauiculus palmitis quē capreolum vocant ad hoc natus est: vt vitem proximæ arbusculæ vinciat. Hic vinciendi actus causa est vt ortus sit capreolus. Quia vero quod nullo modo est id neq́ esse potest essendi causa affectui cuiq̄ꝫ neq́ causas omnes mouere necessarium est actum huiusmodi & ante capreolum & ante reliquas omnes vitis causas extitisse. Non autem extitit in corporibus nisi nouissime. Ergo in natura quadam incorporali rectrice corporum extitit longe priusq̄ꝫ in palmite. Quæ quidem natura vitis artifex gratia talis actus ꝑ formā suam capreoli formam in tali quadam materia figurau t. Sed vtrum actus huiusmodi in natura illa præfuit ꝭm naturæ modum. An ꝭm ꝓpositum voluntatis? Certe ꝭm vtrūq́. At ex illo idem erat quod agentis forma quædam & effectus ipsius exemplar ex hoc erat finis. Vbi aūt artificiose volūtatis ꝓpositū ē ibi mens. Quapropter pēst oībus corpalib⁹ diuina mens: q̄ corpaliū oīm formas intellectuali mō cōplectit̄. Singula ad suos dirigit fines: Ad vnū deniq́ cūcta Maxīe vero oīm mētes nō solū angelicas verūetiā hūanas: de⁹ curat & diligit tāq̄ꝫ filias ex eo ꝓxime ꝓcreatas. Cū.n. indiuidue & sepabiles a materia separatæue sint non possunt ex præcedēte vel parte vel materia confici: ex nihilo vero qđ īfinite ab ip̄o esse distare videt̄ agere aliquid solius infinitæ virtutis est opus.

Omnes mentes sunt indiuiduæ sepables a materia sempiternæ.

Q Vod autem mentes indiuisibiles separatæq́ vel separabiles a materia sint inde patet. Quoniam rationem ip̄am indiuisibilē ac penitus separatā per quā res multæ indiuisibiles separatæq́ sunt & noscunt̄: rationē inq̄ꝫ ip̄am ꝓprie inq̄ꝫtum indiuidua separataq́

est attingunt. Quemadmodũ vero lineæ indiuisibile centrum non aliter q̃ p ipsarum indiuisibile punctum: sic nos indiuiduam secretãq; naturam nõ nisi p virtutem indiuiduam & secretam attingere possumus

Deus quibus esse pducendo tribuit temporale iisdem puidẽdo bene esse temporale pcurat. Quibus aũt eternum esse sua incorpabili largitate cõcessit iis bene esse nõ tam ad tempus dirigit q̃ in eternũ. Vnde his res ita disponit in tempore vt q̃uis nõ videant: his bone qui ipsam nõ vident eternitatem: tã sint apud illos optime semp qui quo pacto tp̃s eternitati seruiat nõ ignorat. Quod aũt mẽtibus vitã tribuerit sempiternam: nunc ab ipsa rõne & luce breuiter pspicua rõnis luce monstrabimus. A ratione primũ hunc in modũ. Si rei cuiusq; ratio quæ ppria speciei diffinitõe monstrat̃ aliter se habere nõ põt: quicũq; dubitat vtrum summa ipsa rõnum rõ aliter habere se possit: is tunc vel rõne non vtitur vel abutur. Summa igitur rõ est eterna siue potius est eternitas. Hæc mentibus oĩbus passim sese insinuat: qua vbicũq; placuerit p arbitrio possint ratiocinari. Atq; eousq; quãdã eternitatis suæ largit̃ pprietatem: quousq; sub rõnis ipsius munere hoc est ratiocinatione eternæ rerum rõnes inquantũ eterne sunt capiunt̃. Ac rõnis eternitas rõq; eternitatis sua quadã diffinitõe cõphendit̃: A luce deinde hunc immodũ: Immensam diuini solis lucem inextinguibilem esse nõ dubitant: quicunq; vmbratilem eius imaginẽ in cœlesti sole lucentẽ extingui nunq̃ animaduertũt. Siquidẽ in summo puroq; actus cuiuslibet actu nulla põt passio vel priuatio fingi. Sicuti neq; vel in potentia infima vllus. Actus vel in mera priuatõe habitus vllus. Lux illa supercœlestis p omnes mentes sup cœlestia cogitãtes quasi stellas p naturã cuiusq; late diffundit̃. Eatenus vero suam illam inextinguilẽ seruat pprietatem: quatenus p eam quod extingui non põt ab eo quod extingui põt quadã rõnis luce discernit̃. Et qua rõe vel hoc extinguibile sit vel illud inexcinguibile demonstrat̃. Nempe sub rõne inextinguibilis pprietatis lux illa tributa est: vbicunq; rõ inextinguibilis cuiusq; naturæ pspicitur. Et summis ipse naturæ lucisq; cuiusq; fons siti quadam naturali pprie quærit̃ amat̃ & colit̃.

Marsilii Ficini Florentini ad Ioannẽ Caualcantẽ amicũ vnicum de raptu Pauli ad terciũ cœlũ: & animi immortalitate.

n On licet nobis mi Ioannes his tẽporibus ob epidimiæ suspitionem vna sicuti consueuimus familiariter in terra vitam agere. Verum quid nam prohibet interim nos in cœlo vbi nulla pestis formido solicitat nos versari? Ergo amice age iam refugiamus in cœlum. At inquies forsitan in quod nam & multis potissimum? In illud certe cuius radiis inflamati tamdiu in terra cœlestem vna vitam agimus. Nunquid meministi Ioannes cum olim nobiscum in edibus tuis cenaret vir ille probatissimus Bernardus renerius noster qua de ra-

ptu Pauli in tercium coelum disseruimus: Instauremus conuiuiũ illud hodie: vt in eo inuita epidimia cõuiuamus.

Dyalogus inter Paulum & animã: q̄ ad deum nõ ascendit sine deo: & de fide spe charitate. MARCVS.

d Ic oro beatissime Paule si modo licet homini loqui quomodo in cœlum ascenderis & cur in tercium. PAVLVS. Absit a nobis absit Marsili ꝓcul impietas tam supba: vt illuc ascendisse dixerimus. Nolo eñ meipso in huiusmodi reuelationibus gloriari. Gloria mea oĩs solus ille rex gloriæ deus. Nõ ergo ascẽdi Marsili sed raptꝰ sum in cœlũ. Grauia elemẽta mũdi alta nõ petũt nisi eleuent̃ ab altis. In cole terræ cœlestes nõ scãdũt gradꝰ nisi cœlestis pr̃ traxerit illos. MARCVS. Doce obsecro & hoc Paule p illũ q te rapuit quos nã ille ex oĩbus rapit potissimũ. PAVLVS. An hoc ignoras: qd nemo põt quisquis vel rapit aliquid vel rapitur ignorare: Rapit ille cæteris quẽ amat ardentius. Ardẽter amat amantẽ. Non vult benignissimus ille raptor abs te aliud quo fœliciter rapiaris ab ipso nisi vt vel mediocriter velis rapi: sed hoc quoq̄ nunq̄ velles nisi ille antea voluisset. Quemadmodum luna non refulget in solem nisi a sole prius accensa: sic ipsum non amas amorem nisi amore ipso te amãte atq̄ afficiẽte fuerit inflamatus: hũc rursus nõ inuocas instar eccho nisi prius tevocãtẽ: nõ apph̃ẽdis eũ sicuti neq̄ locũ nisi cõpræhendẽtem. Finita quidẽ vt plurimum capere potes: etiam si ab illis nõ capiaris. Infinitum vero cape nihil aliud est q̃ capi. Et quẽadmodum imago in speculo nõ respicit vultum nisi ipsam vultus aspiciat: immo etiam qñ hæc vultum videtur aspicere: nihil hoc aliud est q̄ aspici hanc a vultu. Rursus quemadmodum actio motusq̄ nõ metiunt̃ nobis tempus nisi tempus hæc ipsa reuera dimetiatur: sic anima neq̄ respicit deum nisi ipam prius aspicientẽ neq̄ iudicat nisi di iudicantem. MARCVS. Sed age o nimium dilecte deo doce nos tercio: cur in tercium cœlum maxime fueris eleuatus: vt inuisibile illud videres quod & vbiq̄ est sicut in tercio. Ac si vsq̄ est præcipue est potius in supræmo. PAVLVS. Non sic ha nimium terrestris homo non sic sup cœlestia capiunt̃. Mitte secundi cœli argutias a mercurio adinuentas Mitte sexti leges conditas vt vultis ab ioue. Mitte septimi philosophiam vt aiunt hominibus a saturno donatam. Non attingunt ista veritatem ipsam mercurii iouis saturni ꝓcreatricem. Vis solem attingere quarto currentem cœlo in quo rex ille mundi suum posuit tabernaculum: Eia scande cœli tercii dorsum quarto contiguum. Venus illic tibi ꝓtinus quo ad ipsa poterit largiet̃ quod alii præstare non potuerunt. Dare dicitur venus amorem vulgo vulgarem. Auget certe enim angelus egregiam viris egregiis charitatem. Charitatem inquã a triplici super cœlesti cœlo tam in celum terciũ eiusq̄ angelum q̃ in nostrũ animũ influentẽ. Hanc siquidem sanctus dei spũs primũ seraphinis inurit. Il-

li secūdo principatibus principale huius mysteriū obsequiūq; iniūgūt. Hi terciā regentes speram accedunt ibi veneris angelum. Vnde charitas insita nobis a deo continue alitur adolescit atq; pficitur. Quid plura? Vis ne dimissis ambagibus breuiori tramite solis attingere solem? Primū sit tibi cœlum fides. Qua firmiter credas hūc esse tibi in primis amandū a quo & tu hoc ipm habes q posses amare quicqd vsq; ames & quæ diligunt id ipm q diligenda sint habēt. Secūdū spes. Per quā pculdubio expectes ardenter redamari ab illo: quem nisi ante amatus ab eo amare nō posses. Terciū charitas: Quæ te & sponte cogat & necessario alliciat. cæteris omnino dimissis illū amplecti quo solo dimisso nihil possides: quē si possides solū nihil est ex oībus quod dimiseris: sine cuius vlnis neq; amplecti teipsum vales neq; alia neq; illum. ¶ Hic ego o anima nimiū vagabūda hic solū præciosissima dei penetralia penetraui. Quæ nisi a pratrefamilias aperiant nō videntur. Non autē pāditur domus omnipotētis olimpi nisi mentibus hoc ipm fide quærentibus spe petētibus charitate pulsantibus. Charitas aūt aliorū finis est oīmq; pfectio: cuius igniculis quondā accensus helias igneo quodam curru raptus ad cœlū fuit Cuius & ego flamis raptus sum ad cœlū. Deniq; hoc tibi maneat alta mēte repostum. Frigus a tenebris: tenebræ a morte depēdent. Calor aūt a lumine: lumen dependet a vita. Quapropter frigus ad tenebras tenbræ deducūt ad mortē. Calor aūt ad lumen lumen pducit ad vitam.

Curru fidei spei charitatis species in tercium ascēdit cœlum. Primo quidē p virtutes ciuiles purgatorias animiq; purgati.

t Rino aūt hoc cœlo quasi vehiculo quodam id est fide recta: spe firma ardentissima charitate: species pcurres triplex cœlū. Vbi dulcem patrē patriamq; reuises. Vnde terq; quaterq; .i. septies fœlix euades. Primo quidem horum trium meritis tria quoq; virtutū tibi genera diuinitus donabunt. Ciuiles virtutes & purgatorie animi purgati. Quæ quidē faciāt vt nescias vtrū in corpe sis an extra corpus Quibus formatus exēplares deniq; virtutes attinges q̄ nihil aliud sūt q̄ deus. Videbis em̄ tractus a dn̄i spū a claritate in claritatē in trib? hisce generibus rōnē virtutis magis gradatim magisq; pficere. Qd̄ qdē fieri nō posse cognosces nisi ppinqore q̄dā rursusq; ppinquiore accessu ad diuinā ipsā sūmaq; virtutis ideā: vt in eādē imaginē trāsformeris

Secundo in cœlū itur tercium p regionem planetarū p cœlū stelliferum p christallinū.

s Ecundo p planetarum septem regionem quod cœlū quasi primum vagūq; est ad speram transibis octauam quod est ordinatissimum syderum firmamentum cœlumq; secundum. Ab hoc quia motu gemino agitatur atq; diuerso ad christallinum. id est perspicuum nitidumq; te cōferes quasi tercium quoddam cœlū: cuius vnus

est motus & simplex: Ibi aquæ quæ super coelos sunt laudent nomē do mini. Ex huius vertice statim in empyreo quod totum ardor quidā est saluberrimus agnosces vitale illud dei lumen: cuius exuberāte bonita te tantus tanq̄ saluber illic ardor accenditur. Planissimeq̄ perspicies & diuinum lumen veritatemq̄ ipsam in ardore illo. id ē amore potissimū habitare tanq̄ in tabernaculo solis: & ardorem illum lumine nasci atq̄ vigere.

Tertio tertium coelum scanditur per mundum visibilem per mū dum phantasticum per mundum intelligibilem.

t Ertio totum mundi corpus tanq̄ coelum vnum trāsibis oculis manifestum. Atq̄ ad eius imaginem phantasia depictam tanq̄ secundū coelum te conferes. Deinde & vniuersum corpus visibi le & imaginem corporis phantasticam dimittens ad naturā ipsam qua necessario constat & rationē qua definitur intelligentia perges. Quod terciū tibi erit in mente coelum super sensum & phantasiam. Hic subito intelligentiæ tuæ intelligentia diuina subrutilat. Quid enim aliud est ra tio vniuersi partiūq̄ illius q̄ ars illa æterna qua eum suus disposuit arch itectus? Si enim a corporeo quodam artificio materiam relicto ordine subtrahas quod reliquum est mens est artificis tuæ iam mēti conspicua

Quarto tertium coelum pet tur per spirit⁹ inrationales rationales intellectuales.

q Varto esto primum tibi coelum spiritus omnis infra tuum. Se cundū tuus spiritus sit ob rationis munus quo inrationalia iu dicat quidē: sed ab eis non iudicat̄ illis longe præstantior. Ter tium angelus qui oculos quidaꝫ est lucidissimus: cui quidem nota mo mento stabili sunt: quæ tu temporali quodam discursu aucuparis. In an gelo deum continuo conspice: tanq̄ lumen in oculo lucido & in momē to stabili æternitatem.

Quinto ad tertium transitur coelum ꝑ tres angelicas hierarchias.

q Vinto scito queādmodū in te qui paruus es mundus tres sunt spiritus: naturalis in iecore: vitalis in corde: animalis in cerebro quo solo finitum percipis lumen: ita circa ampliorem hunc mū dum tres esse spirituum exercitus diuinorū quasi tres speras intelligibi les circa diuinū centrū iugiter se voluentes. Sed alios regionē mūdi lu næ subiectam præcipue gubernare. Alios coelestia regere Alios suꝑ coe li verticem volitare.

Tenebræ lucidæ: lux tenebrosa: lux mera. Nouem angeloꝝ chori

v Olito & ego hac & illac ad votū aliis sublatus seraphinoꝝ. Et si nihil vsq̄ reperio extra immēsum bonū qđ vniuersum & omni no intrinsecus imbuit & infinite extrinsecus ambit: tamē qcq̄d reperio quod non sit ipsum bonum. video ex lucidis quibusdam tene bris & tenebrosa quadaꝫ luce componi. Scio neq̄ tenebras posse seipās

illuminare neq lucem a tenebris compræhēsam ex seipsa lucere: alioqn in se vigeret ac purissime plenissimeq luceret. Lucere ergo eā animaduerto ex ipa luce in qua tenebræ non sunt vllæ. Ideoq quando lucet in tenebris tenebre ipsam non compræhendunt. Hoc autem est absolutū ipsum in se bonum neq subiecti neq causæ neq graduum neq loci neq temporis limitibus compræhensum. Quoniam vero omnia naturali instinctu bonum appetunt tanq finem: quo solo perficiantur condudo bonum idem esse principium a quo cuncta efficiantur Hoc cum ex se & sui gratia efficiat omnia & perficiat certe ad suipius exemplar tanq medium cuncta disponit. Est ergo principium mediū finisq cunctoru3 Et quia omnino indiuisibile est in quolibet trium continētur & reliqua Finis autem actionis mouet quodammodo principium ad agendum: Principium mouet exemplar operis atq formam. Huc omnes beati spiritus assidue oculos mentis intendunt: Singuli tria hæc intuentur sed diuersa ratione diuersi. Atq in his inspiciuntveras rerum omnium quæ in vniuerso sunt rationes. Seraphini finem ipsum pprius attentiusq q reliqua contemplantur. Cherubini in fine principiu3. Throni in fine medium speculantur. Dominationes autem ipsum principiū. Virtutes in principio finem. Potestates medium in principio. Principatus & si mirantur omnia tamen medium proprius & vt ita dicam libentius intuentur. Archangeli in medio finem. Angeli principiū in medio contemplantur. Fœlices animæ pro diuersis piæ vitæ meritis morumq ad angelos diuersos similitudine nouem gradibus in speris patriæ nouem sequūtur nouem ordines angelorum. Mitto libēter animas infœlices: quæ infra lunam sub terra caligine vbi eas nouies stix interfusa cohercet nouem turbas malignorum spirituum comitantur.

Dei lumen in ardore empyrei cœli refulget.

c Vm dimisi spiritus tenebrarum subito e summa lucentium spirituū specula lumen mihi corruscauit immensum. Vidi illic seraphinos amore ardentes immenso. In ardore huiusmōi lumē infiniti boni infinitum mihi refulsit. Sæpenumero cogitaueram ante raptum si bonum ipsum est voluntatis potiusq intellectus obiectum sequi vt animus volūtatis flagrantia ipso bono fruatur magisq intelligētiæ claritate. Agnoui illic statim raptus me vera cogitauisse: cum viderem non cherubinorum scientiā imo charitatem seraphinorū deo eē q proximā. Merito cum omni natura sit vt appetatur: & appetibilis ipsius ratio vt sit bonum. infinitum ipsum bonum pxime sequitur flagrātissimus amor subitoq consequitur.

Sexto in terciū confugitur cœlum per tres trinitatis personas.

h Vc age me sequere sexto quantum potes: o mens pprie infiniti boni ipius auida mens pprie infiniti filia boni. Ha ppera nec te pigeat nam potes o bona mens tantū quātū velis. Vbi.n.so

la voluntate proceditur & proficitur: ibi sequi nihil aliud est q̃ velle seq̃ Bono igitur animo esto. Nempe si finis ad quem quodãmodo sine fine moueris proprie est infinitum bonum necessario principium a quo ꝓprie moueris est infinitum bonum. Quod quidem cum ex seipõ suiq; ipsius gratia sit omniumq; origo: certe ex se & sui gratia mouet oĩa Præcipue vero ac proprie spiritum præcipue hoc ipsum & proprie appetentem. Pater tuus vsq; adeo bonus quando non male id est non frustra tibi dedit vt naturaliter huiusmodi bonũ vsq; adeo sequi velles dedit simul & vt assequi quandoq; posses & consequi. In rerum ordine sicut nosti bona sunt oia. Præcipue quia pulchre vtiliterq; ordinata sunt: & bonum naturaliter appetunt. Si cuncta bona in rerum ordine in vna quadã communi boni natura conueniunt: in qua cuncta bona sunt vnũ bonum. Necessario penes rerum ordinatorem: vnum bonũ est cuncta bona. Sane natura illa communis & vna quæ in multitudine omniũ iacet & continetur ab omnibus ab vna quadam emanat forma quæ in se ipsa super omnem multitudinem est & continet omnia. Sed vltra ꝓgredere: si quod infra rerum ordinem cogitas dicis infinite malum cur non etiam quod supra rerum ordinem extat fateris infinite bonuꝫ: si ad bonum propagatio pertinet quo enim & quando quælibet perfectiora sunt eo & tunc magis propagari videntur proculdubio penes infinitum bonum existit infinita propago. Propago inq̃ intima. Nihil enim infinitum reuera existit extra ipsum. Ibi est igitur pater & filius. Penes patrem bonum infinite filiumq; infinite bonuꝫ infinitus viget & amor Si quilibet trium eque infinitus est etiam æquales inter se sunt atq; simillimi. Si infinita natura atq; plenitudo cum nihil relinquat extra se sui totumq; penitus compræhendat non nisi vnica esse potest: Vnica est substantia trium. Adde & simplicissima. Si modo potentissima esse debeat ac tam potentia in vnione consistat q̃ in diuisione debilitas. Iam igitur o anima trina & vna spiritus vnus intellectu volũtate memoria constans etherem vna mecum vnicum conscendisti cœlumq; trinũ. Intra cœlum tria in vno sole vidisti equalia inter se & similia: Formã figuram atq; lucem. Solemq; in tribus his nõ triplicem sed vnicum iudicasti. Supra cœlum in vna bonitatis ipsius natura ꝓpagantẽ inuenisti ab æterno propaginem & amorem. Neq; tres in his naturas sed vnicam agnouisti in seipsa se iugiter propagãtem plenissime similiterq; amantẽ & quod hic diuinitus aspexisti haud quaq̃ licet aliter vnq̃ homini loq̃ q̃ tres personas vnumq; deum.

Septem circa animam septennarii.

[S]Eptimo cõsidera mecum o anima septem capitalibus sceleribꝰ expurgata a septem malignis spiritibus: libera quam septẽ planetarum munera extrinsecus ornant vt fœlix appareas: septem spiritussancti dona intrinsecus imbuũt: septem angeli dei thronum cir

cundantes ducunt vt reuera sis fœlix. considera mecum septima hac lucis die in qua reuera quiesces hora scilicet diei septima qua clarissime ꝑspicies: ut septies in ea luce sis beata quæ indulgere tibi dum misera viuis septuagies septies pollicetur.

Septimo mens tertium cœlum attingit dum considerat deũ in creaturis. Creaturas in deo deum in seipso.

c Onsidera mecum vnum trinumq; supercœleste cœlum: videlicet primo deum patrem tuum in rebus ab eo creatis. Res deinde creatas in deo. Tertio deum ipsum in semetipso. In quod quidem tertium cœlum optime raptus sum olim vt & ipse haud vlterius pessime raperet & quicunq; in terris miserrime rapiuntur illuc mecum beatissime raperem.

Trinitas creatoris in nouem creaturarum trinitatibus reperitur.

d Iuinam trinitatem in rebus cũctis agnosces dum in eis nouẽ trinitates considerabis quas imitantur nouem ordines angelorũ In vna. s. cœli machina figuram lucemq; & motum. In quolibet spiritu supra cœlum substantiã & vim & actionem. In omni spirituũ numero tres hierarchias: in q̃libet hierarchia tres ordĩes. i quouis cõposito sub cœlo materiã formã virtutẽ. In oĩbus mensurã numerũq; & pondus. Rursus potentiã ordinẽ vtilitatẽ. Præterea principiũ mediũq; & finẽ. In teipã memoriã: intelligẽtiã volũtatẽ. In sciẽtiis naturalẽ rationalẽ moralẽq; facultatẽ. In qualibet trinitate primũ dei potentiã patrẽq; refert. Secũdũ sapientiã & filiũ. Tertiũ amorẽ spiritumq; benignũ. Sic inuisibilia dei per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur.

Definitio & diuinitas animi.

h Ic dũ in rebus tanq̃ diuina deũ reperis. repis & teipam. Quippe si in corpib⁹ inuenis spiritũ: in tenebris lucẽ: In malis bonũ. In morte vitã: æternitatẽ in tpe. In rebus finitis infinitũ memẽto te esse spiritũ incorporeũ: lucidũ natura bonũq; ĩmortalẽ æternæ veritatis ac stabilitatis immensiq; boni capacem. Hucusq; primũ sit tibi cœlum e cuius vertice tam deum q̃ te in rebus cunctis agnoueris.

Quod res creatæ in creatore reperiunt̃ ꝑ rationes ideasq; diuinas.

a Ccede amabo ad secundũ vt inde in deo res oẽs inspicias: cũcta dei opa cernit ĩ deo: q̃sq; dispositionẽ formãq; dom⁹ ĩ p̃ſefamilias. Regni ĩ rege artificii ĩ artifice. Sciẽtiarũ in sapiẽte cõsiderat: sp̃tũ hui⁹ memor q̃ q̃cũq; hi cũ tpe & labore meditãt̃ & agũt: æterna veritas infinitaq; illa virtus momẽto ꝑut vult & facilime ꝑagit p̃sertim cũ & intelligere in deo nõ aliud sit q̃ esse & agere non aliud sit q̃ velle.

Sicut cunctę naturales formæ in vna materia: sic cunctę earum rationes in vno artifice congregantur.

f Ed ecce video communem quandam in mundi machina molẽ Intueor formas ĩ mole diuersas. Scio aliũ eẽ formatã molẽ aliũ

formas esse formantes: & quia molem hanc tanq̃ fundamentũ intelligo ordine quodam antecedere formas segrego mente hanc ab illis: eamq̃ vel in abyssum dispergi vel colligi in punctũ seorsum excogito. Seruo aũt vtcunq̃ possum formas. Sed in quo eas seruo? In vna quadã communi cunctis essentia. Cuncte em̃ cõmuniter in eo quod sunt cõueniũt In essentia inquã indiuisibili formas prorsus indiuisibiles. Iam em̃ dimensiones ab iis oĩbus segregauimus. Volo insup ex qualibet rerum specie vnam hic existere formã. Et queadmodmu omnes naturales formæ quæ participatõe quadã tales suntvel tales invno quodã subiecto p se infinitæ patiente id est in prima materia cõgregant: sic omnes que p essentiam tales sunt: id est formarũ rõnes cõgregari volo & video in vno quodam fonte p se infinite agente.

Deus est infinita vitarum vita lumenq̃ luminum.

Hic actus est infinitus est & vita atq̃ illa quidẽ pœnitus infinita Siquidem vita est intimus & absolutus actus essentie. In vita infinita nihil est quod non pfectissime iuuat. Quod ergo factũ est ab eo ipsa vita erat. Vbi aũt pennis actus & vita viget immensa ibi absolutissima est intelligentiæ lumen: Siquidẽ intelligẽtia est absolutõ vite reflexio q̃ eius in semetipsaȝ. Ergo vita hæc est lux hominũ. Quæ & in tenebris lucet. Sed tenebræ eam nõ cõphenderũt. Diurnum lumen sanis quidẽ oculis est iocundũ: egrotantibus molestissimũ. Radius dei bone menti benignus aduenit paterq̃ & gratia nominat̃. Male aũt rigidus iudex est & furia: Per hanc lucem verã quæ illuminat oẽm hominẽ venientem in hunc mundũ: modo vidisti res omnes in deo ip ipsumq̃ deum. Quicquid em̃ est in deo simplicissimo est ipse deus. Illa igitur series idearum quã in deo intellexisti diuina ipsa sapiẽtia est que verbum dei est apud deũ atq̃ ipse deus. per quæ ipm facta sunt omnia. Ideo & ipse deus reperit̃ in oĩbus: & oĩa inueniunt̃ in ipso.

Mens reperit eternitatẽ suam in rationũ idearumq̃ eternitate.

Inuenisti & hoc tu modo immortalitatem tuã. Quo em̃ pacto potuisses a mũdi formis mortales cõditiones secernere & rationes inde immortales cõcipere: in eternã dei vitã intelligẽtiaq̃ hmõi rõnes redigere actuũ illum cogitatiõe quodãmodo vt ita dicam efficere effectorẽ: nisi ipsa immortalis esses eterneq̃ dei vite & intelligẽtiæ capax. Diffidant ergo diffidant de sua immortelitate hoies flagitiosissimi quorũ animulæ quærentes vitam solum in regione mortis iam diu mortuæ sunt vitiorũq̃ sceno sepultæ.

Immortalitatis fiducia accepta ex gradibus cõtemplatõis quatuor.

Tu vero confide mecũ cœlestis aĩa quæ dum apud deum cõtemplaris veras creatarũ rerum oĩm eternitasq̃ ratõnes quodãmodo cõpræhendis cuiusq̃ rõnis eternitatẽ. Eternitatis rationem Veritatem eternitatis. Veritatis eternitatẽ.

Gradus quattuor.

p Rofecto rationis æternitatem sentis quando iudicas speciei cuiusq; ratione diffinitioneq; adeo certã cõsistere vt aliter vnq̃ se habere nõ possit. Puta q͗ hõ sit animal rationale: & q̃d circul' sit figura in seipsam cõuersa a cuius centro ad circũferentiã oẽs rectæ lineæ ductæ sunt æquales necessario semp fuit sempq; erit verũ. Rationẽ æternitatis intelligis: quãdo æternitat' naturã ita diffinis. Eternitas ẽ nomẽ tum siue punctũ p se semp stabile: cuiq; neq; antecedit punctũ neq; succedit ita mẽsura quietis vt motionis mẽsura ẽ tempus. Eternitatis veritatẽ cognoscis quãdo ꝓbas in eo solũ esse verã æternitatẽ q̃d ex se & in seipso sine principio ac fine quiescit. Veritatis cernis æternitatem vbi argumẽtaris neq; incœpisse vnq̃ neq; desinere veritatẽ. Alioquin fuisset veritas ante seipsam foretq; post seipam. Nempe si cœpisse dicat̃ quãdoq; ante ab æterno verũ fuit & nõ nisi p veritatẽ fuit verũ veritatẽ ipsam quãdoq; fore. Ac etiã desinere cogitetur: deinde in æternũ veruʒ erit & nõ nisi p ipam met veritatẽ erit verũ veritatẽ aliquando extitisse

Immortalitas animi ex ꝓportione ad immortalia.

a Ttende anima sitibunda liquoris æterni. Memento te non possem æternũ omino obiectũ attingere nisi tibi aliqua cũ illo inesset ꝓportio. Ergo si non ab euo saltẽ viuis in euũ. Neq; solũ attingis cũ aliqua esse æterna & qualia sint argumẽtaris. Sed etiã ꝓ natura tua penetras quãdo intrinsecã illorũ naturã quasi in suas quasdã partes viresq; distinguis. Imo etiã quodãmodo cõpræhẽdere videris quãdo diffinis. Mitto quod videri posset alicui si mens sempiternam compr̃hẽdit rationẽ: rationẽ illa esse maiorẽ ideoq; æternã: satis esto si suo modo capit eam equalẽ saltẽ quodãmodo esse oportere. Siue aũt iã æqualis sit natura siue capiendo fiat æqualis tanq̃ a deo rationũ fonte obmutuũ quendã amorẽ iugiter dilatata sufficiẽter ostendit̃ mentẽ eẽ sempiternã dñiq; animã ab initio q̃tũ ad essentiã vitãq; vt ita dicã parem æternæ rationi fecisse postq̃ quotidie q̃tum ad intelligentiã & amorẽ q̃ad fieri potest reddit æqualẽ. Deniq; quæcunq; vis capit aliquid ꝓ natura sua capit & ad suam retrahit rationeʒ. Si ergo mortales esses nũq̃ æterna inq̃tũ æterna sunt & sub æternitatis ratione nunq̃ rationis æternitatem æternitatisq; conciperes rationem. Sed sicut rubris oculis & amare linguæ rubra & amara sunt singula ita mortali animo mortalia cuncta iudicarentur. Nunc vero tantũ abest quod quæ sempiterna sunt rite cõtemplando caduca putentur vt mens contemplatrix etiam a mortalib⁹ singulisq; conditiones mortalitatis secernat atq; sub vniuersali ratione pcipiat. Hæc materia corruptioneq; seperare nũq̃ posset nisi & ipa multo longius esset ab iis seiuncta. Capis ergo in cœlo hoc secundo æternitatem tuam quando hic rationis cuiusq; æternitatem pro viribus capis in deo fonte rationum immenso.

Mens deum in seipso videt ob nimium splendorem omnino vide ri non posse.

c AEterũ nunquid deũ ipm in seipso cõpræhendis qđ tertiũ tibi supest cœlũ: in quo illa ipe arcbana vidi q̃ nõ licet bomini loq: lumẽ solis pspicis in elemẽtis suspicis & in stellis: in seipõ nõ potes inspicere. & tamen bõ si sapis cõtentus es tantũ esse solẽ tuũ vt capacitatẽ superet oculo℞. Diuinã lucem silr in rebus ab ea creatis agnoscis agnoscis & in rerũ rõnibus creatarũ. Sed absolutã in seipã nõ substines Gaudes autem tbesaurum tuum esse vt sit prorsus innumerabilis: innumerabilis incꝫ nõ ꝙ tibi desit ars numerãdi q̃ tibi illic est plenissima sed qđ ille virtutis gradib⁹ summũ artis exsupet. Satis tamẽ numerauisse videris qñ cũctis quæ vel eẽ vel intelligi possunt dinũeratis recta cõputas ratione deũ ipm tale nibli eẽ: & quãdo quomõ innumerabilis sit virtus intelligis. Satis vides quando quo modo sit inuisibilis vere vides. Satis cõpbendis cũ q̃ꝫ sit incompræbẽsibilis cõpræbẽdis. Nũqꝫ ẽm clarius veritatẽ ipam intelligis q̃ꝫ cũ recte quo pacto sup intelligentiã sit intelligis. Vbi summa lux tibi summæ tenebræ: summæ quoqꝫ tenebræ lumẽ summũ. Vnde boc nibil notius: nibil rursus ignotius. boc nibil p̃sentius. Nibil absentius. Nibil magis visibile. Nibil visibile magis. Hinc exclamat dauid. Nox illuminatio mea in delitiis meis.

Rectius de deo loquimur negando & referendo q̃ꝫ affirmando.

v Erũ qđ ita in boc cœlo vides nõ potes loqui: boc ẽ absolute pnuntiare atqꝫ affirmare: Quotiens de deo alia negas ita discurrens deus neqꝫ est corpus vllũ: neqꝫ corpis qualitas neqꝫ anima neqꝫ angelus neqꝫ siqd altius cogitet vere negas. Quotiẽs ad deũ alia refers ita comparãs deus principiũ ẽ qa ab illo pfluũt oĩa deus est finis qa ad illũ oĩa refluũt deus vita & intelligẽtia ẽ qm̃ p illũ uiuũt animæ ac mentes intelligũt vere quoqꝫ refers. At si affirmaueris deus ipe in se absolute boc ipm qđ vel repperi vel cogitaui valde decipieris. Quippe si maior te ẽ summus ille omniũ auctor nõ potest id eẽ qđ tua intelligentia circũscriptũ cogitur eẽ terminus. Si principio℞ principiũ finiumqꝫ finis infinitus est non est aliquid boruꝫ quæ abs te adinuenta & compræbensa iam finita videntur.

Anima beata cotenta est boc ipso ꝙ bonum suum incompræbensibile sit. Neqꝫ esset contenta si compræbensibile esset.

q Vid ergo an contẽta viuis aĩa: ꝙ vitã tuã nõ penit⁹ cõpræbendas finiasqꝫ qa sit infinita. Imo scio te boc ipso gaudere ꝙ absqꝫ fine sit vita tua bonũqꝫ tuũ. Sufficit tibi ab incõpræbẽsibili fœliciter cõpræbẽdi neqꝫ tibi aliqd nisi sit incõpræbẽsibile sufficit. Quicqd.n. aut veri aut boni offert qđ certos babeat gradus q̃uis q̃ꝫ plurimos adbuc plures intellectu requiris & vlterius appetis volũtate. Vnde nusq̃ nisi in vero bonoqꝫ immenso potes quiescere neqꝫ finem nisi in infinito

potes facere. Quippe quæ a solo infinito dependeas: atq; inde vim habeas ratione aliqua infinitam qua ad infinitũ vergas atq; progrediaris.

Voluntas deo fruitur magis quam intellectus.

Cce video vbi quodammodo deficit intellectus sufficere volũ
e tatem. Penetrat ecce charitas: quo non potest omnia scientia penetrare. Infinitatem quidem prospicis quamuis nõ clarissime. Hãc ardentissime amas: hac gaudes vehementissime. Vides tu quidez quantũ est tibi visibile. Amas & quantum vides ipsa & quantum vides abs te quia nimis exuberat non posse plane videri & hocipsuz te iuuat maxime. quod sine vlla vel sollicitudine vel satietate fruaris bono: quod cum sit infinitũ: & infinite tibi suppetit & infinite delectat. Hic si non infinita omino ratione discernit immensum intelligentia lumen: tamen immenso amore gaudioq; afficitur dum fruitur bono infinito voluntas. Quæ quidem si plena est ad quam pertinet esse contentam totus omnino contentus est animus.

Mens immortalitatẽ suã metitur in obiecto suo quod ẽ sine mensura

Nimus dum in tercio coelo exactius admodum quam in aliis quam im
a mensus sit deus vt ita loquar metitur simul quantum propria vita naturæ temporisq; cuiusq; mensurã excedat agnoscit. Neq; eñ infiniti imo infinitatis ipsius rationẽ attingeret animus: si vita eius finẽ esset aliquem habitura: Neq; obiecto immenso magis quam terminatis cõtemplando delectaretur si in numero esset naturalium temporaliumq; formarũ. Quarum vires obiectis non quidem maximis sed mediocribus solum eisq; proportione quadam congruentibus oblectantur si vitæ vis qualis est intelligentia & voluntas vltra quemlibet loci: temporis gradus finem sibi oblatum sine fine intelligendo amandoq; progreditur certe vita ipsa loci limitibus non constringitur certi temporis terminis non exceditur contrariæ qualitatis gradibus nõ obruitur; determinati veri boniq; præsentia non impletur.

Cœleste lumen lumine cœlesti pspicit̃ supercœleste supercœlesti.

Ic age quo lumine suspicis cœleste lumen? profecto cœlesti. Dic
d ergo quo lumine vidisti modo supcœleste lumen? Certe supcœlesti. Lux ita mũdi sensibus manifesta vna quædã q̃litas ẽ: ergo diuersa corpa nõ aliter eã capiũt quam p vnã quãdã naturã illis insitã & luci cõuenientẽ. Natura huiusmodi pspicuitas nominat̃. Quoniã vero pspicuitas in oculo ẽ sensibili luci cognatior quam in cæteris hisce corpibus: est. n. in eo pspicuitas sensualis iccirco lux postquam illi infusa est reflectit̃ q̃dãmodo in se psam: quando. s. oculus sentit illam. Vbi videt̃ oculus nõ solum a luce pati dum suscipit ipsam: verũetiã in eam quodãmodo non nihil agere suo modo iudicat eam.

Anima immortalitatem suam videt quando videt radium intelligentiæ infundi sibi a deo atq; in deum reflecti.

Adem rōne spiritale lumen vnū quiddā est.i.veritas ipsa. Hoc e spūs diuersi nō capiūt aliter q̄ spiritalē quādā pspicuitatē eis innatā. Q̄m vero in spiritib⁹ pditus rōe pspicuitatis hmōi luminū huic similior & ppinquior inest fit vt iis spūs nō solū id capiāt sed etiā iudicēt atq̄ ita reflectant̄ in ipm. Vbi videt̄ lumen hoc spiritale intelligibileq̄: primo quidē intelligentiā influere se ipm minime deserēs. Deinde refluere i seipm intelligētiā nō derelinques. Atq̄ sicut solis lumē put in sole manet ē inuisibile vt aūt e sole effluit in colores ē visibile put influit oculo eiq̄ naturale euadit fit visiuum: qn̄ inde refluit in solē: tunc videns efficit̄ ita dei lux quantū in ipso absolute se colligit est sup intelligentiā. Quantū inde in rerum se explicat rōnes intelligibilis est Quantū infusa intellectui ipsi fit naturalis euadit intellectiua. Quando vero in ipm deum resilit est intelligens. Q̄obrem circulis quidā hic efficitur: mirifice lucens ab ipia diuina veritate in intellectū ab intellectu rursus in ipsā circuli huius principiū finisq̄ ē de⁹. Intellect⁹ ē mediū. Si huius circuli primus vltimusq̄ terminus ē eternitas inquātū eternitas certe mediū ē eternū quod quidē est particeps terminorū. Quo enim pacto splēdor ab eternitate fluens in mentē. Rursus in eternitatē inde reflueret p intelligentiā.s. quæ rapit obiectū & p voluntatē quæ transit in obiectū rapiturq̄ ab ipso nisi in mente vim suā eternitatēq̄ seruaret. Qua rōne hunc mens suscipit eadē p ipm agit. Non em̄ pōt pstantius p illum agere q̄ suscepit. Agit vero p illum absoluto quodaʒ eternoq̄ modo qnq̄ quideʒ eius radiis supra locū & tps erectis indiuisibiles eternasq̄ rerum rōnes attingit atq̄ in ipsam sese eternitatē miris modis insinuat.

Mens est dei speculum.

Sagacissimū venatorem qui in pfunda hac mūdi silua occultissima dei vestigia inuestigat & repit. O argutissimū racionacinatorem qui rōnes rerum inuenit in summa oim rōne: o pspicacissimū rimatorem qui adita dei penetrat quodāmodo in eius ab ipso & vt summatim dicam in iis omnibus pagendis speculat̄ in se deum velut in speculo. Suspicit se i deo velut i sole: o speculū diuinissimū diuini solis & radiis illustratum & flamis accensum. Nempe ipsius veritatis radiis vera vbiq̄ discernit: ac in omnibus veris & sup omnia ipsam. Ipsius boni flamis bona oia passim ardet & sitit: ac in omnibus bonis & super omnia ipsum.

Corpora sunt vmbræ dei: animæ vero dei imagines immortales.

Ides o mea mens vides esse te dei speculū qn̄ intelligētiæ tuæ radii in eum ab eo immissi resiliunt. Si eius speculū es vt es absq̄ dubio quādoquidē cum in te specularis teq̄ in eo: sequitur vt quod ex deo infra te vestigium quoddā dumtaxat est & vmbra id in te imago dei similitudoq̄ sit expræssior: vt merito dictum sit ad ima

ginem similitudinemq; dei te esse creatã. Vmbra corpus intuẽti distin ctẽ nõ repræsentat. Imago aũt ad corpis similitudinem expræssa refert expressius. Mundi machina tanq̃ vmbra dei deũ tibi ipsum non mon strat nisi eius ad te redigas ordinem & examine tuo clarissimo discuti as vmbram. Tunc demũ in te tanq̃ imagine dei mundus ex vmbra fit imago. Fit in te tanq̃ vera dei similitudine vere agnoscis deum quãdo ꝓbas hũc ipsam esse veritatem eternam veramq; eternitatẽ. Tempus aũt eius esse vmbrã & tẽporalia vmbratilia omnia. Postq̃ vera es eter nitatis imago sup vmbram & vmbratilia qñquidem quasi media bo rum hæc scernis ab illa certe eterna es nullis aut loci limitibus aut certi tpis terminis circũscripta. Alioquin nõ posses vel p immensum spaciũ tempusue cogitatõne discurrere vl vltra hæc ad indiuisibilẽ eternamq; transire naturam.

Mens quia est diuini vultus imago deũ semp suspicere debet.

Imago dei in mẽtis speculo q̃diu es in enigmate.i.vmbra cor o poris cognoscis p speculum. Sed extra vmbrã facie videbis ad faciem: o diuini vultus imago in speculo vultũ aspice tuũ. Quẽ adspicere nihil ferme aliud est q̃ aspici. Q̃ñqdẽ oculi illius radiꝰ ipse est q inspicit ipse ẽ q a seipso respicit: cognosce teipsã mens aliarũ rerũ co gnoscendarũ vsq; adeo cupida. quid es o mens cedo quid es? Imago vniuersi exemplaris exacta. Legitima patris oĩm filia. Sup cœlestis so lis radius sempiternus iugiter natura reflexus in solem. Deus ergo te libentissime tanq̃ suam imaginẽ intuet̃. Amat omnino te tanq̃ filiam Fulget tibi tanq̃ radio suo inngitq; te sibi. Ergo iam moribus & pieta te ad exemplar cõpone te tuũ quo integerrime reformaris. Ama ante omnia patrem illo quo fœliciter generaris fœlicius regeneraris. Gau de dumtaxat lumine sine quo neq; aliis potes vnq̃ neq; te ipsa gaude re. Terribiles ante omnia tenebre: quia & vita consistit in luce & lux in vita: & quo interiores eo terribiliores aueniũt. Horribiles extra cor pus tenebre cũctis. Horribiliores intra corpus sunt melancolicis. Hor ribilissime in anima miseris. Iocundũ ergo aeris lumen omnibus quia vitali spiritui cognatissimũ ẽ rerumq; innumerabiliũ varietate delectat & docet iocũdius lumẽ in spiritibus corpis est sanguineis suauissimũ lumen intimũ menti beatis.

Deus ipm gaudiũ. Per ipm dũtaxat gaudemꝰ ipso solo btẽ gaudemꝰ.

I omnia vitãdi doloris & cõsequendi gaudii gr̃a oẽs agunt & s absq; gaudio ipso vitã ipsam respuũt manifeste gaudiũ est finis oĩm: est igit̃ & principium: quo eñ mouent̃ cuncta inde cũcta mouẽt̃ & fiunt. Quid ergo aliud est gaudiũ ipm nisi deus. Bonorum bonũ: gaudiũ gaudiorũ. Cum tantũ his bonis gaudeas atq; illis dicito mihi si modo dici põt quantũ illo bono quantũve idea illa gaudii gau deas sine cuius illecebris sine cuius forma neq; his bonis gaudes neq;

illis. Bono hoc & hac idea gaudent cõtinue quicũq; re aliqua gaudẽt vel ingrati. Sed nõ bene beateq; gaudent nisi grati quibus multo gratius hoc aduenit q̃ ingratis. Ergo si vis ipso bono ipsoq; gaudio optime beatissimeq; gaudere memẽto in õmibus quæ tibi placent nihil tibi aliud placere q̃ ipm. FINIS.

Marsilii Ficini Florentini. Argumentũ in platonicam theologiam: ad Laurentium medicem patriæ seruatorem.

Tres sunt contemplationis platonice gradus.

Marsilius Ficinus Laurentio medici viro magnanimo. S.D.

d Ecreui magnanime Laurenti anteq; grande illud platonice theologiæ volumẽ edere tuo noi dedicatum: in quo adhuc supest nõ nihil quod examinatione indigeat edere si tibi placuerit argumentũ. Non vt hmõi argumẽto quasi quodã theologiæ p̃ludio exercitatus accedas promptior ad ludendũ cum mihi videaris ipsam ludi palmam iam cõsecutus. Sed vt hoc interim pignore admonitus me mineris: & meminisse me tibi debere quod iaz diu iure promiseram & soluere quandoq; velle quod debere cognosco. Presertim cum nõ tam hoc ipm debeã quia pmisi q̃ id pmiserim quia cuncta dedebã.

Tres contemplationis platonice gradus.

t Res vero sunt præcipui cõtemplationis platonice gradus. Primus quidẽ a coropore p animã adscendit ad deum. Secundus aũt cõsistit in deo. Tercius deniq; ad animã corpusq; descendit Tres quoq; gradus nostrũ continet argumentũ. Contemplationis Primus gradus est: ad sensus ad animam. Angelũ deum. Ac de diuina intelligẽtia & amore.

Cœlum est forma sine materia vt nõnullis placet.

c Onsiderabam nup diligenter Aristotelis illud paradoxon cœlum materia caret. Rationem quoq; auerois meditabar qua paradoxon aristotelicum comprobat. Quod videlicet materia cũ natura sua informis sit ideoq; ad quãlibet formã eque se habeat omnesq; vicissim cape valeat a formis iugiter fluit ĩ formas: vnde fit vt quod ex materia constat formam suam quãdoq; possit amittere. Cœlum vero formam ppriam amittere nequit tum quia nulla vsq; est illi contraria qualitas sicut neq; motus circulari motui suo contrarius reperitur: tum quia motum habet sine vlla digressione semper equalem inde fessumq; qui & in idem redit: principiumq; rursus incboat vbi futuri videtur. Ex his concludit auerois cœlum esse formam quandam per se sine materia existentem. Quæ q̃uis subiecta materia non indigeat ipsa tamen subiecta est quantitati motuiq; secũdum locum. Eiusmodi forma inter phisicas formas & methaphisicas esse vult mediã. Naturales eñ formæ cum quantitate quadam & in materia sunt. Formæ vero omnino super naturam tam quantitate q̃ materia carent. Mediam quandã

formam esse vult ne ab extremo ad extremum absq; medio transeatur quæ q̄uis habeat quātitatē materiam: tamen nō habeat qualē esse substantiā cœlestē existimat. Proculus quoq; platonicus cœleste vehiculū aiæ corpus esse putat nullā tñ habere materiā.

Forma sine quantitate magis q̄ sine materia pōt existere.

b Is ego Aristotelis aueroisq; & ꝓculi gradibus ad cœlum vsq; directis conatus sum pro viribus adscendere super cœlum. Profecto cum formarum genus queat alicubi se a materia liberare sicut in cœlo modo nobis apparuit potest etiam alicubi absoluere seipsum a qnantitate. Ac etiam multo magis. Quippe si ab alterutro depēderet: penderet potius a materia a qua substantialis forma sæpe substinetur q̄ a quātitate quā substantialis forma forte non minus substinet q̄ substineatur ab illa. Quod maxime in cœlo conspicitur vt placet aueroi vbi forma talis substinet quātitatis dimēsiones. Adde q multo magis cum materia q̄ cum quantitate congruit in ordine quodā generis atq; naturæ. Quare si absq; materia potest esse longe facilius absq; quātitate consistere potest. Presertim forma illa quæ substantia est. Substātia eñ cum accidens antecedat absq; quantitate quæ accidens est alicubi potest existere.

Forma sine quantitate. magis q̄ sine mole esse potest.

i Ta formarum ordo quemadmodum ab elementis in cœlum proficit in melius dum ab vmbra materiæ liberatur ita super cœli verticem in aliquod longe melius proficit dum in animis angelisq; etiam a mole quantitatis absoluitur. Depositaq; diuisionis debilitate ob indiuisibilis naturæ vnitatem fortitudinem adipiscitur. Cōsummatur tandē super illos in optimo cū in deo etiam liberatur a qualitate accidentisq; defectu. Potest autem a qualitate secerni facilius q̄ a mole. Substantialis eñ forma vbiq; in natura ipsa substinet qualitates. Nusq; vero substinetur ab illis. Alicubi tñ in quātitate iacere videtur. Quod informis nature infimis plane cōspicit̄.

Cœlum aut est vita quædam visibilis aut natura vitæ ꝓxima.

c Oelum quidem cum sine materia sit spiritale quiddam quodā modo esse videtur platonicis magis q̄ corporale. Quid ergo cœlum est? Lux circularis circulusq; lucidus sine materia quemadmodum oppositum eius quod est terræ imum est materia sine luce. Cœlum igitur vt platonicis placet aut vita quædam est non occulta vt anima sed ob dimensionem si vis oculis manifesta. Aut saltem cum sit natura quædam vitæ propinquior q̄ cætera corpora vita quadā viuit sibi magis ad modum familiari q̄ cætera.

Differentia lucis in cœlo atq; elementis apud platonicos ac peripateticos.

Ed iuuat gradatim a luce ascendere rursus ad lucem: Videmus
f in elementis vbi minus crasse naturæ inest facilius lucem adesse
Accensamq́ materiã quo magis extenuatur rarescitq́ eo puri-
us perlucere. Q̃obrem cœlum quoniã fulget summopere materia care
re ꝓbatur. Et ob hoc ipsum quia caret materia maxime fulget. Quod si
quis dixerit partes cœli densiores magis lucere ꝗ̃ alias respondebunt
platonici ratiores partes lucere quidem magis: sed ob nimiam tenuita-
tem lucemq́ videre nõ posse. Respondebũt rursus peripatetici aliud eẽ
ex se aliud ex alio choruscare. Ideo ælementa quia fulgorem capiũt ali-
unde quæ rariora sunt facilius capere. Cœlestia vero quæ ex se splendẽt
quo densiora sunt eo vberius refulgere. Vex mittamus his questiones
huiusmodi. Mittamus cœlum parumper ne splendore corporeo pror-
sus allucinemur.

Q uãdo purgamus lucẽ cœlestẽ primo reperimus animam dein
de angelum.

Ge cœlesti nature relicto si vis lumine atq́ motu subtrahe quan
a titatis dimẽsiones. Licet. n. cogitatione subtrahere. Nã aliud est
lumẽ cœli motusq́ aliud ẽ dimensio. Formaq́ superest spiritus
quidã est tãto lucidior velociorq́ cœlo: quãto cœlũ ẽ lucidius & veloti
us elementis. substãtia hæc incorporea anim⁹ rationalis esse videt̃. De-
me rursus huic motu Relinque lucẽ & qualitatẽ: potes. n. demere: Naʒ
aliud lux & q̃litaẽ ẽ: aliud motus. Forma quæ deinde restat est angelus
clarior ad modũ & velocior animo. Q uia neq́ disgregat lucem suã mo
tu neq́ actionem propriam sicut anima distrahit tempore

Præstat ascendere ad substantiã in q̃ virtus nõ sit aliud ꝗ̃ substãtia

Eterũ nondũ satis naturã rerũ purgasse videmur. Restat nobis
c adhuc nisi me rõ fallit accidẽs a substãtia secernendũ. Angelus
eñ substantiã habet & qualitatẽ. Verũ querendũ est primo nun
quid fieri hoc præstet. Deinde vtrũ possit. Præstat nimirũ. Nã vbi sub-
stantia aliud ẽ aliud qualitas: substantia huiusmodi cũ sua natura in for-
mis impfectaq́ sit aliunde format̃ atq́ pficit̃ & in capiẽda substinẽdaq́
qualitate quodãmodo patit̃: atq́ qualitas illa quia ẽ forma quædam in
alio. s. in subiecto se sustinere non potest: multoq́ minus ex se põt existe
re. Eget ergo tã causa ꝗ̃ subiecto: nec ẽ integra plenaq́ oĩno cũ ꝓ capa-
citate subiecti suscipiat̃ Vñ necessario fit ablatiore forma quæ quidẽ ne
sine fine vagemur in seipã sit p se sufficiens ipsa sibi atq́ plenissima: sitq́
virtus vndiq́ infinita cũ neq́ excedatur ab altiore neq́ a suscipiẽte aliq̃
finiatur. Adde q́ totum illud quod ex substantia qualitateq́ componi-
tur: quia diuiditur in partes in virtute debilitatur. & quia componitur
pendet tum ex partibus tum ex eo artifice qui partes illas in vnvm cõ-
ciliauit: quæ cum diuersæ sunt ex seipis inuicem non coissent. Q̃obrem
cum huiusmodi compositum neq́ ꝗ̃tum ad partes neq́ ꝗ̃tum ad to-

tum spectat sit optimū. Meliusq̄ aliquid futura sit & substātia quæ non distinguatur a qualitate sua & qualitas quæ non sit aliud q̄ substantia ꝓpria vt tandem actus quidam omnino purus immensusq̄ reperiatur quis dubitet melius esse vt sup id quod ex substantia accidenteq̄ componit̄ ad id quod est melius ascendamus.

Rationes multe ꝙ necessariū sit esse actum purum & infinitum.

Estet igitur huc ascēdere: sed nunquid possibile est? Quid si est possibile fore rogas? Q̄nquidē iam esse ita est necessariū vt probauimus. Quod si aliud exigis rōnē cōducit ad idem hmōi rō quod substātia quia accidētis est fundamantū prior est accidente: & quia quod prius est a posteriore nō depēdet pōt substātia alicubi absq̄ accidente cō sistere. Atq̄ hoc melius est sicut ostēdimus. Quare ne ab eterno in eternū hmōi potentia in rerum principio tam bona sit frustra ope præcium esse videt̄ vt iam sit actu. Presertim cum vbi summus actus est: & summa perfectio ibi potētia actusq̄ posse & esse sint idem.

Ac si in rebus inferioribus minusq̄ bonis.s.elemētis mixtis plantis & aīalibus quantū ad partes eorū spectat & reliqua quod præstat vt sit iam est a narura ꝓuisum q̄tomagis in rebus ad modū melioribus & in summo naturæ quicqd melius esse ꝓbatur iāiam est & verius. Præterea qđ melius est mostrat̄ in vniuerso nō ob aliā causam meli⁹ esse cēsentur nisi quia vere rōni cōsentaneū est: cōducit maxime ad rerum ordinem: decet p̄cipue rerum ordinatorem. Tale vero nefas dictu est impossibile esse vel falsum. Rursus potētia & veritas tanq̄ bona naturaliter appetunt̄. Atq̄ hoc ip̄m quod sunt aut sunt ipsa bonitas aut a bonitate: Ergo quod in vniuersi natura possibilius veriusq̄ est: hoc ē & melius. Atq̄ couerso quod vniuerso melius iudicat̄ idem possibilius est & verius. Item quod est melius magis est homini particeps. Nō est igit̄ impossibile. Nā impossibile nullius boni particeps iudicat̄. Accedit ꝙ si actus purus infinitusq̄ quē disputādo ex cogitauim⁹ infinite melior est q̄ angelus & q̄ vniuersum cuius pars ē angelus quod totum est terminatū necessario est infinite potētior ad existendū cum potentia bonum sit bonumq̄ potestas. Immo etiam cum vere actuq̄ esse bonum sit & nihil boni immenso desit bono immensus actus infinite verius iam actu est q̄ cuncta. Si infinita potestas duratōe infinita nō dum venit in actū nulla vnq̄ alia potētia venit. Immo si infinitus actus qui idem est ac illa potestas non sit semp in actu alius certe nullus erit. Si est semp in actu potentia quædā sua natura omni carēs actu quæ est infinite passiua.i.materia ꝓculdubio est semp in actu potestas illa quæ actus est totus atq̄ est efficax infinite: a qua passiua potētia sit possitq̄ pati & patiat̄. Sed quid curiose ineptecq̄ quærimus vtrū possibile verumue sit in vniuerso esse immēsum bonū necne? Cum nihil sit possibilius veriusq̄ eo quo nihil pōt potētius cogitari. Non esset aūt im

mensum bonū nisi esset in eo quicquid melius iudicatur vt sit. Atq̧ excederet mens nostra cogitatione affectu quibus p boni gradus absq̧ fine progredit̄: principii summi naturam si quid boni cogitare posset quod in eo non esset: ac nisi illud esset immmensum. Quid plura? si in summo principio omnium atq̧ fini vbi summopere inuenitur: quidquid est appetendum summa bonitas est & summa ipsa bonitas idem est prorsus ac summa potentia veritasq̧ sequitur quicquid circa ipsum melius iudicatur possibilius fore immo iam verius esse. Omnino autem meminisse oportet. potētiam alicuius boni capacem esse re uera aliquid atq̧ in re aliqua vera fundari. Præterea dependere ab alio quodā quod iam actu id habeat bonū. Rursum quod actu bonum possidet ab alio pficisci quod actu sit ipm bonū actusq̧ cuiuslibet actus.

De luce dei: ac de vmbra materiæ.

c Eterum alicui fortasse videbitur natura illa in qua qualitas nō discernitur a substantia sine forma luceq̧ esse. Sed meminerit ille pbauisse nos ad formam in se existentem ascendendum esse est ergo illa substantia forma. Profecto sicut in rerum infimo: id est materia prima idē est esse & informe tenebrosumq̧ esse. sic in summo idē est esse & formosum lucidumq̧ esse. Immo formā lucem esse. Materia em̄ apud Moysem tenebrarū abyssus est formarūq̧ informe subiectum Deus lux abyssus luminum: formaq̧ fons formarū. Materia infinita ē patiendi potētia. Deus infinita virtus agendi immo infinitus est actus Illa ergo potentia est potentiarū omniū quæ in patiendo versant̄. Hic actus est actuum. Et sicut in munere de materia vere dicitur materia: neq̧ forma hæc est: neq̧ illa ita de deo innumerabiliter dicitur & vere dicitur. Deus hæc forma est & illa. Vna materia est vmbra rerum vmbratilium infima. Vnus deus lux summa luminū. Materia ob nimias tenebras ignota est. Deus ob nimiā lucem est incognitus. Nam si lux quæ est purior est & lucidior: nimirū deus cum solus sit purus actus: solus lux est reuera dicēdus. Si lux in forma quadā cōsistit potiusq̧ subiecto & formositas consistit in luce. Ibi solum vera lux vbi mera sine subiecti inquinamento forma. Ibi solum vera formositas vbi solum lux veraq̧ forma. Quapropter omnis forma & lux quæ vel videt̄ oculis vel cogitatur: quia finita est vmbra quædam est ad dei formā atq̧ lucem. Merito deus infinitus est actus: qm̄ vel subiecti vel causæ limite sicut diximus: nō cōtrahit̄. Hinc fit plane vt sit lumen immensum.

Quantum lux dei supeminet supficiem intellectus tantum dei calor centrum penetrat voluntatis.

c Vm vero a lumine calor trahat originē est: etiam ardor immensus: ardor in bono infinito infinite beneficus. Hunc nos ardorem voluntatis ardore potiusq̧ scintilla mētis attingimus. Nā deus quantū intellectus sui luce nos superminet tantū ferme bonitatis

ardore se nobis inurit: vt nihil deo excelsius sit: nihil quoq; profundi⁹. Quo amplior eius lux eo intellectui naturaliter ē ignotior. Quo vehe mētior ardor eo vt ita dicā certior volūtati. Deus ergo in summa intellectus cognitione quodammodo nox quædam est intellectui. In summo voluntatis amore: certe dies est voluntati. Vnde orpheus deū appellat noctem atq; diem. Veruntamen diuinus splendor in animo beatorum quādo nox appellatur: omni temporali die longe clarior aduenit. Atq; ob diuinū munus tanto pene clarior quāto & deus est vt ita dicam lucidior sole & animus purior ac serenior aere.

Lux in elemētis: cœlo: anima: angelo: deo:

LVx in elemētis facile perspicitur oculis quorum complexio cōstat ex elementis. Lux in cœlo ꝗuis amplior difficilius tamen aspicitur. Remotior enim oculorū qualitas est a cœlo. Lux in anima nullo modo videtur sicuti neq; lux solis a noctua: quia nimia est: neq; ad eam corporalis sensus vllam habet ꝓportionem. Sed rationalis animæ discursu aliquo cogitatur. Lux in angelo neq; videtur neq; etiā cogitatur. Est enim sup sensus ꝓportionem & super temporalis discursionis capacitatem. Veruntamen intelligitur. Congruit em̄ anima cum angelo in sua quadam intelligentia stabili potiusq̄ mobili cogitatōnis discursione. Lux in deo quia etiam limites intellectus excedit omnino naturali hominis intelligentia nō intelligitur sed credit̄ potius & amatur: atq; amata gratis infusa videtur: nempe huius amore accensus animus quo flagrat ardentius eo refulget clarius discernit quoq; verius fruiturq; suauius. Hinc Plato asserit diuinam lucem non rationis digito demōstrari sed ꝑspicua piæ vitæ serenitate capi.

Quid cœlum: anima: angelus: deus: atq; de differentia visibilis lucis & inuisibilis.

VT autem nostræ disputationis ambages aliquando paucis colligamus cœlum esse dicimus lucē quandā absq; materia quodā modo corpalem. Animā lucē quandā sine quātitate magnam Angelū lucē sine motu celerrimā Deū lucē absq; qualitate optimā atq; potentissimā. Cuius calorē voluntate prius certiusq; & vehemēti⁹ exprimimur q̄ intelligētia lumen. In hoc potissimū differt lux inuisibilis a visibili q̄ visibilis quidē tam in igne q̄ in cœlo extrinsecus veniēs illuminat priusq̄ calefaciat. Inuisibilis aūt cōtra intrinsecus agēs quodammodo calefacit aīa q̄ illuminet. Ideo in illa a visu ad tactum. In hac quasi a tactu quodā inuisū ꝓgredimur. Humana pulcritudo videtur priusq̄ ametur. Diuina vero amatur vt videatur. Sed in illa qui videt spe miserabiliter possidetur. In hac videre nihil ē aliud q̄ fœliciter possidere. Igitur frustra nimium contraq; ordinem naturæ laborat: quicūq; deum absq; singulari eius amore cultuq; credit se possessurū vel reperturum sperat anteq̄ amaturum.

Secūdus contemplationis platonice gradus consistit in deo. Artificium vniformæ & omniformæ pendet ab arte vniformi & omniformi.

c Ommunis omniū opinio credit & diligēs sapientum ratio pbat artificium hoc mundi quod circa naturā suam ac motū artificiose rationabiliterq; disponit atq; agitur esse regiq; ab arte quadam rationali artificiosaq; ratione. Profecto quantū ex huiusmodi artificio coiicere licet quod & vnum & vniuersum est atq; circa totū partesq; vndiq; tam mirabili ratione constat & agitur vt vix vlla possit ratio assequi: nulla queat omino ratio imitari absq; dubio vna cum Timeo argumentamur artem illam mundi effectricem esse rationē quandam & vnam & vniuersam: vniformem vt ita loquar & omiformē. Rationem inq; mundi totius rationes omnes in seipsa omniū mundi partium complectentem.

Deus nominatur ars: ratio: substantia: natura: vita: sensus: intelligētia: certitudo.

s Ratio hæc absolutissima ē & fons omniū rationū a qua substātia ois: natura: vita: sensus: intelligētia pducit pœnitus atq; ducit nemo vsq; adeo inrationalis esse debet: vt neget hmōi rationē esse substantiā stabilissimā: naturā fæcundissimā: vitā æternā: sensū pspicacissimū: intelligentiā lucidissimā. Lucidissimā inq;.i. certissimam Quod.n. in corpore mūdi lux & luminū & videntiū ē id in ratione mūdi affectrice ē certitudo: luce hac tanto lucidior q̄to certior: & præstantior certitudo.s. cuiuslibet: Certitudinis quæ ex se certa sit sui. In se certa cunctorū. Per se serenis mentibus clara certaq; faciat omnia.

Deus est veritas verorū omniū fons causa veritatis rerū atq; mētis.

v Nnde etiā summa cuiusq; veritatis veritas nominat: a qua vera oia fiūt. Per quā indagant vera: in qua vere cernunt. Quā rerū pscrutatores p arbitrio vbicūq; volūt de veris consulūt. Cuius scintilla naturaliter insita vera rimant. Cuius radiis p oia fusis vera inuenta discernūt a falsis. Cuius examie vera iā discreta cōparāt inuicē & diiudicāt: & cū species a singul' abstractas i qbus rei cuiusq; veritas cōsistit: intelligunt non nisi veritatē ipsam.i. deū intelligūt q complexio & fons ē omniū abstractorum.i. idearū sicuti solis lumen fons est colorum.

Descriptiones dei communes secundū platonicos.

q Vid ergo deus ē: ratio rationū fons rerumq; artifex oim: forma vniformis & oiformis. Sūbstātia imobilis oia mouēs. In motu status in tpe æternitas. In loco continens. In summis pfunditas summitas in pfundis. In multitudine vnitas. in debilitate potestas. Natura fæcundissima naturarū. Fæcunditas fæcunditatum naturalissima æterna viuentium vitarumq; vita. Sensus sensibilium quidem lumen & sensuum perspicacia. Sensus medullas sensibilium in corticib' sentiens cortices in medullis. Intelligentia quoq; talis vt & ipsa rerum intelligē

clarũ bonitas sit: & intellectus cuiuslibet veritas & gaudiũ voluntatis.

Rationes multæ φ gaudium contẽplẽtis supat sensuũ voluptates

Gaudiũ inq̃ꝫ ex verissima bonitate & optima veritate optimum
g & verissimũ. Hinc Plato diuinus inqt ab his quæ sensibus offerunt quia veniũt ab extrinseco nec vere existũt sed impura breuiaqꝫ sunt externam quandã titillationẽ circa corporis & animæ cutem falsamqꝫ & dolori ꝑmixtam & breuem fieri voluptatẽ. Ab his aũt quæ menti ab intrinseco pœnitus se insinuant: quia intima veraqꝫ & pura & stabilia summaqꝫ sunt intimam verã merã stabilẽ summã voluptatẽ animæ medullis infundi. Proinde sensus atqꝫ sensibile ita se inuicem habẽt vt ꝓpter eorũ crassitudinẽ debilitatẽqꝫ sese prorsus penetrare non possint. Intelligibile vero sua tenuitate viqꝫ mirabili illabit̃ in intellectus interiora atqꝫ intellectus subtilitate virtuteqꝫ sua vndiqꝫ intelligibile penetrat. Alioquin non posset mens rei intelligende naturam ab alienis secernere. In partes suas distinguere. Intima eius cum extimis cõparare. Quo fit vt voluptas mentes si quando rite contemplando reuera percipitur interior vehemẽtiorqꝫ sit q̃ꝫ sensus obletamenta. Si tũc vehementer delectari solemus cum circa calorem vel frigus siccũue & humidum aut euacuationem repletionemue habitum corporis naturalẽ cõtrariis quasi amissum: contrariis iam recepimus ceu quando nimiũ calefacti refrigeramur in cæterisqꝫ similiter quanta illum voluptate ꝓfundi putamus? Qui naturalem mentis habitum tenebris & malignitate deperditum: iamiam luce & bonitate resumitur. Totusqꝫ ad suam reformatur ideam. Ac si ex rebus magis magisqꝫ cõu enientibus maior gradatim maiorqꝫ nascitur delectatio atqꝫ si nihil cõuenientius homini q̃ꝫ ipsa humanitatis idea quæ verus est homo quid suauius q̃ꝫ & eaꝫ intelligendo in se complecti & in eam amando restitui. Præterea in omnibus pulchris bonisqꝫ amandis reuera nihil aliud q̃ꝫuis forsitan insiiq̃ꝫ pulchritudinẽ ipam bonitatemqꝫ amamus a qua & ex qua pulchra bonaqꝫ sunt singula. Perinde ac si quis dixerit gustui dulcedinis auido pomũ vinũqꝫ placere: non quia pomũ vinũue sit: sed quia dulce: atqꝫ iccirco nihil aliud in his q̃ꝫ ipsam dulcedinẽ affectari & dulcedine bonitateꝫ. Igitur si omniũ iocundissimũ est re amata potiori quid potest iocundius cogitari? q̃ꝫ illo potiri qui ipa pulchritudo ẽ & ipsa bonitas. Nusq̃.n. alibi re amata sed eius vmbra potimur. Ibi ergo placet idea nostra. ẽ ẽm sibi quisqꝫ charissimus. Ibi solum plenissime delectamur vbi solum verissime nos reperimus. In nostra idea ideæ placent oẽs. Pulchritudo oblectat in omnibus omnes in bonitate nos implent. Atqꝫ secundũ formam ꝓprie ibi ipsa gaudii idea gaudemus. Quo fit vt tota gaudii illic solum plenitudine gaudeamus. Si vbi est bonuꝫ hoc & illud ibi gaudet hic & ille certe vbi est ipsum bonum ibi est ipsum gaudiũ. Si nullus vere viuit aut sapit nisi qui proprie vita ipsa viuit & sapientia ipa sa-

pit:proculdubio nullus vere plene〈que〉 gaudet nisi qui proprie gaudio ipso gaudet. Deni〈que〉 cum finito pulchro & bono finite lætemur: certe infinita pulchritudine bonitate〈que〉 innumerabilium formarum bonorum〈que〉 fonte infinite gaudemus.

Gustus animi amaro corporis humore infectus diuinorum saporem aut nullo modo et vix aut rarissime gustat.

(S)ed tanti huius gaudii vix & raro admodum ha nimium miseri in terris participes sumus. Et nunc quidem exilem quandam eius vmbram ac momento prætereuntem nostræ mentes egrote percipiunt. Quarum naturalis gustus proh dolor amaro corporis huius humore nimium est infectus. Vnde efficitur vt cœlestis ille saluberrimus〈que〉 sapor vel non sentiatur vel offendat interdum vel leuiter breuiterue delectet. Acutius inter nos aliquando gustant vehementius〈que〉 & diutius oblectantur qui magis sordes labem〈que〉 corporis morum contemplationis〈que〉 studio a natura mentis abstergunt: sed pauci quos equus amauit iupiter aut ardens euexit ad ethera virtus. Qui nam isti sunt o amice? Hi certe sunt quibus a vitæ magistro dicitur. Iterum videbo vos & gaudebit cor vestrum. Gaudium vestrum erit plenum: nec a nobis vn〈que〉 auferetur.

Tertius contemplationis platonice gradus. Cur anima in corpore difficile diuina cognoscat: & quod sit immortalis.

Primum mentis obstaculum ad lucem intelligibilium intuendam quia est coniuncta corpori.

(I)gneus est ollis vigor & cœlestis origo: Seminibus quantum non noxia corpora tardant: Terreni〈que〉 hebetant artus moribunda〈que〉 membra. Hinc metuunt cupiunt〈que〉 dolent gaudent〈que〉 nec auras Respiciunt clausæ tenebris & carcere cæco. Quid in his carminibus. Platonicus Maro noster voluerit videamus. Anima tenebroso corporis huius carcere circunsepta mirabile veritatis lumen & vera quæ mirifice nullo refulgent minime percipit: quia minimam ad illud habet proportionem. Defectus autem proportionis huiusmodi tribus ex causis prouenit. Prima est. Quoniam anima forma quædam est coniuncta corpori. Illud vero lumen est forma pœnitus a commertio corporum segregata. Huc tendit quod inquit in methaphisicis Aristoteles. Intellectus noster se habet ad illa quæ in natura clarissima sunt tan〈quam〉 noctuæ oculus ad solis lumen. Ad idem spectat quod scribit in methaphisicis Auicenna. Quemadmodum paralitici lingua oppressa quodam humore: certum gustum saporis amittit. quo expurgato recipit gustum: ita intellectus humanis ob corporis mortalis coniunctionem quasi paraliticus. id est naturali eius sensu orbatus est ad illa quæ incorporea penitus sunt & æterna. At〈que〉 sicut humor linguæ actum gustandi adimit non virtutem quod in eo apparet qui iam purgatus gustandi recipit actum: ita corpus actionem intel

lectus circa incorporalia interturbat sed potentiam non disperdit. Sed ex eo coiicimus: quia quanto longius animus tam morum cultu quam speculationis frequentatione se a corpore seuocat tanto clarius incorporalia cernit. Atque vna cum his etiam semetipsum qui etiam ipse est incorporeus quandoquidem actione sua & affectu quodam innato aliquando corporum transcendit ordinē atque virtutē.

Secundum obstaculum ad intelligibile lumen: quoniā animus ad corpus afficitur.

Altera causa qua proportionem quam ab initio diximus impedit est eiusmodi quod anima coniuncta corpori cū eo pacto quo hic ē naturaliter moueatur & agat: certe naturalē conuertit affectum in primis ad corporalia. Qualis affectus eam ab incorporalibus longe diuertit

Tertium obstaculum ad intelligibile lumen. Quoniā animus vertit aciem ad corporea.

Tertia quod aciem cognoscendi frequēter vertit ad sensū & sensibilia eorūque imagines in phantasia recōditas. Hæ vero imagines tanquam nubes quædā vsque adeo aciem mētis obumbrāt vt lucē intelligibiliū mirabilē nō discernat: dū splendorē eorum vt plurimū nō in seipso sed in his nubibus intuetur. Vbi iā a seipso degenerantē & quasi corporalē iā factū aspicit & ob hoc neque verū ipm videt neque clarū: Sed imaginū caligine obfuscatū. Similis aūt videtur hæc affectio mētis oculis rubra obtalmia laborantibus. Quibus lux nō clara sicuti ē sed rubra videtur colores quoque in luce nō quales sunt sed rubri. Sunt etiā nōnulli quorū animus aliquando ita & corporis cōtagione & corporaliū nebulis obfuscatur vt rerū spiritaliū radios omino nusquam videat instar oculi qui opprimitur chataracta Cæterū quādo corporales hæ sordes quodāmodo abluuntur ab animo incorporalia aliquantū perspiciuntur: Quādo vero penitus diluuntur subito intelligibile lumen intelligibiliū omniū radiis plenū intelligētiæ oculis sese prorsus infundit. Quod quidē vbique ē & natura sua intellectualē oculū cū primū fuerit purgatus illustrat sicut lumen visibile visum. Atque sensibilia omnia multo clarius in luce intelligibili tanquam in primo fonte refulgent quam in luce quæ reuera illius ē vmbra. Meminisse vero oportet Animam & occupatam in mole corporis fabricanda regendaque & in diuersas actiones distractam perturbatam ad spiritaliū radios aut nullo modo aut vt plurimum neglecte & leuiter aciem vertere. Adde & oblique Quippe etiam quando paulo attentius pro viribus aspicit: quia ipsa cō iuncta est corpori sæpissime ad coniuncta se flectit. id est a corporalium nubes in phantasia volantes. Phantasia etiam radios spiritaliū cum primum menti subrutilant corporalium simulacris induit: ideoque mēs aut nullo pacto aut vix obscureque videt: Sed quando & seiuncta est a corpore & a corporis labe mundata ad incorporalia solum tota intentione conuertitur. Quorum vberrima luce refulget ad votum. Cuncta in ea

clare discernit tanq̄ & clarissima in seipsis & intelligentiæ intima. Hoc aūt assequitur quando pfectio tpis orbe incretam exemit labem purū q̄ reliquit ethereū sensum atq̄ aure simplicis ignem.

Ratio immortalitatis animi q̄m intelligis incorporea sine corporis instrumēto. Attingit formas separatas: separatq̄ cōiunctas.

q Vod autē animus noster queat fm substantiā separari a corpore atq̄ deinde in seipso manere: ex hoc in præsentia intellexisse sufficiat q̄ intellectus agit: sine vllo instrumēto corporeo q̄n. s. p omnia corporalium genera speciesq̄ discurrens adscendit inde superius ad ordinē spiritaliū illacq̄ i genera sua speciesq̄ distinguit. Per instrumentū vero corporeū quod etiā particulare esset nō posset nisi corporea & particularia cōpræhendere. Si absq̄ corpore pōt agere potest & seorsum ab illo viuere atq̄ intelligere. Adde q̄ fm actionem quæ & a substantia eius est & in substantia pmanet: ipse nō modo attingit quæ separata eternaq̄ sunt q̄n inuitus etiam phantasie fallaciis probat talia quædam in rerum ordine esse debere: verum etiam vi sua sepat a materia formas: quando in rebus naturalibus secernit a singulis speciei cuiusq̄ naturam. Plotinus & Proculus aiunt q̄m essentia actionis & principium est & fundamentū: ideo mentem quæ actione se a corpore seuocat abstrahēdo posse multo magis fm essentiam seorsum a corpore viuere. Themistius arbitrat̄ difficilius esse naturas separare cōiunctas q̄ formas pcipere sepatas. Vnde cōcludit intellectū posse sepatas formas attingere quandoquidem cōiunctas naturas p arbitrio sepat.

Ratio immortalitatis animi ex pportione ad formas separabiles atq̄ ex accessu ad separatas.

n Ature hmōi naturalia familiariaq̄ obiecta sunt intellectus humani q̄ diu naturale hoc corpus inhabitat. Continue nam & naturali quodam instinctu intelligit eas a singulis separando. Vnde inter hunc & illas necesse est vt pportio sit nō parua. Ex quo cōcludit̄ intellectum esse ea conditōe corpori iunctum vt sit separabilis: immo etiā iam quodāmodo separatus: q̄nquidem obiecta eius domestica sunt species cōiuncte quidē singulis sed nō vt cōiunctæ: immo vt separabiles atq̄ sepate. Nempe cōis intelligendi modus hic est vt quando phantasia hoiem hunc & illum imaginat̄: tunc intellectus ptermissis mortalibus homis accidētibus prætermisso hoc situ tpeq̄ & illo ad humanitatem ipsam se conferat singulis cōmunem: hoibus vbiq̄ semp q̄ vigentem similiterq̄ in aliis speciebus. Maxime vero tūc separatus apparet q̄n interdum vltra cōditionem qua hic habitat species illas rerum naturaliū resoluit prorsus in rōnes ipsas ideasq̄ sup naturā ab omni materia pœnitus absolutas. Et sicut ab imagine in phantasia reperta ante naturali quodā intuitu pcessit ad speciem abstrahēdo sic deinde a specie argumentādo ad speciei rōnem prorsus eternā. Videlicet q ane

cessarium sit naturā in multis vnā a forma vna sup multitudinē ꝓficisci

Ratio immortalitatis animi quia intelligit non nihil: ad cui⁹ intuitum ꝓprium phantasma aliquādo non est necessariū.

p Rofecto quoniā ab essentia prouenit actio semper qualis essendi conditio ēst talis agendi atq̄ conuerso. Q̄zobrem animus noster quia nunc ita iunctus est corpori vt separabilis sit aliquādo & vt permaneat separatus: ideo cognoscēdo q̄muis conditione loci incipiat a singulis rerum formis om̄ino materiæ iunctis: tamen deinde procedit ad species cōiunctas quidem effectu: sed & sua quadam natura & virtute intelligētiæ separabiles. Tertio vi sua discussis a se parump phātasiæ simulacris ad rationes iam separatas. Quas in rerum ordine omino absolutas existere nunq̄ excogitare posset nisi saltem ad breuissimū tempus ab acie phantasmatum nubes expelleret. Sed cito ob regionis huius naturam consuetudinēq̄ congregatæ iterum nubes cœlestiū impediunt claritatem. Ex illa autem subita abstractione coniiciunt methaphysici posse intellectum aliquando absq̄ phantasmatibus intelligere. Vnde etiam sequitur posse seorsum a corpore viuere & clarissime intelligere.

Anima in corpore ſm platonicos ꝓcedit cognoscendo a singulis ad species a speciebus ad ideas: Extra corpus cōuerso ꝓgreditur. scilicȝ ab ideis ad species a speciebus ad singula.

v Erum quando separatus animus est ꝓgredit̄ aliter q̄ in corpore. Nam in corpore animus a singulis ad species a specieb⁹ trāsit ad rationes. Separatus autem contra. Nempe a familiarib⁹ suis uaturaliter tunc incipiens in diuinis rationibus naturali intuitu naturales videt species ac in speciebus quasi subita quadam argumentatiōe & tamen momēto inspicit singula. Hinc circulus ab eo fit a tempore ad æternitatem ab æternitate rursus ad tempus. Ergo quemadmodum ita coniunctus materiæ fuit vt separabilis foret & aliquando separatus existeret. sic deinde ita separatus existit vt rursum iungibilis sit & aliquando vinctus. A naturis ꝓcedūt vires. Naturæ a viribus indicant̄. Nam ab infinita potentia sapientia bonitateq̄ regitur. Non igit̄ frustra vires sunt naturales. Hac argumentatione ad animorum circuitum sempiternum vti verisimiliter fortasse possunt platonici. Eadē verissime ad corporum humanorum resurrectionem hebrei christiani maumetenses vti posse videntur.

Quod obscure animus in corpore tam clare extra corpus intelligit incorporea.

p Roinde anima dum in materia & quodammodo sub tempore vitam ducit: naturales formas in materiæ infimæ videt vmbra. Supernaturales autem formas vt plurimum sub naturalium videt eclypsi. Quando vero extra materiam & super tempus agit vitam:

tunc supernaturales quidem formas in summæ formæ lumine conspicit Naturales autem sub radiis supernaturalium intuetur. Tunc igitur omnia clare omnia nunc obscure. siquidem temporalia nõ aliter percipit quam per eorum ymagines sensibus baustas in eisque quasi purgatas. Non enim aliter inter bæc & animã est proportio. Ad æterna vero quamdiu imortali corpore occupata est: difficile parumque conuertitur: & cõuersa occursu imaginum corporalium sæpissime allucinamur & fallitur. Hinc illud Platonis nostri mysterium in phedone. Animus in alio viuens. scilicet in corpore per que aliud aspicẽs. scilicet per sensum pbenestras atque pbantasmata. Aspiciens inquam quæ sunt in alio id est tã spes in singulis quam formas singulas in materia nibil vsque clare discernit. Quando autem viuens in se per se aspicit: atque in se illa quæ sunt in seipsis. id est rationes rerum quæ dum in summa omnium ratione sunt in seipsis existunt: tunc omnia clarissime perspicit quia & intima & clarissima quæ tanto fulgentiora in se & illi sunt quam ista quanto puriora veriora potentiora.

Præstantior sensus est in pbantasia quam in verius. longe præstãtior in mente quam in pbantasia.

SEd nunquid illa sensibus compræbendit? Sensibus certe quibusdam. Sensuũ videlicet sensu. Quoniã præter sensus illos quos in ætbereo animæ vebiculo exerceri platonici opinãtur: sunt & sensus nonnulli admodum clariores quibus vti mens potest etiã absque corpore. Sane quinque sensus qui in neruis & spiritibus exercentur emanãt ab iis qui vigent in pbantasia. Sed in bac quinque illi sensus vnus sũt amplior illis & perspicatior. Adde & stabilior: seruat enim quæ illi non seruant. Vnus est rursus in mente tanto latior stabilior perspicatior quam in pbantasia quanto mens præstantior est quam illa. Si latior est nimirum vltra illa rerum porrigitur genera quæ sensibus & pbantasia compræbẽduntur. Si stabilior est etiam seruat diutius quam pbantasia: Si perspicatior cernit clarius splendidius quam illi cernit & quam illa: Cernit inquam interdum per illos & per illam imagines atque singula quando eo sese vertit. Cernit per se excitatus ab illa species & clarius quia propinquius. Inspicit in seipso se ipsum quãdo ad se reflectitur: potest autem ad se reflecti si se amat quærit intelligit. Vbi apparet prorsus indiuisibilis & inseipso consistẽs. Nam forma quæ vel diuisibilis est vel necessario iacet in alio nunquam reflectitur in seipsam. Clarissime tandem rationes discernit quando ex se ad summam omnium inspicit rationem. In qua mentis visus rationem vimque lucis videt atque colorum tanto bac luce bisque coloribus fulgentiorẽ quanto ibi scilicet in idea sua est integrior & præstantior quam in corporibus inde formatis. In qua etiam mentis auditus rationem sonorum audit sonantiorẽ consonantioremque sonis cũctis quos vel auris audire vel pbantasia queat imaginari. Eadem ratio est de cæteris intelligentiæ sensibus.

Quibus quiſquis ſuauiſſime optat frui det operam imprimis optet vt corporis ſenſibus vtatur quidem ſed non fruatur.

Qualis eſt amor talis amicitia.

Marſilius Ficinus Alamanno Donato dilectiſſimo ſuo. S. D.

c Vm amicitia quod nemo dubitat ab amore vim nomenq; accipiat: nihil enim aliud ē amicitia q̄ mutuus amor ſtabili quadam: id eſt honeſta conſuetudine confirmatus: cōſentaneum vt qualis eſt ipſe amor a quo amicitia ducit̄ & dicit̄ talis quoq; ſemper ſit amicitia. Qualem igitur noſtram fore potiſſimū Alamanne dicemus? Certe cū non aliunde q; ab amore platonico cœperit haud aliter vnq̄ q̄ platonicam nominabimus. Siquidem in exponendis nuper commentariis noſtris in ipſum platonis conuiuium de amore compoſitis: ſic interim amare inuicem nos incepimus vt quam plato illic veri amoris ideam fingit: ipſi iam in nobis effinxiſſe atq; perfeciſſe videri poſſumus. Ab hoc ipſo deinceps amore Platonico platonica quædam amicitia naſcitur: quæ in almo muſæ vraniæ gremio concipitur alitur: augetur. Ea quandoquidem a muſis originem ducit nihil redolet nihil ſapit vnq; niſi muſicum & conſonans & concinnum. Huic vni beniuolētiæ: vt eſt apud Platonem: plus fidei eſt habendum q̄ vlli neceſſitudini vel conſanguinitati. Ergo quid dubitas vlterius alamanne? Vtrum plato noſter plures vno in corpore animas eſſe voluerit. Tantū abeſt q; in vno ſint plures vt ſæpe quodammodo vel contra contingere videatur: quando videlicet vnam ferme in pluribus amicorum corporib⁹ animā platonico amore conflante pſpicimus. Sed de his hactenus Venio iam ad ea de quibus interrogas.

Secundum platonem vna in homine anima eſt tres in anima vna vires.

q Veris nunquid paripateticis illis adhibenda ſit fides qui platonem q; plures in homine animas. ſcilicet rationalem iraſcibilem concupiſcibilem collocauerit calumniari non dubitant. Reſpondeo æquidem vnam tantum eſſe animam: per quam pluribus eius viribus hæc omnia facimus. Quemadmodum corpus ignis vnum tribus qualitatibus ſufficienter agit tria. Luce enim fulget atq; illuminat: Leuitate celer aſcendit: calore calefacit & vrit atq; in qualibet ignis particula pariter tres hæ qualitates vigent: ſuntq; loco ſimul quadam tamē inuicem proprietate diſtinctæ ſic animæ ſubſtantia vna eademq; ſufficienter poſſe videtur tribus eius virib⁹ officia exequi tria: videlicet ratione tanq̄ luce quadam verum bonumq; a falſo maloq; diſcernere. Appetitu inſuper quaſi leuitate ad ea quæ ſibi placent facilime ſe conferre. Animoſitate rurſus iracundiæq; feruoreq; ceu calore quodam in ea vel cōſumēda vel propellenda efferri quæ aliquando ipſam ab eorū quæ petit con

secutione impedire posse videntur. Quid phibet: Quominus vna sit anima viribus tribus munita: quæ q̃uis pprietate inuicem discrepent vbiq; tamen in eadem anima simul sint vbicunq; tota simul est anima.

Sed operepretium est platonem ipm audire in quãto de rep. libro ita hac de re disputantez: vt hoc ipm habeat certum: animæ. s. substantiam esse vnã: vires vero eiusmodi simul in anima plures. sic em̃ inquit. Res vna eademq; cõtraria quædã aut agere aut pati eodem tpe fm idem & ad idem nũq̃ põt. q̃ si quid moueri simul & quiescere videatur aut id p aliam quidem sui partẽ mouebit̃ p aliam vero quiescet ceu si quis alteram manũ moueat altera quiescente. Aut certe rõne alia mouebit̃ alias vero nequaq̃: Queadmodum spera in rectũ quidẽ nõ mutatur sed interim rotatur in orbem dum fixa pmanet circa centrũ. Ergo centro manet circũferentia voluit̃. Sed iam ad naturam animam veniamus Sitientes anima put sitit nihil aliud q̃ bibere cupit: atq; ad id put sitibunda est solum impellit̃. Siquid igitur ipsam interim retrahat sitientem aliud certe quiddã in anima ipsa erit p̃ter vim illam quã diximus sitientem quod illam a potu quasi bestiã retrahat. Res em̃ vt supra diximus vna eademq; nunq̃ p eandẽ sui partẽ circa idem simul cõtraria pagit. Nam quo pacto manus vna sagittarii vnius arcum vnũ vno momento intẽdit simul atq; remittit. Videmus aũt sitientes nõnullos aliquando bibere nolle: horũ igitur anima habet in se aliquid quod impellit vt bibat. Aliud rursus quod potum vetat & impedit. Illud cõcupiscentiã. Hoc rõnem appellare solemus. Quobrem cõcupiscentia atq; rõ diuersæ inter se esse videnẽ. Diuerse quoq; sunt inter se cõcupiscẽdi vires & irascendi. Sæpe em̃ rõ iubet nõnulla a quibus appetitus abhorreat: vt in medicinis: laboribus piculisq; subeundis apparet: sed iracundie vigor nõnunq̃ excitus vtpote qui tunc p rõne capiat arma: efficit tandem vt ignaue cõcupiscentiæ indignati quod rõ mandauerat inuita cõcupiscẽtia agamus atq; patiamur. Preterea qũ ratio pugnare nos p patria iubet appetitus in ipso prælio somno famæ siti puocatus nos a prælio ad mollitiem & cõuiuia reuocat. Iracũdia vero dum in hostes inuehitur inuita cõcupiscẽtia rapit ad prælium. Quod aũt alind quoddam sit vis irascẽdi rõ aliud quis nam modo rõnis cõpos sit ambigat: Nempe in bestiis cum sit ira nulla est rõ. Rursus in pueris ferme statim natis feruescit ira. Rõne aũt serius vtimur. Præterea sæpe ira ad vlciscẽdũ nos impellit. Sed rõ phibet. Cum vero tam ira q̃ libido a rõne differãt libido tñ magis q̃ ira videt̃ a rõnis dignitate discedere: tum quia ad viliora detorquet. tum qa ira sepe aduersus vilẽ libidinis impetum indignata rõni opitulat̃. Libido vero nunq̃ aduersus irã rõne fauere videt̃. Hæc Plato. Ex qbus apparet Platonẽ nõ tres anias sed tres vires in vna hois aia posuisse.

Marsilii Ficini Florentini: Quid sit lumen in corpe mũdi. In ania: In

angelo: in deo. Ad phœbum Venetum clarissimũ oratorem.

Alue semp̱ in vitæ lumine phœbe noster. Salue phœbe cœlestis
s nõ externa sed intima luce clarissime. Cum sup̱ioribus diebus
Marsilii tui mẽs platonici solis radiis quasi seminibus qbusdã
ꝓ viribus grauida parere inde solez̷ eniteret̃ infœlix nimiũ nescio qua
ſter ilis imbecillitate nature ꝓ sole peperit lunã alieni luminis indigã.
Ergo platonici solis natũ tenebris meis obscurũ q̃ primum platonico
phœbo dicabo: vt eius saltẽ radiis illustret̃. Tu vero accipe libẽter quæ
tua sunt clarissime phœbe. Et quia iure sunt tua ingenti splendore tuo
redde obsecro clariora.

Quisq̃ sensus attingit obiectum solum sibi cõueniens.

Di maxime oĩm tenebras quarũ culpa displicẽt mihi q̃cũq̃ dis-
o plicẽt vel ꝗ cũ illis sint vel ꝗ ab illis labẽtia relabãt̃ deprimãtq̃
ad illas. Amo ante oĩa lumen cuius gratia & cætera diligo vel
ꝗ cũ illo sint vel ꝗ ab illo fluẽtia refluant reducãtq̃ ad illud. Ergo nun
ciate mihi mei sensus qui cætera pœne innumerabilia nũciatis. Nunci
ate mihi obsecro quid sit lumen. Respõdet auditus. Aereus sum satis
esto si sonos tibi æreos nunciẽ. Respondet & odoratus: equidem non
sum adeo lucidus. Vapore⁹ sum a me disce vapores. Quid aliena quæ-
ris a me gustus ait. Nato equidẽ in liquore indico tibi liquores. Noli
a me dicit tactus extorquere quod nequeo corpulentus sum. Corpu-
lenta nuncio. Altius quære lumen.

Descriptio luminis visibilis.

Inc admonitus ab infimo quo ceciderã ad altissima mei corpo
b ris nunc ascendã: vt inde lumen leuius altiusq̃ cũctis accipiam.
Eya agite oculi mei lucẽtes p̱ lumẽ illud obsecro quo p̃ cæteris
immo quo solo delectamini tm̃ indicate reginæ nostræ rõni quid sit lu
men. Respõdet subito visus splendidus ego spũs sum & splendor sum
spiritalis. Quo circa cũ a me iure ꝓpria officia postules largior libẽtissi
me quantũ habeo. Lumen est spiritalis quædam & subita & latissima a
corp̱ibus naturæ eoꝝ sine detrimẽto ꝓprio emanatio. Nitoris sc̷ cuius
dam a diaphanis .i. transpicuis. Coloris aũt ab horũ oppositis. Quanti
tatis figuræ motusq̃ ab oĩbus. Congrega in vnũ genus omne colorũ.
Quid erit hoc vniuersũ? Nisi lux quædã omnicolor: siue lumẽ factũ in
solidiore obscurioreq̃ materia terre iã opacũ Segrega terrã illi p̱mixtã
Quid erit reliquũ? Nisi qualitas quædã immo claritas actusq̃ p̱spicui
sicut color est actus opaci. Color quidẽ lux est opaca. Lux aũt color cla
rus immo p̱spicui corp̱is colorũq̃: flos quidã vigorq̃ quasi vnicolor
actu virtuteq̃ omnicolor.

Nihil clarius q̃ lumen ac deus. Nihil obscurius.

Dumbratio hæc est o mei oculi potiusq̃ pictura. Nihil vnq̃ au
a diui obscurius definiri. O rẽ valde miram. Quo nã pacto fieri

potest: vt nihil sit obscurius lumine. Quo nihil est clarius quando per illud clarent declaranturque oia. Ascendam igitur hinc ad sublimen mentis speculam vt saltem hoc videã inde præter quod aliud quicque alicubi videre nõ possum: o mens quæ recte cuncta metiris dicito mihi nũquid forte lumen est ipse deus: quo etiã nihil clarius est nihil obscurius Nihil clarius quam deũ esse: esseque ad summũ potentẽ sapientẽque & bonũ Hoc eñ auribus nostris quæcũque ab eo sunt facta ꝓclamant: vt nemo sit surdior illo qui tñ rerum omniũ sonitum strepitumque nõ audit. Nihil cõtra obscurius quam quid sit deus vt nihil sit tenebrosius illo qui sibi opinatur hoc esse clarissimum.

Lux intelligibilis est intelligibiliũ causa visibilis visibilium.

Respondet mens: deum esse patrẽ luminũ. Apud quem non est transmutatio p quã extinguatur vel minuatur. Neque vicissitudinis obumbratio p quã vel vicissim subeat noctem vel patiatur eclypsim: Respondet rursus deum esse lucem in qua tenebræ non sunt vlle. Idem formã in qua nihil est informe. Formositatem quoque in qua nihil est deforme. Deus certe sicut mens quæ radius eius est monstrat lux est inuisibilis: Infinita. Veritas veritatis eiusque rerũ oim causa. Cuius splendor. immo potius vmbra est lux ista visibilis atque finita causa visibilum. Quoniã vero lucis veritatisque natura est vt cæteris alia vere declaret deo cuncta p se vere clareque cõspicua sunt. Perinde ac si visibilis lux cum sit colorũ visibiliumque fons se ipsam intueatur tanque omnicolorẽ: atque in se colores oẽs sensibiliaque oia videat.

Lumen visibile rationale intelligibile diuinum.

Erum ad tam sublimẽ speculationẽ haud tam repente ꝓsiliẽdũ sed gradatim ascendendũ mens admonet: ne caligari cogamur ac splendore nimio occecari. Noli rõ confidere sensibus. Visus tibi nõ satis nunciat: cæteri nullo modo. Visus quia sensualis lux est tãtum sensibilẽ accipit datque splendorem. Atque conuersio quia sensibilem accipit datque splendorem hunc sensualem quandã lucẽ esse cognoscis Vltra vero inde nõ licet ꝓgredi. Sed hinc a me discito primum quidẽ me scilicet intelligẽtiam esse lumen quoddã intellectuale quãdoquidẽ obiectum meum est intelligibile lumen: quod in qualibet re & querenda quæro & reperta reperio. Siquidem lumen cuiusque rei & ipsius veritas idem. Veritas est lumen intimum: lumen veritas se ad extima fundens. Discito deinde te scilicet rationem esse lucem quandam rationalem rationemque lucentẽ postque rõnem lucis tanque originem tuam ratiocinãdo tanta auiditate ꝑquiris. Sed vis rationem lucis cõmodius assequi: Induce cuiuslibet rõnis eam querito. Ibi est ratio lucis vbi & omnium: in veritate summa quæ & ipsa summa certitudo & claritas est reperies veritatem lucis & claritatem. Siquidem idẽ est huius lucis quã quæris claritas atque veritas. Quid lux in deo: Immẽsa suæ bonitatis vel

ritatisq; exuberantia. Quid in angelis? Inteligentiæ certitudo adeo mānans ꝓfusumq; gaudium voluntatis. Quid in cælestibus? Copia vitæ ab angelis. Virtutis explicatio a cœlo. Risus cœli. Quid in igne? Vitalis quidam vigor a cœlestibus insitus & efficax propagatio. Deinde in iis quæ sensu carent effusa cœlitus gratia. In sentiētibus exhilaratio ipsius spiritus sensusq; vigor: In omnibus summatim intimæ fœcunditatis effusio. Vbiq; diuinæ veritatis bonitatisq; imago.

Ad numinum gaudinm cœlestes ipsorū oculi rident splendore motuq; gestiunt.

Ostq; videmus a cœlestium radiis qui a supercœlestibus ꝑ cœlestia tanq; per vitra quædam ad nos descendunt cunctis dari ꝑfectionem suam vitam sensum certitudinem gratiam atq; læticiam? Necessarium est lucem in spiritibus super cœlum esse formæ ipsorū ꝑfectionē. Fecūditatē vitæ. Perspicatiā sensus. Clarissimā verissime intelligētiæ certitudinē. grāe copiā: gaudii vbertatē. Horū oīm imago est splendor cœli: imo ad horū claritatē tanq; vmbra qa minus pōt corpus cœli exacte claritatē spūs imitari q; terra cœli fulgorē. Ad spūum celestiū mirabile gaudiū cœlū q̄si corpus eorū imo q̄si oculus eorū: oculū eñ orpheus solē appellat ridet splendore motuq; exultat: sicuti terra tanq; ab illis remotissima luget tenebris situq; torpet & ocio. Neq; eñ putādū est cœlū moueri vel vi aliq̄ vel defectu. Cuius motus natura ꝑpetuus est locūq; naturalē nō relinqt. Substātia q̄z absolutissima a qua nihil discedit sui: sed quodā excessu læticie ob quā gestiens qescere nesciat. Ad gaudētiū numinū cantū vt pythagorici arbitrant̄ speræ coreas ducūt. Vñ ordinatissimis variisq; motibus mirabilē cōficiūt harmoniam. Ad astrorū risum q̄ ꝓcipue radiis indicat̄ ridēt oīa q̄ sub cœlo sūt quæ sup terram. Ad tenebras tanq; ad tristiciā oīa merēt. Solemus eñ ridētibus cōgratulari flentibus cōtristari.

Risus cœli ex numinum gaudio ꝓficiscēs id est lumen omnia fouet atq; delectat.

Vod lumen sit risus cœli ex spirituū cælestiū gaudio ꝓficiscens indicant hoīes qui quotiēs lætant̄ spū ridentq; vultu splendēt certe intus dilatanturq; spū vultu quoq; splendere vident̄: oculis maxime qui maxime sunt cœlestes quiq; in risu motū cœli instar efficiunt circularem. In lugētibus aūt cōtra: obtenebrant̄ restringunt̄ torpent oīa. Radii vero ex stellis ridentibus tanq; diuinarū mentiū oculis benignissime lætissimeq; directi in semina rerum nō aliter oīa fouēt generantq; q; struthii aspectus in ouum. Illorum eñ virtute calor naturalis cunctis inseritur. Vnde vita oritur alitur augetur. Hinc fit vt oīa voluptatem appetant qa nō modo voluptate terrena sed etiā cœlesti læticia generantur. Quis dum neget numina læto quodā affectu oīa mouere ac gignere? Cum videamus & ab aīalium natura & ab arte oīa voluptate ꝓcreari ac ꝑfici.

Aliud lumen est. Aliud calor. Atq; lumen antecedit calorem.

q Vod aliud fulgor sit aliud calor perspicuũ est. Nam fulgent siue nitent que non calent ac etiam frigida multa. Calida sunt etiam multa quæ fusca. calor ignis penetrat sæpe qua non transit splendor: ꝓpagatur & splendor longius ciriusq; multo q̃ calor. q; sit calor a lumine inueniet quisquis cogitabit etiam in spiritibus intelligẽtiæ claritatem origine quadã antecedere voluntatis affectũ & in mũdi machina solis radios sequẽtis caloris originem esse.

Lumen est quasi spiritale quoddã. Et spiritus sunt lumina quædã.

q Vod lumen spiritale quoddam sit potiusq; corporale ex eo constat quia passim sine tempore ꝓpagat̃. Sine offensione implet perspicua corpora. Sine sui inquinamento se sordidis circũfundit. Præterea corporibus his facilius se largitur quæ longius a corpulẽta mole discedunt. Vnde purissima corpa cœli & ignis vt platonici putant in se lucent. Aer & aqua ab illis. Interiora terræ neq; ex se nitent neq; ex illis. In supficie terræ lumen mixtionibus diuersis elementorũ quattuor maxime. terrenis infusum diuersorum colorũ induit formas: quasi corpuscula quoru; quasi quædam animulæ sunt scintillæ luminis illis infusæ. Quas si ab illis mixtionib⁹ segregaueris atq; seruaueris videbis forte quales sint rationales animæ a corporibus separatæ. Sũt eñ lumina quædam olim in corporibus cõfusiora sed iam in naturã ꝓpriam restituta idoq; clarissima. Sic enim corpus ab anima diuersissimũ illi quasi eclypsim obducit sicut luna cũiuncta soli: imo vero sicut mixtio terrena a cœlo alienissima cœleste lumen reddit opacum: facitq; colore; ex lumine sic corpus circa animã reddit ex intelligentia sensum.

Lumen in deo: In angelo: In ratione: In spiritu: In corpore.

v Erũ vt redeam⁹ illuc vnde digressi sumus cœlũ q̃uis in se nõ tamẽ ex se sed ex superiorum claritate & gaudio refulget & gestit ceu oculus ex spiritus claritate animiq; letitia. Spiritus autẽ letatur maxime claritate sua solisq;. Animus claritate spũs atq; mentis. Videtur autẽ lumẽ hoc esse mens refulgens per corpus perspicuũ quasi vitrum & inde iam facta visibilis. Mens autẽ lux in se ob nimiã vbertate; tenuitatẽq; pœnitus inuisibilis. Deinde lux in mẽte ẽ veritas gaudens gaudiũq; verũ. Tertio lumẽ a mẽte in corpib⁹ ẽ quædã veritatis rerum sensibiliũ declaratio. Pulchritudinis flos: oblectatio sensus. Sed repete recti⁹ lumẽ ĩ diuina mẽte ĩtelligẽtiã supeminet. Inde angelici mẽti lumẽ idẽ infusũ secũdũ ĩtelligẽtiã reddit̃ ꝫ sup terminos rõnis. Diuinum hoc angelicũq; lumẽ in mẽtibus hoim secundũ rationẽ iam euadit Sed superat phantasiam. In spiritu secundum phantasiam: super sensuum In corpore vero maxime oculis quasi cœlestibus animæ stellis sensui iam familiare fit sed non materiæ. In omnibus mentibus lumen est vita exuberans. Veritas clara certaq;: leticia plena. Inde in corporibus est diui

uæ explicatio & effusio vitæ. Declaratio veritatis rerū & auctoris gra/
tia formæ: voluptatis incitamētum. Empedocles & Zeno volunt quē
admodum se habet ad carbonem flama: sic quodammodo se habere lu
men ad flamam. Atq flamam esse quasi lumen densum. Lumen vero
flamam rarissimam: vitāq cunctorum. Plotinus & Proculus arbitran
tur lumen esse visum quendam aspectumq numinū p radios cœlestiū
oculorum pcul emissum. Atq esse spiritum quendam diuinū: qui &
omnia videat: & quātum in se est ab oibus videat. Addunt eiusmodi
spiritum extingui nusq sed sidera sequi.

Lumen est vmbra dei. Deus est lumen luminis.

Eniq lumen est quasi numen quoddā in mūdano hoc templo
d dei similitudinē referēs. Adeo vt Plato noster in libris de rep.
hoc ipsius boni filium nominauerit. Est enim instar dei aspectu
ante omnia venerādū. est & amplicatio quædā subita & latissima absq
detrimento sui exuberāte bonitatem largitatemq suā cunctis sese libē
tissime & fœlicissime largiens. Causa conseruatioq & excitatio omniū
q uæ nascuntur. Proinde ad vitā veritatem lætitiā: vn descendit cætera
subleuat. Absq huius præsentia mori cuncta videntur. Huius autem
præsentia reuiuiscere. Atq id quod optimum est diuinū humano ge/
neri cōmemorat cultum: vt neq impii negare audeant esse deum: cui9
simulacro sensibus nihil est clarius. Neq flagitiosi vel latere oculū vel
effugere manū eius se posset confidant. Cuius simulacrū est ipa claritas
Ac velocius q dici possit mometo p oia dilatat. Vnus in oibus & sup
oia de9. Vnū in oibus & circa oia lumē. Lumē reb9 a deo factis est qdā
diuine claritatis splēdor. Atq vt ita loquar est deus quasi seipsum fini/
ens & ad operum suorum capacitatem sese accōmodans. Deus autem
ipse est lumen immensum in seipso consistens ac p se in omnibus & ex/
tra omnia p immensum. Fons ille vitæ in cuius lumine vt ait Dauid vi
demus lumen. Oculus quoq quo omnes vident oculi: & vt inquit or
pheus oculus qui cuncta in singulis inspicit. Ac reuera omnia cōspicit
in sesplo dum esse se pspicit omnia. Vale fœlix vna cum diuino senatu
vestro clarissime phœbe. Saluta Marsilii litteratorumq omniū nomi/
ne Bernardum bembum venetum immo etiam Florentinum populi/
q nostri delitias.

FINIT LIBER SECVNDVS.

Probemium libri tercii.
Exbortatio ad bellum contra barbaros.

Marsilius Ficinus Florentinus Matbie fœlicissimo Pannoniæ Regi in pace securitatē in bello victoriā in victoria gloriam sempiternam vaticinatur.

Lato noster pbilosopborū pater rex fœlicissime Xenocratem Dionemq; dilectos discipulos suos viros quidē sanctos: sed paulo seueriores tristioresq; q̄ decere pbilosopbos videret sæpe monere solebat vt gratiis sacra diligētissime facerēt: quo gratiosiores iocundioresq; redderent. Quod aūt platoni nostro quondā erga discipulos duos agendū fuit idem mibi nunc erga geminos epistolarū mearū libros quasi liberos meos video faciendū. Videor equidem frigido quodā vt ita dixerim semine grauidus bos aliquāto seueriores q̄ epistolares liberos deceat peperisse. Quis em̄ in seculis regionibusq; ferreis aurea vnq̄ opera vel argentea condat? Quobrem platonico more iā iubeo eos nō modo sacrificare gratiis verum etiā iis sese tota mente vouere. Quo gratiosiores vrbanioresq; euadāt. Ecce iam igitur nōne vides? Repente nescio quo numine scio certe fœlici quodā spū rapti versus excelsum palatium tuum tanq̄ ppriā gratiarū edē iter arripiunt sperātes vt arbitror pænes te solum gratiarū trium.i.equi Iouis almi pbœbi: venuste veneris splendore gratissimo circūfundi. Vnde tristiori illo statim vultu mutato clariores post bac lætioresq; intuētibus admodū videant. Tu vere præcor rex fœlicissime marsilianos filios dum sacrā supplices edem istā ingrediuntur lætis vegetisq; oculorum tuorum radiis sicut cætera soles inspicias. Sic em̄ & ipsi mibi quidē q sint solum: regie vero maiestati q pulcri sint omnino debebunt. Atq; ego duci meo platonici qui solum principē illum venerari iubebat in quo excellens sapientia cum summa potentia iungeret satisfecisse videbor. Neq; platoni solum ob ipsam Matbie regis inuicti venerationem sed cæteris etiam græcis pbilosopbis: immo etiā poetis: oratoribus: bystoricis scriptoribus. Deniq; omnibus proculdubio satisfecero. Hi em̄ omnes cum olim summo studio nibil aliud q̄ veram gloriā lucemq; quesiuerint tādem post multa lucis sæcula in tenebras sub seuis turcis pbdolor: stelle inquā sub truculentis feris in tenebras corruerunt. Iacent beu cœlestia liberaliū doctrinarum artiumq; lumina iam diu in lymbo: immo vero sub loco longe q̄ sit lymbus obscuriore. Et quemadmodū veteres illi sancti quandā in lymbo iacentes messiam sic & bi sapientes Matbiam quasi messiā Matbiam miseri perpetuo clamore vociferantur: qui eos a lymbo vel potius ab inferis in lucem vitamq; restituat. Matbiam non literati quos dixi tantum verum etiā nationes q̄ plurimæ in asia atq; europia sub tur-

cis immanibus quasi iudei sub impio pharaone miserabiliter seruientes Mathiam inquã tanq̃ Moysen alterum assidue clamitant: cui deus mare diuidat rubrũ: & quælibet passim inuia mirabiliter patefaciat electos dei filios ab extrema seruitute atq̃ miseria ꝓrsus liberaturo. Mathiam rursus italia pulchra atq̃ ipsa bonorum omniũ mater sancta religio assiduis vocat clamoribus eius tm̃ manibus immanes barbarorũ manus fœliciter euasura. Q̃obrẽ gemini quoq̃ liberi isti mei almã pœnes te gratiarum edem ingressi ꝑces iam tibi supplices ꝓ cõmuni omnium salute verbis eiusmodi fundunt. Surge age mathia iterum auspiciis fœlicissimis. Quẽadmodum sæpe alias fœliciter surrexisti. Surge ꝓcamur o victor hercules dum tempus adest aduersus dira hec & inmania monstra. Quæ tam nefarie depopulantur agros. oppida diruunt. Deuorant homines. Legum omniũ liberaliũq̃ artium disciplinas atq̃ id quod miserrimũ est religionẽ sanctam nõ solũ sordidissimis pedib⁹ impie calcant verum etiã quantũ in eis est ex omni hoĩm memoria delent. Vicisti Hercules monstra eiusmodi mirabiliter sola virtute sæpius atq̃ domuisti. Sed noua iamiam victoria scimus procul dubio quid loquamur immo quid tibi vaticinemur noua tibi victoria cœlo demittitur alto. Tibi certe rursum ꝓ vniuerso hominũ virtutumq̃ genere pro ipso deo fortiter pugnaturo omnis fauebit orbis totus militabit ether & coniurati venient ad classica veneri. Tibi soli deus omnipotens imperium sine fine dedit. Summus ille deus qui solem in cœlo constituit stellarum cœliq̃ regem Mathiam quoq̃ solum sub sole constituit imperium occeano famam qui terminet astris. Kl'is Octobribus. M.cccc.lxxx.

Quod fallax sit humana ꝓsperitas.

Marsilius Ficinus Bernhardo bembo oratori veneto equiti clarissimo. S.D.

SVmpsi modo calamum bembe clarissime ea conditiõe siue forte potius vt quodcunq̃ primum veniret in mentem ad te scribere. Sed forte id in primis mihi succurrit vt amico viroq̃ omnium verissimo veram salutem dicerem & optarem. Vere autem salutis initium arbitrarer nũq̃ sperare veram a mẽdace & falso salutẽ. Alioquin Bernarde charissime si quem domesticorum decies in manifesto mendacio depræhenderimus. deinde tamen iterum illi facile iterumq̃ credamus nõne digni iam ob nostram imprudãtiam iudicabimur qui totiens maximo cum discrimine atq̃ dãno fallamur ab eo quotiens fidem vlterius eius verbis habebimus: Duo ꝑcipue ab ip̃o rerum initio mendaces ꝑpetui sunt. Malus videlicet Demon primus ille rebellis a veritate. Rursus humana ꝓsperitas falsa q̃dẽ fœlicitas ac vere fœlicitatis impedimẽtũ. Sed mẽdacia Demonis haud facile redarguere possum? Terrena vero ꝓsperitas totiẽs hũano generi aptissime mẽtita iã fuisse

conuincitur quot in vniuerso temporis cursu ab initio mūdi ad nos vs
ꝙ momenta fluxerūt. Momenta vero eiusmodi apud phylosophos in
numerabilia esse censentur. Adde ꝙ in quolibet puncto tempori simu
lato risu pestiferis illecebris veneficis lenociniis pollicitationibus falsis
innumeros passim homines decipit. vt merito dici possit eiusmodi ꝓ
speritatis mendacia infinite iam plura videri ꝙ̃ puncta temporis infini
ta. Quod vero eiusmodi est haud quaꝙ̃ mendax vlterius sed ipm̄ poti
us mendacium atꝙ id quidem apertissimum est nūcupandum. Cre
damus ergo temere credam⁹ adhuc facile vt solemus ipsi vt ita dixerim
falsitati. Vt verissime miseri simus qui fidem adhuc fœlicitati falsissime:
tum imprudenter habemus fœlicitati inꝙ̃ miseros infinite iam pluries
ꝙ̃ infinite fallenti. Quisnam adeo cecus est: Quin clarissime tandem ꝓ
spicere debeat infœlicem hanc mortalium fœlicitatem tunc reuera infir
missimam esse quando tanꝙ̃ firmissimam sese nobis ostentat. Nempe
haud prius a nobis fœlicitas nuncupatur q̃ summum sui cursus attige
rit. Verum in eoipso momento in quo summa videtur & quoniam ap
paret summa ideo & fœlicitas iudicatur repente in contrariuз absꝙ mo
ra relabitur. Adeo vt quod a nobis fœlicitas nominatur sit poti⁹ quod
dam infœlicitatis exordiū. Atꝙ reuera fel intimo gustui nobis euadat:
quod primo aspectu mel similitudine quadā coloris apparuit. Quæ
ret fortasse quispiam quam ob causam potissimum ita vel natura com
paratum sit: vel sorte datum quattuor huius rei præcipue apud phylo
sophos causæ numerantur diuina cœlestis naturalis humana. Principio
diuina prouidentia statuit: terrenam prosperitatem iccirco volatilem &
fugacissimam esse ne tenere diutius nos ꝓcul a diuina beatitudine pos
set cum ne momentum quidem a nobis vnum ipsa teneri possit. Atꝙ
etiam vt morbis frequentibus cogeremur: cœlestis medici frequentius
recordari. Meminisse præterea nos in regione tam inquieta non esse tā
ꝙ̃ in patria cōstitutos: sed quasi quodam exilio relegatos. Fatalis de
inde lex syderum sic a diuina prouidētia temperatur vt in perpetuo cœ
lestium cursu quietis omnis ex parte cum primum planetæ ad summuз
vel altitudinis vel directionis peruenerint retrocedant. Præterea a sexti
li aspectu vel trino qui salutares esse censentur in quadratum vel oppo
situm qui habentur noxii velocissime perlabantur. Post hæc aūt na
turali quodam ordine ita quattuor elementa sub cœlestibus disponun
tur imo potius sperarum volatu perpetuo ipsa quoꝙ ita continue rapi
untur vt cum aut calor aut frigus vel siccitas vel humiditas ad summū
vsꝙ gradum naturæ suæ propriū intenduntur tūc neꝙ ꝓgredi permit
tat: vlterius finita natura neꝙ manere vel parumper sinat ibidem perpe
tuæ conditio motionis. Igitͬ quando q̄litates hm̄oi maxime videnͭ in
tendi: Tunc subito remittūtur. Quā quidem scelerem vicissitudinē q̄t
tuor nostroꝝ corpoꝝ humores cōplexionesꝙ sequūͭ. Hinc vt ē apud

hypocratem summa corporis valitudo fallacissima iudicatur. Nēpe apud naturam ascēsum ipm descensus ferme cōtinuo sequit. Et quæ velociter floruerūt velociter & arescunt. Postremo vberior vanæ psperitatis afflatus vanos mortalium animos inflat tumidosqȝ reddit atqȝ ægros. Hinc igitur velut ægroti delirantesqȝ sui iam ipsoꝝ obliuiscūtur sorteqȝ suā altiorē qȝ humanā rati. oīa sibi licere nihil imminere periculi putant: Qd ferme alexandro regi dr contigisse. Ergo in seipsis solutiori licentia incontinētes euadūt. circa res suas admodū negligentes. Erga hoies superbi iniurii contumeliosi. cæteri vero contra illos odio & inuidia pciti & isidias machinātur & plia parāt. Quāobrem facillime multis de causis quas intelligere qlibet facile pōt psperitas nostra turbatur. Atqȝ perinde vt iactus in altū lapis qn altissime ascendisse videt. tunc subito sine vllo tpis interuallo descendit ita fortuna quē ad summa euexit fastigia rerū statim sine mora vel iubet eum velut e monte sponte descēdere vel ipa pcipitat. Sane & grandioribus casus grauior & altioribus ruina profundior imminet. Sæpissime post blandas auras sephirosqȝ suaues repente strīdēs aquilone procella velū aduersa ferit fluctusqȝ ad sidera tollit. Quapropter philippus rex macedonum qua die & in ludis olimpicis simul & in castris victoriam reportauit atqȝ primogenitū suscepit alexandrū in tam secundo vberioris prosperitatis afflatu contrariū ventum non iniuria timens o demon ait tm bonum qȝ minimo malo repende. Pauloqȝ post sagitta quadam altero oculo ē excecatus. Nos quoqȝ si sapimus si dolere volumus similiter timeamus. Immo vero vt rectius loquar nequādo metuere similiter cōpellamur ne credamus mendacio. ne speremꝰ in vento. neqȝ fugacia volantiaue sequamur. neqȝ inimica nobis & noxia diligamus. Sed credamus veritati qnqȝ qui mēdacio tam facile tādiu credidimus. Credamus inqȝ veritati diuinæ quæ nō mentit vnqȝ. quæ non fallit. quæ quotidie multis nos admonet modis ne vnqȝ fortunæ infidæ confidamus. neqȝ eam quæ cæca est tanqȝ nostræ ducē vitæ sequamur. Immo vero cunctis viribus nobis ab infinito bono tributis seruatisqȝ: ipm quoqȝ infinitum sectemur bonū. Qd quidem nō modo nusqȝ fugit cum immensa potentia impleat vniuersum sed etiā occurrit sequentibus ob uiū immensa benignitate naturæ. atqȝ id qd maius est precurrit etiam secuturis dum & facit oīa & naturali quodam instinctu omnia semp allicit vt sequātur. Et qua virtute nos ipm sequi iubet. quia sapientia nihil frustra iubet eadem quoqȝ ducit eūtes perseuerantesqȝ perducit. Principium vector dux semita terminus idē

Fortunæ falsa prosperitas

Oratio soluta poeticis modis & numeris exornanda est.

Marsilius Ficinus Bartholomeo Foncio Rhetori. S. D.

L

e Legantissime rogas Fonti cuius potissimum vel imperio cōpulsus vel auctoritate fretus. solutæ orationi nōnūq̄ʒ poeticos modos numerosq̄ʒ interseram. Vt autē summatim acutissimo viro respondeam id mihi imperat cœlum. idem cœlestis etiā plato docet. Siue.n. cœlum suspicis. vides illic mercurium eloquii mgr̄m simul & cytharæ fabrum. Hunc igit̄ si quādo loq̄ntem nobis audire liceret audiremus freq̄nter verbis suis nōnullos cytharæ suæ modulos pmiscentem. Præsertim cum ip̄e semp tum phœbo musicæ grauioris. id ē poesis patri. tum veneri leuioris musicæ matri vel iūgatur penitus vel proxime saltem adhereat. Siue cœlestem platonē audis agnoscis protinus eius stilum. vt Arestoteles inquit inter solutam orōnem & carmen mediū fluere. Agnoscis orationē platonicā vt Quintiliauus ait. multum supra prosam pedestremq̄ʒ orationem surgere. vt non huma no ingenio plato noster sed delphico quodā oraculo videat̄ instinct⁹ Mixtio vero eiusmōi vel tēperatio adeo in Platone placuit Cyceroni vt dixerit si iuppiter humana lingua loqui velit illum non alia lingua q̄ʒ platonica locuturū. Mitto q̄ Moyses Iob Salomō Isaias Hieremias Daniel Esechiel aliiq̄ʒ prophetæ pene oēs apud hebros. Mercurius quoq̄ʒ egiptioꝝ sapientissimus. similiter in græcia Gorgias Isocrates Herodotus Arestoteles aliiq̄ʒ pmulti. Deniq̄ʒ inter latinos interdum Tulius frequēter Titus liuius Apuleius diuus Hieronim⁹ Boetius phus summus solutam orōnem carminū numeris quibusdā exornauerūt. Eo. s. consilio. vt oratio tum quia soluta sit liberiore sæpi⁹ pede progrediens facilius quo cupit & citius perueniret: tum quia numerosa atq̄ʒ poetica musicis interdum concentibus & figuris delectaret & blanderetur & raperet. quippe cum naturali quodam instinctu singula vtpote q̄ musica nata sunt. musica quoq̄ʒ mirifice rapiantur. Hos ego non equis sequi passibus malo q̄ʒ nullo mō seq. Quāobrem ignosces amicæ platonico vel incepto. eiq̄ʒ mixtū cōdonabis dicēdi genus. cui hoc ip̄a primū inseruit genesis. Auxit deinde continua platonis poetici lectio. præterea freq̄ns vsus cytharæ cōfirmauit Neq̄ʒ tn̄ fortuito in poeticos passim sonos erūpo. Sed ibi præcipue. vbi materia vel forma q̄dā subest poetica. Talis em̄ tonus. tales quoq̄ʒ fides decere videt̄. Miscere vero poetica philosophicis docet nos oīs antiq̄tas. q̄ an̄ arestotelē potissimū sp id factitauit. ob hanc maxīe rōnem vt sacra mineruæ misteria tum oībus & veneranda & venusta tn̄ paucis & illis quidē puris cōia foret. Docet nos idē ip̄a diuinitas. Quæ poetica quadā figura vbiq̄ʒ gaudēs innūeris cœlū lumib⁹ quasi pratū florib⁹ exornauit. atq̄ʒ ita diuersos speraꝝ circuit⁹ modulata est vt cōcētib⁹ cōgruis harmoniā mirificā melodiāq̄ʒ cōficerēt. Præterea sub luna deus idē poesi silr̄ delectatus discordes rerū formas i pulcerrimā quādā digessit cōcinnitatē. Postrēo terrā q̄ fore oim deformissi

ma videbat miris metallorum lapillorum: planetarum: animaliū figuris pi ctaurisqꝫ varie decorauit. Ipsosqꝫ terræ fruct⁹ foliis obtegi voluit flo ribusqꝫ ornari. Quid plura: cum singula tum vniuersum musicis nu meris poeticisqꝫ modulis temperauit.

Solus nullū carū amittit cui oēs in illo cari sunt qui nō amittit.

Marsilius Ficinus Ioanni caualcanti amico vnico. S. D.

De sufficientia: fine: forma: materia: modo condimento auctoritate conuiuii.

Marsilius Ficinus Florẽtinus Bernardo bembo veneto equiti iurisconsulto clarissimo. S. D.

c Ogitanti mihi non nihil phylosophicum de vera conuiuii magnificentia & elegantia scribere: primus ad quem hac de re scriberem Bernardus Bembus occurrit phylosophie carus alumnus ac magnificentia & elegantia singularis. Accipe igitur libẽti animo mi Bernarde q̃ de conuiuio parum pingui pinguis Marsilio tuo minerua dictauit.

Nullum humanum oblectamentum sufficientius q̈ conuiuiũ. c Ommunis paripateticorum medicorũq̈ sententia est hominẽ

ex corpore animaq; constitui:atq; corpus ex parte quidem altera crassi ore:hoc est membris humoribusq;. Altera vero subtiliore.id est vapori bus quibusdam sanguinis spiritibusq; constare. Animam autem ex sen su & ratione componi. Et quemadmodu3 humor se habet ad spiritum ita se habere sensum ad rationem Neq; posse quēq; aliquando in rebus hunis contentum viuere: nisi quando vel parumper his omnibus ho- minis partibus fuerit satisfactum. Cæteraq; apud homines habent bo na ad vnum:aut duo ex his quæ diximus pertinere videntur. Solū ve- ro conuiuium omnia compræhendit. Conuiuiū dico legittimu3 quod quidem vt singula numerem reficit membra. Humores instaurat. Spiri tum recreat:oblectat sensus:fouet & excitat rationem. Conuiuiu3 labo rum requies. Remissio curarum. Ingenii pabulum:amoris & magnifi- centiæ:argumentum:esca beniuolentiæ amicitiæ condimentum:fomē- tum gratiæ: vitæ solacium.

Finis conuiuii est dulcis vitæ communio.

c Aeterum vt clarius pateat quod legittimum sit conuiuiū vide- amus quis conuiuii finis:Quæ forma:quæ materia. Huius au tem finis esse videtur:quod eius indicat nomen non cōmessa- tio:non compotatio vt est apud græcos:sed dulcis vitæ communio. Vt quemadmodum in eo communi vescimur corporis alimento ita eodē mentis vitæq; bono & communi voluntate fruamur.

Forma conuiuii est decens numerus & qualitas conuiuarum con fabulatio atq; lyra.

a D huius formam pertinet maxime numerus & qualitas conui- uarū. Qua in re varronis illud valde probamus:vt neq; pauci- ores sint q̄ tres gratiæ:neq; plures q̄ musæ nouem. Ex hoc au- tem gratiarum musaru mq; cōmertio:etiam quales esse debeāt satis ap- paret. Sint enim oportet gratiosi:musici litterati. Cauendum est igitur ne quis contentiosus & qui propere excandescat:facile admittatur: nisi forte talis sit vt vel primo poculo vel vno verbulo mitigetur. Exultent etiam inde melancolici penitus & amari:nisi zenoni stoico & zenocrati platonico:similes sint qui videlicet & tanq; lupini aqua sic mero profu si dulcescant:si quid de rebus diuinis tractandum fuerit:sobrii disserāt: si quid de rebus naturalibus disputant mensa remota. Inter epulas au- tem sermo sit varius iocundusq; breuisq;:hystoria breuissima. Longius- cula vero fabella. Naturam rerum artificem imitentur:& vitæ magistrā vt quod illa in saporibus suauissimis:isti afficiant in sermonibus. Misce ant videlicet dulcedinem acrimoniæ: grauitati leporem. Vtile dulci. Faceti sint acresq; & salsi. Non molesti:non amari. Acetum quidem cō uiuium tolerat:non absinthium scurram minimumq; si molestior sit ad mittimus. Obscenos autem & spurcos nimium detestamur. sordes enī in animo oreq; & vultu multomagis q̄ in vestibus & apparatu prudē-

tes offendunt. Proinde ne lyra mihi dissonet mea: sed salua sit: rite vocā ti: adesto præcor o decus phœbi & dapibus supremi: grata testudo iouis o laborum: dulce lenimen. Adsit omnino gratiarum musarūq; mense cithara crinitus iopas.

Materia conuiuii necessaria est bachi cererisq; fructus.

q Vantum vero ad conuiuii materiam spectat. Primum quidem putamus vitæ venenum esse mestitiam: mense quoq; venenum esse tristitiā. Mesticiæ vero tristitiæq; tiriacā: suaue clarūq; vinū. Cuius vim numinū viribus esculapius equat. Ingenluz quoq; ac vires temperato vini calore foueri mirifice plato noster asseruit. Sed ne sicut Homerus vini laudibus arguat: baccho dimisso ad Cererem iam confugi ortorumq; custodem. Pingues sardanapalli vnctasq; nimium dapes nequaq; desideramus. Nolemus autē vllo pacto pythagoricis frugibus & oleribus pomisq; carere. Nulla enim facilior mensa: nulla fœlicior ea: quam natura vobis largissima præparat.

Modus condimentumq; conuiuii.

v T parcum omnino conuiuium haud valde laudamus: ita luxuriosum penitus detestamur. Hoc enim cōmori est potiusq; conuiuere. Lautum splendidumq; ad summum non requirimus: ne seruilis difficultas insit: vbi facilem quærimus libertatem. Munduz certe desideramus & purum. Immundum horremus & sordidum. Deniq; nequid apud nos insipidum sit vel insulsum: nequid sordidum vl' obscurum omnia ingenii sale condiri debent ac mentis morumq; radiis illustrari: vt quemadmodum de cena platonis zenocratisq; dictum est cōuiuium nostrum post triduum longius suauiusq; redoleat.

Auctoritas conuiuii a phylosophia: cœlo; deo.

i I quis autem forte miretur: q̄ vsq; adeo conuiuium celebrem⁹ meminisse debet idē fecisse Platonē zenophontē Varronē: Iulianum quoq; & Apuleium Macrobiumq; Platonicū. Nonne Themistocles: Socrates: Empedocles: aliiq; phylosophi per multi conuiuia frequentabant? Nonne apud Priscos heroes & celicolæ sepæ discumbunt. Ether quoq; lacteum habet orbem: liberiq; patris craterem habet & amphoram: cancrumq; & pisces & aues. Agnum quoq; & capreolum: & iuuencum. Mitto qualia maumethes conuiuia beatis polliceantur. At quis nesciat xp̄m vitæ magistrū conuiuiis frequēter interfuisse? Primum illic ostendisse miraculum: quādo aquā vinū dicitur reddidisse? Præterea in summa illa contione paucis panibus piscibusq; plura hominū milia saciasse? Quidnam aliud fauus mellis sibi vult? q̄d assi pisces? quid fractio panis: an non in cœna discipulis præcipua diuinaq; rerū mysteria cecinit? Huc tendit & mirabile illud eucharistiæ sacra

mentum. Huc etiã quæcunq; de cibis poculisq; diuinis in sacris hebræ orum xpianorumq; litteris sæpe legunt. Quorsum hæc de cõuiuio tã multa? Vt videlicet qui seorsum ab alterutro nõ sine molestia viuimus vna iocundissime cõuiuamus. Meminerimusq; verum hominis alimẽtum: nõ tam plantam bestiamq; esse q̃ hoiem. Alimentum quoq; hois integrum nõ tam hominem esse q̃ deum. Cuius nectare & Ambrosia dumtaxat humana sitis & fames continue excitatur & crescit. Ac tandem tam mirabiliter fœliciterq; impletur: vt illic solum summa sit semp cum summa saturitate voluptas.

Vale fœliciter vna cum fœlicissimo senatu vestro Bernarde clarissime. academia omnis millies se tibi cõmendat. Tu vero obscurã lunam nostram lucẽti phœbo iterum iterũq; cõmenda.

Q̃ gratus aspectus amici: q̃ necessarius: q̃ voluntarius amor.

Marsilius Ficinus Joanni caualcanti amico vnico. S.D.

c Vm longos hodie in lecto moras trahere cogerer: atq; remedium aliquod cõtra longiores accubitus tedium cogitarem: primus immo solus qui imminẽti occurreret tedio: occurrit mihi caualcantes meus: meus medicus singularis. Salue igitur iterum iterũq; o mea salus. Malorum expulsor meorum. Bonorũ mihi oim condimentum. Tu mi Joannes cætera quidem multa declaras quotidie sed aristotelicum illud imprimis: nihil videlicet in rebus humanis gratius esse præstantis amici p̃sentia. Huius ergo aristotelici sensus & veritatẽ accepi abs te iam diu & didici ratõnem. Profecto qui tam desiderio sui olim q̃ nup absentia corpis me mihi pœnitus abstulit: idem vicissim mutuo quodã affectu mentisq; p̃sentia reddit. Neminẽ latet q̃ libẽter imaginẽ suam speculis intueãtur omnes vel homũculi. Amicus aũt in amico nõ imaginem suam tantũ insp'cit: sed seipm. Ego certe & si quasi bellus in me homuncio sum tenuisq; breuisq; in heroico tñ speculo ex quo amaui. lustra iam quinq; ꝓcerum me video ꝓcerem nõ homũculum. Accipies ergo epistolam forte necessariam magis q̃ voluntariam. Siquidẽ vitandi vt dixi tedii causa dictare hanc videor fuisse compulsus. Heu mihi deliqui modo: nescio quomodo mi Johannes deliqui nimium aduersus heroicum genium: numenq; platonicum. Ecce iam plato ex alto me acrius increpat: ita reclamans. Quid volnntariũ in necessario in amãte marsili secernis. Tam voluntaria est o Marsili q̃ q̃ necessaria amantis epistola. Nulla vel necessitas magis voluntaria: vel voluntas: necessaria magis q̃ amatoria. Quid nam magis voluntarium est q̃ amor? Qui primus summus: perpetuus est voluntatis effectus. Facitq; omnino vt non amare nolimus? Quid rursus magis necessarium est q̃ amor? Qui clam numinum cœlestium radiis flamisq; incauto cordi prorsus inuritur. Atq; amator flamam: iam experitur adulta.n priusq̃ radium senserit & scintillam. Non ardere non potest: si cœ

lesti ardet fato. Non ardere non potest: si quidem dum refrigeriū quæritat hoc ipso potu semp accendit ardorem quo frustra quodammodo confidit extinguere. Vnde nam huiusmodi mixtio necessitatis voluntatisq; tam mirabilis? Nisi quia deus & summa necessitas est: & sūma libertas. Omnesq; summū bonū summope volumus. Neq; nolle possumus? Neq; volumus posse nolle. Idem ferme huic accidere solet: qcunq; calidiore: radii diuini splendore: qui in pulchritudine nobis mirabiliter emicat: blande allicitur. clam rapitur: Vehementer accenditur. xxx. Ianuarii. M. cccc. lxxvi.

Lupus est homo: homini nō homo.

Marsilius Ficinus Iacobo bracciolino viro doctissimo. S. D.

t Riste lupus stabulis. Triste galliaceis vulpecula pullis. Sed triste magis hominibus homo. Nam & leo & lupus & vulpes est hominibus homo: sicut optimū animaliū est: si vsq; reperiatur: homo optimus: ita pessimum animal est homo pessimus. Prudentissimus est: mi bracciolinе: qui cautissimus. Cautissimus aūt oīm: qui diligenter cauet ab homine. Sed hic opus est lince atq; edippo: hic opus ē argo. Solus hoīs ingeniū cōsiliumq; tenebit: qui semp meminerit aut nullo pacto: aut certe raro ad modū difficilimeq; posse teneri.

Nulli vnq; deus omnia dedit.

Marsilius Ficinus hoī fastidioso cognitionē suiipsius dicit.

v Ideo neminē vndiq; tibi placere: hic acutus quidē est: sed leuis & iracūdus. Ille aūt grauis: sed vel tardior vel inflatus. Hic doctus est incōtinens: continens ille sed indoctus. Alius quia deformis quodāmodo vel ineptus vel sordidus videatur offendit. Ali9 quia nimis comptus & vanus. Deniq; ne singula enumerare coner in singulis est aliquid quod non probes. Nulli vnq; vt est apud Homerum atq; Platonem: deus omnia dedit. Meminisse te volo inter homines esse te hominem: ac dum tibi displicent alii: te quoq; aliis displicere. Solum primum bonum est: in quo defectus est nullus. In cœlestib9 quidem defectus aliquis apparere potest: sed non malum. In his autē quæ lunæ subiiciuntur: & defectus reperitur & malū: omnia præter primum: quoniam a bono proficiscūtur: bona quodammodo sunt. Quoniam vero non sunt ipsum bonum: vel non perfecta omnino videntur esse: vel mala. Cum igitur mixta sint: omnia qui malum ex singulis colligit: tandem euadit pessimus: qui vero bonum eligit optimus. Talis enim euadit quisq; qualibus vescitur alimentis. Bene vale. atq; vt alii te ferant ferto alios.

Discendi & loquendi ratio.

Marsilius Ficinus Luce Fabiano scribe suo. S. D.

n Atura nobis instrumēta quibus discamus multa largitur: oculos: aures: nares: gustumq; & tactum. Vnicum vero quo docea

mus instrumentum dedit:loquendi.s.facultatem. Admonuit certe vt tanto sæpius discendi ministerio q̃ docendi munere vteremur:quanto plura ad discendũ.q̃ ad docendum tradidit instrumenta. Nullus igit̃ verbosus & loquax potest sapiẽs esse. Docuit eñ semper: didicit vero nunq̃. Quisquis aũt sapiã literisq̃ caret nõ mõ paupverũ etiã cæcus & mutus est iudicãdus. Esto p̃cor velox gdẽ & diligẽs ad audiendũ atq̃ videdũ:tardus aũt ad credẽdũ:tardior ad iudicandũ:tardissimus ad loquẽdũ. Vt possis bona loq:audi bona:vt etiã de te audias bñ:tu quoq̃ de ceteris bene loquere. Fieri eñ nõ põt:vt qui male loquit̃:nõ audiat male. In loquendo autem caueto mendacium:nõ minus q̃ scopulum nauigator. Immensum est enim veritatis lumen immẽsa potestas. Cito mendacium detegit pditq̃ mendacem. Memẽto adulationẽ seruile vicium esse:immo etiam multo vilius q̃ seruile. Nemo enim tam apte adulari potest:quin a catellis longissime superet̃. Memento præterea increpationem temerariam aut rigidam esse vel periculosam vel prorsus inutilem. Iubet Plato noster vt vel loquamur verum dumtaxat vbi pfuturi simus:vel taceamus. Siquis aũt Pauli apostoli.prudentia vita:pposito:discipulus fuerit:solus instare tam importune poterit q̃ oportune:omnino autẽ cauendum est ne dum verbis mores arguimus alienos:interim nostri mores nostra verba redarguant. Cœpisti sicut audio: bene progredere igit̃ qua via cœpisti. Atq̃ vt fœliciter agas iter:equũ tuũ id est sensum babebis & freno cohibere ne desinas.

Vltionis studiũ nihil est aliud q̃ iniuriã rursus accipe.
Marsilius Eicinus hoĩ iniuriarũ impatiẽti.S.D.

a Ccepisse doles iniuriam o amice cõcedo equidem:Sed nõ tam læsus fuisse videris:quia male tibi fecerit quispiam:q̃ q̃ malum existimasti:quod fecit. Malo quidem omnia vel bona vertuntur in malum. Bono aũt cuncta vel q̃ videntur pessima in bonum deniq̃ cõuertuntur. Vlcisci cogitas:Caue moneo diligenter:nam si vlcisci tentaueris:secundam ac terciam patieris iniuriam. Ac studio pdẽdi alterius ipse te pdes:apes minima iniuria lacessitæ pungunt:vitamq̃ pungendo relinquunt. Vt prsus obliuiscaris non cogo equidem. Forte enim me minisse opere præcium est:vt saltem alias tibi caueas a malignis. Solet enim nunq̃ qui semel lesit ignoscere. Ignosce quæso libenter ne & ipse te affictes:& ille iterum iterumq̃ te lædat. Mala illũ necessario sua manent. Nihil enim relinquit vel fortuna intactum vel fortuna illæsum vel deus inultum.

Multum errat qui aggreditur multa.
Marsilius Ficinus hoĩ curioso & negocioso.S.D.

Ideo te o amice solicitum plusq velle. Neq tua negocia solum
v verum etiam aliena tractantem quasi iam rite propria composu
eris. Quoniam singulis pene momentis fallimur & erramus: nulla vel ad consequendam tranquillitatem vel ad deuitãdos errores via commodior: q̃ pauca & egregia cogitare. Pauciora electaq loqui. Agere paucissima & illa quidem tam possibilia q̃ honesta. Multum errant atq laborant: qui multa cogitando vel loquendo vel agendo aggrediuntur. Plurimum autem qui plura loquuntur & agunt q cogitauerint.

Nunq satisfacit arti is cui semp artificium satisfacit.

Marsilius Ficinus artifici vano. S.D.

Atisfacit tibi q plurimum o iners nimiu artifex: quicquid aut
s dixeris aut feceris. Vis ne bona venia causam tibi dicam? Quia
scilicet non plus: aliquid forte mens capit tua: q lingua manus ue expræsserint: o q̃ pusilla mens: cui lingua manusue equantur. Profecto vbicunq mens vt par est: instrumenta superat & materiam: nunq opus satisfacit opifici. Nunq vero satisfacit arti is cui semper artificium satisfacit.

Vnicus est vitæ custos: amor sed vt ameris ama.

Marsilius Ficinus hoi imperium affectanti. S.D.

Is ne tutus securusq viuere? Caue timeant te homines nimiũ
v vel tibi prorsus videant. Tot nobis hostes sunt: quot timent:
& quot inuident. Multos metuat oportet quem metuunt multi. q plurimis quoq seruiat cui plurima seruiunt. subditus quilibet seruit vni: Dominus omnibus. Vnus est vite custos: amor sed vt ameris ama.

Grauius quidem videtur iactura pecuniarum: hominum vero grauissima.

Marsilius Ficinus Andree cambino compatri optimo. Salutem dicit.

Vid nam mirabile est in amore? Non redamari. Quid impiũ?
q propter se amare quod est alterius gratia diligendum: atq contra ob aliud diligere quod suiipsius gratia est amãdum. Quid turpissimum? Odisse quem amaueras. In hoc valde delinquimus q cum cætera q uis leuia non nisi graui causa compulsi relinquamus: amicum tamen thesaurum præciosissimum sæpe leuissima quaq causa inducti & deserimus & insequimur. Iubet Pythagoras ne facile amicum q uis de causa amittamus. Immo feramus quoad possumus. Possumus autem donec relinquere omnino inuiti cogamur. Grauis quidẽ videtur iactura pecuniarum: hominum vero grauissima. Nihil in reb9 humanis vel rarius acquiritur vel præciosius possidetur: vel infœlicius

periculosiusq amittitur q amicus.

Parum illi credendum est qui nimis credit.

Marsilius Ficinus Francisco saluiato archiepiscopo pisano. S.D.

q Veris pater venerande quare nonnullis: qui apud nos versantur parū credam. Quia hi venerande pater nimis credunt. Diuersa valde in hoc est diligendi ratio atq confidendi: q facile qdem hunc amamus multum: qui facile multū amat. Vix autē fidem huic adhibemus: qui cui vis vel homini vel indicio ppere præstat fidem. Quēadmodū ocius cadit qui mouetur ocius. sic facile fallitur qui credit facile. Sed q temerariū & periculosum est: subito vel cuiuslibet auctoritati atq verbis: vel tenui cuidam indicio nimis credere: tam periculosum irrationabileq videtur pbabilem rationem absq certiore alia ratione respuere. Tam deniq impium nefarium: miserabile: nolle absq ratiōis assertione credere deo. Deus siquidē ipa ratio est. Nihil autem opus esse videtur: ratione alia qua ipsi rationi prsus assentiamur.

De officis.

Marsilius Ficinus Cherubino quarqualio viro doctissimo. S.D.

e T si nonnūq minimus fortasse officiosus sum q deceat: quēadmodum solent qui phylosophie studiis occupantur: nequeo tamen in psentia me continere: quin ad virū omniū officiosissimū aliquid de officio scribam. Si qtum ipe in agendo tm ego in disputando essem officiosus: neq panetii subtilitas: hac in re neq copia Ciceronis desideraretur. Agam igitur pingui minerua: quandoquidē nūc aliter nequeo. Atq vt officio meo aliquando fungar: ad amicum omnium officiosissimum. omnium officia mittam. Officium est actio vnius cuiusq propria: decorum honestumq seruās p rout res persona: locus tempusq postulat Sacerdotis: virtus & officium est sapientia quædā pietate feruens: & pietas sapientia lucens. Principis: circumspecta puidentia: iustitia clemens: sublimitas humilis: humilitasq sublimis.

Magistratus: meminisse se nō dominū esse legis: sed ministrum. Tutoremq publicum ciuitatis. Præterea se a deo dum ipse homines iudicat iudicari. Priuati: Tam libenter magistratuum parere mandatis: vt non legis necessitate compulsus: sed propria voluntate videatur adductus. Ciuis: siue magistratus sit: siue priuatus: officium est: tam diligens publici cura: q ingens amor proprii. Equitis fortitudo quidem in bello: in pace vero magnificentia. Mercatoris: veredica fide atq diligentia externis alimētis alere: ciuitatem atq seipm. Opificis: alimenta a mercatore accepta iuste singulis ciuitatis digerere membris

Nercatores & artifices atq alii ita pecunias quærāt: vt nemini noceat. Nam quicqd a malo surgit: in malū deniq recidit: Ita seruēt: vt neq videant frustra: neq seruādi solū gratia quæsiuisse. Sic expendāt: vt diu possint expendere. Atq honeste & vtiliter expendisse pbent. Agri

colæ:de agriculturæ oportunitate cōsulere aerem & agricolas seniores Præterea tanta cum fide liberalitateq́ȝ hospitibus suis agri fructus offerre: quāto illi eum fenore illos reddit ager. Domini:legi rōniq́ȝ seruire:quo possit seruis legitime & rōnabiliter dn̄ari. Cōsiderare tam seruum q̄ȝ dn̄m hoīem esse. Humanitatem semp̱ cum dignitate miscere.

Serui:existimare vitam suā esse dn̄i:atq́ȝ rōnem dn̄i esse suā. Mariti: vxorem quasi corpus suum sensumq́ȝ diligere ac diligētissime ducere. Vxoris:prudentē maritū suū veluti suū animū rōnemq́ȝ honorare:atq́ȝ libētissime sequi. Patrisfamilias:filios colere:quasi ꝓpriæ vitæ ꝓpagines:atq́ȝ optimo sui exemplo regere tanq̄ȝ membra. Filiorum:genitorē sequi quasi radicē atq́ȝ caput:& tāq̄ȝ deū alterū venerari.

Eratris:erga fratrē ceu fere alterum affici. Consanguineorū:se inuicem tanq̄ȝ eiusdē corpis membra diligere. Affiniū:vt meminerint se lege quasi natura quadā ita esse cōiunctos:vt rem operamq́ȝ suā cōicare sibi inuicem debeāt. Amicorū:cōi inter se cōsilio quærere verum: cōi auxilio sequi bonū. Magistri:doctrina & bonitate sua discipulū doctum atq́ȝ bonum quasi mētis suæ filiū ꝑcreare. Cupio si liceret monere magistros ne obliuiscāt:Aristotelē in diuinū platonē recalcitrasse

Discipuli:p̄ceptorem honorare tanq̄ȝ intelligentiæ patrē. Cauere tn̄ ne magistri vicia latenter ebibat. Iuriscōsulti:vt oīm grauissimus sit atq́ȝ sciat qui sacrā adulterat legē:ceu sacrilegū seueriori censura plectēdum esse q̄ȝ qui nūmos. Medici:cogitare qn̄ egrotātes adit: agi de vita:vt nihil sine rōe tentare audeat:nihil sine cōsilio. Oratoris:quæ aliis suasurus est:sibi iam ipsi ꝑsuasisse. Poetæ:vt naturā moresq́ȝ pingere valeat:vtrunq́ȝ vidisse. Musici:in sono gratiam:cantus in cantu sermonis elegantiam imitari. Meminisse etiā motus animi: multo magis oportere cōsonantes esse q̄ȝ voces. Incōcinnus eñ alienusq́ȝ a musis est musicus:cui dum cōsonat vox lyraq́ȝ mens dissonat. Iubet dauid mercuriusq́ȝ:qn̄ quidem deo mouēte canimus:canamus & deū. Philosophus:diuina quærat diligētius vt fruat̄:ꝑscrutetur & naturalia vt vtatur. Adsit humanis nō intersit. philosophus singularis vt ꝓ patria non vera subeat vite discrimen a Platone & Aristipo nō cogitur: quod quidem mihi quoq́ȝ ideo placet:quia philosophus inuita & contra renitente ciuitate in qua nascitur fit philosophus. Cœliq́ȝ filius est:nō terræ. Adde ꝙ omnino impium miserumq́ȝ videtur: virum omnia videntem ꝓ salute cœcorū:qui forte salui esse nunq̄ȝ possunt amittere. Vir caueat ne vllo pacto muliebris sit. Mulier:studeat vt quodammodo sit virilis maxime vero pudica. Quātū enim virum magnanimitas decet:tantum pudicicia mulierem. Senex:videat ne puerilis sit: recordetur iuuenem se fuisse. Adolescens:curet vt sit similis: credat se posse senescere:seniores honoret. Indigene:officium est patriam vt p̄ris patrem matrisq́ȝ matrem colere:& quando cum peregrinis aliquid est

agendum: se quãdo q̄ peregrinaturum existimare. Incolæ & peregrini: scire se solum esse: honorare omnes. Aliena vix attingere nõ tractare. Fortunatus: sciat bona fortunæ: soli bono eẽ bona. Ac sereno aeri succedere pluuias. Infortunatus: cogitet mala fortunæ soli malo esse mala. Ac post dies pluuios serenos expectet. Videmus em̃ ver arboribus folia reddere: quæ abstulit hyems. Homo: consideret: cum nunq̄ in terris contentus viuere possit: se cœli quidem ciuem esse: incolam vero terræ: vt amittatur: nihil cogitare vel loqui vel agere: quod minus decere videat̃ cœlestis patrie ciuem.

Nunq̄ ad infima cadit: qui constitutus in summo & acute & clemẽter prospicit infima.

Marsilius Ficinus Iacobo cardinali papiensi. S.D.

d Vm epistolam quandam de officiis philosophicam ad Cherubinum nostrum quarqualiũ scriberem: cherubinus ipse vir apprime officiosus mihi supra caput astitit improuisus. Ecce nuncius salutaris venerande pater Marsilium sacro nomine tuo iubet iterũ iterumq̄ saluere. Nuncius tuus hodie nos tam bonis auspiciis salutauit: vt nõ modo futuram nunciauerit salutem: sed & dederit. Salue igit̃ o mea salus. Salue semper sub sempiterno auctore salutis deo. Videris tu quidẽ mihi & oculis argum: & lincem visu (vt ita dixerim) superare qui tam sublimis ipse tam ꝓcul marsiliũ ꝓspexeris: tam humilem tam pusillum. Vtinam venerãde pater vt clare ipse cernis: ita me quoq̄ clarum videres. Sic ego tam cunctis notus essem: q̄ cuncta tibi nota. Sed vt clarum me & ipse & quiuis alius videat: respice præcor propitius: vt cœpisti. Si quidem tradunt astrologi benigno quodam astri salutaris aspectu fortunatos nasci homines & claros euadere. Quid autẽ beneficio tanto gratiæ referam: aliud in præsentia nihil habeo: nisi vt post officia singulorũ a me gradatim pro ingenii facultate descripta hoc adiiciam. Marsili quoq̄ Ficini officium est papiensem cardinalem tanq̄ gratiarum templum ardenter amare: tanq̄ musarum fontẽ singulariter venerari. Atq̄ ego hoc vno officio functus ita demum officia me officiosissime tractauisse putabo. Proinde si qd ab excelso de infimo hoc homunculo vnq̄ audire potueris: hoc vnum vt arbitror audisti maxime quod in hoc maximum. Marsilium scilicet Ficinum esse antiquissimũ medice domus alumnum. Ergo medices: vtriq̄ castor & pollux patroni mei supplicer me tibi cõmendant. Atq̄ existimant dum papiensi cõmendatus sum esse me magnis: ꝓbis doctis oĩbus cõmendatũ. viii. februarii. M.cccc.lxxvi. Commendat se tibi Christophorus Landinus noster vir doctrina bonitateq̄ singularis.

Facilitatem vicii vite sequitur difficultas. Difficultatem virtutis vitæ facilitas.

Narsilius Ficinus Petro nero viro candidissimo. S.D.

q Vanto difficilius est: certa ratione incedere q̃ casu vagari: ascēdere q̃ descendere. Aggredi noua q̃ consueta tractare. Attingere solum punctum circuli medium q̃ in reliqua quælibet eius puncta que innumerabilia sunt incurrere. Scopon ipsum: id est signum sagitta percutere q̃ quæ circumstāt. Tramitem sulcumq; seruare q̄ hinc atq; inde præuaricari. Rectum examussim tenere q̄ dilabi in obliquum tanto difficilius est recte agere q̃ delinquere: bonum esse q̃ malū. Cuius quidem rei indicium est: q quotidie omnes erramus. Raro autem & pauci honeste iusteq; agimus. Verumtamē tanto huic virtutis difficultati duo rependit diuina lex beneficia. Primum q virtutes ita inuicem connectuntur: vt qui vnam consequitur assequatur & omnes. Vicia vero contra: ita inter se repugnantia suntvt nequeant cuncta eidem simul inesse. Quo enim pacto quis auarus simul esse potest & ꝓdigus Aut audatior & timidior. Secundum q primum illam nascentis virtutis difficultatem: summam quædam sequitur vitæ facilitas: atq; voluptas. Ac breue certamen præmium sempiternum. Vitii vero facilitatē mox vitæ miserabilis difficultas sequitur: dolorq; perpetuus. Hinc illud pythagore simbolum. Animal cauda nigra ne tangas. Hoc est fugito vitium: cui mentis nigredo succedit & voluntatis afflictio. Vale cādidissime Nere: Atq; postq̃ & difficultate virtutem & virtute facilitatem vitæ iam es consequutus: vt inde fœlicitatem adipiscaris: memento tam arduum esse tanq; laboriosum ex vasto viciorum præcipitio reuocare gradus superasq; euadere ad auras: vt nemo huc ascendere valeat: nisi quem equus amauit Iuppiter: atq; inde ardens euexit ad ethera virtus.

Sicut pulchritudo natura gignit amorem: sic amor opinione regenerat pulchritudinem.

Marsilius ficinus Iacobo cardinali papiensi Suppliciter se commendat.

q Vo momento cherubinus quarqualius me supioribus diebus tuo nomine salutauit: eodem pœne nostra illa ad te volauit epistola. Ardentissimus eñ cordis affectus repēte nominis tui radiis flamisq; accensus manū prius meam impulit ad scribendū: q̃ qd potissimum scripturus essem mens mihi dictaret. Vt nihil mirum sit: siq; celerrime scripsimus: leuissima videantur. Alia quidem naturæ: alia orōnis est ratio. Nempe natura quæ leuior: ea est & velotior. orō vero cōtra. Quæ velotior: ea leuior. Verū memineris venerāde pr̄: Scio qd loq̄r te nup a me epl'aꝫ accepisse: ne cōsilii filiā: sꝫ amoris. Cū vero te nō

lateat:haud aliter accipienda esse quælibet q̄ mittant̄:non tam consilio q̄ amore illam:vt arbitror:accepisti. Præsertim cum tu eam ab initio ingenti quodam ergo me amore creaueris. Aqua genuit pisces. Aqua capit. Planta eodem adolescit qua & pupulauit humore. Amore nata est iam pridem nobis epistola. Amor eam tuus qui & creauit amplectitur Amplectendo mirifice fouet:fouendo sibi ipse regenerat pulchram. Sane sicut pulchritudo natura gignit amorem:sic amor opinione vicissim reuera pulchritudinem. At vero quonam pacto Marsilii putas amore potiusq̄ consilio ab eo viro qui ipsum:vt ita dicam:est consilium.tua legi? Quia videlicet si cōsilium ille ipsum est rursus est ipse amor. Quātum ego quæ sibi efferuntur:radiis mentis introspicit tantū; cordis vndiq̄ penetrat flammis:q̄ acriter acuteq̄ sentit: tam suauiter & benigne semper interpretatur. Quemadmodum frigus tenebras comitatur:ita calor sequitur vbiq̄ lumen. Rursus ita calorem acri circumfusum sapori dulcedo. Apud naturam calore perfectum dulcedo superat:acrimoniam penes perfectum virtute virum censuram indulgentia superat. Salue igitur consilium meum. Salue iterum meus amor. Tu præcor Marsilio tuo libenter:vbi opus fuerit:consule: Vbiq̄ tuum ama Marsilius te tanq̄ oraculum in rebus grauioribus consule:In singulis venerabitur. xix. Februarii. M.cccclxxvi.

Pios pia decent.

Marsilius Ficin⁹ & Ioannes caualcātes: Naldo naldio poetæ. S.D.

Et si vetus nihil dare illi possum:cui iamdiu vna mecū mea omnia dedi nouum tamen nunc tibi dono munusculum. Hoc autē est volumen a me nuper de pia fide compositū. Nō q̄ existimē vel piis huic opus esse verbis:qui piis abundat operibus: vel huiusmodi mea fide:ei viro qui scientia pollet. Sed ne vbi de fide pietateq̄ dissero minus ipse fidus piusq̄ videar:si minim⁹ interim pii abfidi amici meminero. xiii. Februari. M.cccclxxvi.

Pios pia decent.

Marsilius Ficinus & Ioannes caualcantes Amerigo corsino litteris & moribus ornatissimis. S.D.

Mittim⁹ ad te amice nr̄:fide fidelior nostrū de pia fide volumē Nō q̄ arbitremur eū virū q fide ipa charitateq̄ excellit hmōi disputationib⁹ indigere. Sed vt in hoc libro tanq̄ speculo quodā pulcerrimū fidei tuæ charitatisq̄ vultū iocundissime speculeris.

Si perspicue cerneremus q̄ turpis & q̄ eger sit:prauus animus nō peccaremus.

Marsi. Fici. & Ioānes caualcātes Iuliano medici viro magnaio. S.D.

Meministi Iuliane dulcissime dum vna præterita nocte vigilaremus casu quodam in hæc verba nos incidisse. q̄ turpe sit sine coma caput q̄ turpis sine barba vultus. Hinc Paulopost orta mi

bi est declamatiuncula quædam vt aiunt quadragesimalis bis forsitan diebus accommodata. Quæ vtinã tm̃ tibi compta barbataqꝫ videatur. q̃tum ipe mihi videris & intus & in cute pulcer. Quãto deformior est deformitas in vultum q̃ in manu. ac morbus in pcordiis pestilentior. q̃ in pedibus tanto turpitudo egritudoqꝫ in animis impiorũ flagitiosorumqꝫ hominũ abominabilior atqꝫ tetrior ẽ. q̃ vniuersa cũctorum corporum deformitas atqꝫ pestis. Si vel oculis cernere vl aio prorsus excogitare possemus sordidã & horrẽdã improbæ mentis effigiẽ. certe raro admodum & leuiter peccaremus. nihilqꝫ longius fugeremus. q̃ male mentis aspectum. Eadem pœne est pulcritudis animi ad corporis pulcritudinẽ compatio. Nam illa quidem si vel parũper oculis aut animo cerneret multo blandius alliceret. rapacius raperet vehemẽtius oblectaret. fœlices amantes q̃ singularis corporis species perditos & miseros amatores. Cur sapiẽtes templo apollinis inscripserunt. nosce teipm? Nisi vt puram suscipias mentem. tanq̃ veri phœbi. id ẽ supercœlestis solis radiũ sempiternũ. nubẽ corporis circũfusum. Agnoscasqꝫ & fulgorem nubis a radio. & radii splẽdorem a sole pendere. Vt corpus quidem laudes in animo. animũ aũt honores in corpore. Rursus animũ diligas colasqꝫ in deo. Deum ames quidem & venereris in animo. Mireris autẽ & stupeas in seipo? Cũ dux & magister noster aurelius augustin⁹ nouisset seipm. & in seipso deũ. sic protinus exclamauit. Sero te amaui pulcritudo tam antiqua. & tã noua sero te amaui.

Nihil turpius illo. apud quẽ præter animũ pulcra sunt omnia.

Marsilius Ficinus Hominũ generi. S. D.

Si quis agricola non solum sine vlla mercede. verũetiam cũ maximo sui dãno alienos quidẽ agros colat proprios aũt negligat. absqꝫ dubio stultissimus & miserrimus ab omnibus iudicabitur. Ergo dementes nimiũ sunt illæ mentes & miseræ. que omnẽ in hoc operã suã semper impẽdũt. vt corpus atqꝫ externa q̃ optime ornatissimeqꝫ se habeant. Vt autem bonæ ipe ornataqꝫ sint pœnitus negligunt. O q̃ malus est homo cui canis & equus melior est q̃ animus. o q̃ deformis. cui calceus quantũ in se est pulcrior est q̃ animus. Nihil huic reuera bonum est. vl pulcrum apud quem cũcta pter ipm id est præter animũ bona vident & pulcra. si hui⁹ ornatissimas ædes phus aliquis cynicus ingrediatur ac necessitate quadã exspuere compellatur. certe in eius faciem excreabit. Quia videlicet singula ibi mũda ornataqꝫ videat præter ipm. Nihil pauperius & inanius illo cuius horrea quidem plena sunt. Animus vero vacuus. Solemus illos qui extra mentem positi sint. appellare dementes. Quo autẽ pacto in demente sit animus. qui iamdudũ est in patinis non intelligo. Dic pcor o mẽs infœlix q̃ alienoꝝ curiosa. tã negligens pprioꝝ. dic inq̃. Cui

nam hominũ cuncta sana sunt. nisi sano: Cur igitur extra te demẽs tã anxie huc & illuc oberras. Atq; tantũ & tam frustra laboras: Da operam vt bona pulcra que sis. Subito tibi bona & pulcra sunt omĩa. At vero ita demũ. quod iubeo peragesi. si tam cupies te bonam pulcrãq; euadere. q̃ affectas minima quæq; suppellectilia esse optima. ornatissimaq; videri. Si dum corpus pascimus & canes & aues homine ipm interim. id est animũ perire fame non sineremus. carte tam quisq; contentus plenusq; viueret q̃ nũc nemo contentus. Hunc vero cui mirũ sit: Si nũq̃ impletur animus. si semp affligitur qui deserit semetipsum cui solum id curæ est. vt bestiam suam impleat. quæ continue fit i ipsa saturitate voratior atq; contra dominũ suũ negligentia eius exurientem penitus & exanguẽ. seuior atq; robustior.

Malis quidem bona fortuna mala est. Bonis autem mala fortuna bona item cherubino quarqualio.

Marsilius Ficinus Florentinus Bernardo bembo veneto equiti clarissimo. S D.

dIc mihi vir constans quam ob causam fortuna odit qdem ac deprimit sæpe quem merito populus amat. Cõtra vero amat atq; extollit sæpius. quem iure quodam populus odit. an forte quia fortuna non solum rationi opposita est. sed etiam ab ipso mũdi initio inimica est populo. Vnde populus semper infortunatus est & miser. Forte etiam est ambitiosa. Atq; vt non virtuti hominũue gratiæ sed ipi soli maximũ quoduis facinus adscribatur. quẽ homines q̃plurimi iure depressum volunt. miris modis extollit. Quẽ vero sublimen deprimit in profundum. Quid si ceca sit vt aiunt emulaue naturæ: Natura siquidem instituit vt prius tanq̃ animal viuas. q̃ tanq̃ homo. Sentis enim antea q̃ intelligas. Fortuna siquem magnũ affectat hominem facere. ingentem prius facit bestiam venenoso fastidio turgidam. Vnde & ingenio & vultu tyrannus nascitur prius q̃ tiramnide potiatẽ. Hi præter dignitatem in dignitatibus constituti. faciunt vt dignitates ipse vlterius probis hominibus non sint dignæ. Faciũt etiã vt interdum neq; diuina prouidentia mũdum. neq; humana prudentia genus humanũ agi. sed casu credatur. Verũ diuina ꝓuidentia nonnunq̃ alios contra omnẽ fortunæ fauorẽ repente ad ymũ e summo fastigio deiicit. Alios contra malignũ fortunæ impetũ euehit mirabiliter in excelsum. Si quos aũt vel superbos stare diu vel humanos ad tempus cadere sinit permittit etiã vt & illi tam deiecta miseraq; mẽte sint. q̃ alta sorte. & isti tam excelsa mente. q̃ humili & abiecta fortuna. Malis quidẽ bona fortuna fit mala. Bonis aũt mala fortuna bona. Equidem si mihi daretur optio. hercules esse mallẽ q̃ sardanapalus. Quot alter monstra ꝑmebat. tot alter mõstris opprimebatur. alter superatis feris de⁹ euasit. alter supat⁹ a feris. fact⁹ ẽ fera dete

rior atque miserior. Vbi sapientie plurimũ: minima opus est sorte: Vbi minimum sapientie sors plurima dominatur. Et si interdum fortuna sapientiæ iungitur nõ tamen simul vtraque regnat. Aut.n. nullo pacto sors rationi cõiungitur aut seruit. Quamobrẽ sors probis inuida viris totis absistit viribus: ne proba vsque rõ regnet. Vtpote quæ illa regnãte sit & gloriam & imperium amissura. Sæpe sors dotat multum quem parum natura virtutisue dotauit. Neque ditat facile quem natura virtutisue dicauit. Sunt certis seculis magni quidam potentesque viri quasi humani quidam dii homínesque diuini: sed phenicibus rariores: quos non fortuna facit: sed diuina prouidentia magnos. Hi certo indicio discernuntur. Tales enim sunt vt prosperitatis suæ sorti quidem tribuant nihil. humane quoque virtuti minimũ quiddam. Virtuti aũt diuinæ quam plurimum. Tantumque vultu erga omnes sint humani quantum super omnes mente diuini. Si vbi est inflatio non est sanitas: certe nullus inflatus non insanus. nullus insanus prophanusque. non ferimus: Nullus diuinus: non humanus. Nemo humanissimus: non diuinus. Vir certe diuinus nonvult fortunam sibi ducem. Ceca.n. est sæpeque casu cadit. Non gaudet fortunæ promissis. Infida.n. est vel suis quos præter dignitatem ad summũ dignitatis culmen euexit. Nempe inter summum atque imum reciproca gaudet ludo. ac vicibus delectatur alternis. Non timet etiam fortune minas. Vana enim est. Neque magis potest in nobis quicque quam nos posse velimus: quãdo te facimus fortuna deam coeloque locamus. Nemo miserior illo qui veram fœlicitatem collocat in fortuna. Nemo fœlitior quam qui fortuitam prosperitatem reuera fœlicem esse non iudicat. Qui vel ridiculum fortune fletũ vna cum democrito ridet vel flebilem eiusdem risum cum heraclito deflet: prudens ab hipocrate censetur. Qui puerilẽ fortune ludum cum socrate calcat: sapiens & diuinus ab appolonie iudicatur. Denique qui cum ænea in rebus durat aduersis: solus cum enea rebus se seruat secundis. Serenos post pluuias suspicit dies. Ac tandem optata potitur italia Igitur mi ænea: ne cede malis sed contra audentior ito. Quicquid erit superãda omnis fortuna ferendo. Vale letior mi enea: Tot enim aliquando bonis gaudebis in portu securus: quot mari fortiter superasti procellas.

Animus mortalibus non impletur quoniam æterna requirit.

Marsilius Ficinus Laurentio Medici viro magnanimo. S. D.

SI tibi nunc quadragesimalem declamatiunculam quandam recitauero Laurenti: quam hac aurora mea mihi mens declamauit: en quid erit præcii. Forsitan vt tantum tibi meis ineptiis risum impræsentia moueam: quantum declamatores aptissimi vulgo lachrimas his diebus excutiunt. Recitabo tamen vt mihi quidẽ videor laurẽti. Scio.n. insignẽ pietate virũ: quamuis forte pietatis verba nõnumque quodãmõ ridere possit: pietatẽ tñ ipsam reuera deridere ñ posse.

Qui sitit Marsili vinũ. sitim vt vides extinguit vino. Atq; magis si duas hauserit pateras q̃ si vnã. Huic imago vini vel videnti vel cogitanti incitat nõ sedat sitim. Imaginis. n. est allicere. Substantiæ pascete. Tantum igit̃ imago vini alit sitim: quantũ vinum ipsum alit hominẽ sitibundũ. Quod quidẽ pœna nobis indicat tantali. Immo vero pœna nostra nobis. Tantali. n. sumus omnes. Sitimus quidẽ bona om̃es vera. Om̃es in somnia bibimus. Dum vero lætales lætei fluminis vndas faucibus plenis ingurgitamus: interea vmbratilem quandã nectaris & ambrosie guttulam summis labris fere iam lambimus. Vnde miseros continue tantalos sitis exuberit anela. Si qualia natura mens capit talibus potiremur: Certe potiundo vel omnino vel maxia expte aliqñ animus impleret̃: Qm̃ vero q̃to magis mortalibus vbiq; potimur: tãto magis animi appetitus accendit̃: satis constat mentem: nõ mortalia quæ æternorũ imagines sunt sed eterna requirere. Ideoq; æternã esse non caducã qñquidem verum eius alimentũ est eternum. Ergo i corpore caduco dormitat pœnitus & egrotat. In hoc p sensus in somnia bibens sitim alit bibẽdo nõ se ipam. Egra quoq; pp affectus gescit misera nusq̃. Sed frustra passim inquieta vagat̃. Vbi molliter iacere cõfidit: alte cadit. Vbi medicinam sperat salubriorẽ venenũ haurit pestilentius. O miserã mortalium sortẽ. Sortẽ miseria ipsa miseriorẽ. Quonã misselli cõfugiem⁹: Certe nusq̃ nisi ab infimis refugiamus ad summa. Nisi ad illa q̃ nusq̃ fugiunt fugiam⁹. Quid igitur est agẽdum: vt bene & vigilemus & valeam⁹: Vita nobis ꝓrsus in cõtrariũ cõuertẽda. Discenda q̃ vulgo didicimus: Quibus discendis nos ipsos hactenus ignorauimus. Discẽda q̃ prætermisimus: Quib⁹ ignoratis: nos ipsos nosse non possumus. Diligenda quæ negligimus. Que diligimus negligenda. Ferenda quæ fugimus. Quæ sequimur fugienda. Flendus est nobis fortune risus. Fletus quoq; fortune ridendus. Sic em̃ nos neq; vulgi sordes coinquinabunt. Neq; vel immortalium incuria ledet vel mortaliũ curiositas cruciabit. Neq; prosternet mollities: voluptasue dissoluet. Neq; fortuna vel prospera illaqueabit vl' aduersa necabit Sed q̃ purgati erimus: tam sereni. q̃ sereni erimus: tam lucentes. Tũc primum verarum euadimus pleni formarum cum primum vacui somniorum.

Non cortex nutrit: sed medulla.

Marsilius Ficinus. D. Erancisco guasconio viro clarissimo se cõmendat.

d Ono tibi religionem nostram: religiosi pignus amoris. Non vt insignem pietate virum instruam ad pietatẽ. Sed quia vno hoc munere puto magis q̃ cunctis disputationibus meis ipsi me pietati satisfacturum: Si forte nostra hæc religio tibi videbitur pauperrima memento christianam religionem in paupertate fuisse funda

tam memento præterea:apud nos nō expressores librorū esse:sed oppressores. Verū qualiscunq; sit:quādoquidē nihil est in re amata:quod amanti non placeat:amatori suo guasconio satis formosa diuesq; videbitur.xx.Maii.M.cccclxxvii.Florentiæ.

Quæ reuera sunt bona quo maiora sunt eo etiam meliora.

Marsilius Ficin⁹ Laurētio bonincontro astronomo & poetæ.S.D.

d Ici nō posset q̄ta in legendis tuis litteris voluptate affectus fuerim clarissime Laurenti.In iis aūt nihil equidē minus accuso:q̄ quod ipse magis excusas. Verū quid dixi modo mi laurenti Imó vero accuso:nihil:vbi mihi singula summopere placēt. Ergo vt rectius loquar:nihil in tuis litter; mihi placet magis:q̄ quod tu maxime suspicaris:mihi minus forte placere. Prolixitatē inq̄ amice tuam:imo sobrietatē. Quæ eñ reuera sunt bona quo maiora sunt: eo etiā meliora:Defers ad nos iudiciū inter numima tria grauissimū. Inter ꝓuidentiam videlicet & fatū & libertatē. Audisti ad paridem quondā iudiciū inter tris deas fuisse delatū. Ego aūt discrimine tanto offendere numima nolim.Manet alta mente repostum iudiciū paridis spretæq; iniuria formæ.Forte vero nihil amplius superest picli. Videris ipse cautissimā de iis tulisse sententiā.Nō eñ ineptevt nōnulli consueuerūt se iunxisti numina:sed inuicem aptissime coniunxisti.Sententiam vero tuam lati⁹ in libro de Astrologis confirmamus.

Nonpossunt plures in ea re inuicem firmiter copulari quæ ipsa in se mutabilis est atq; diuersa.

Marsilius Ficinus Locterio.Neronio compbilosopho suo.S.D.

a Mplector æquidē summo quodā gaudio doctas locteri piasq; litteras tuas.Ea in parte p̄sertimvbi tu me in eo bono quod cūcta cōplectit̄ benigne cōplecteris.Legisti sæpenumero pipateticū illud.Quæcūq; cuidā tertio eadē sunt:inuicē q̄3 sunt eadem. Hoc autē tunc solū mihi videt̄ impleri.cū tertiū illud sibimet ē penitus ide3.hoc ē indiuiduū simplexq; & pmanēs.Alioqn nō posset quæ ad ipsu3 recurrūt copulare inuicē ꝓrsus atq; firmare.Sed manifesto explicemus exemplo qd̄ nolumus.Lineæ q̄diu in centro indiuidu & immobili ꝑmanent:singule tum in seipis indiuidue immobilesq; cōsistūt:tum inter se inuicem vel eedem penitus vel cōiunctæ. At cū a centro ad circūferētiā diuiduā & mobilē inexplicant̄ magis gradatim magisq; tum singule in seipsis diuisæ mutabilesq; euadūt. Tum inuicē disiunctæ reddunt̄. ꝙ si vicissim ab ipa circūferentia in centrū denuo replicent̄:cōtinuo vnitatē stabilitatēq; priorē recipere videbūt̄.In centro quidē deū.In circūferētia vero cœlū & elemēta:in lineis deniq; animas mentesq; cōsiderare debemus.Ergo qd falsa quotidie vulgus beniuolentia gloriat̄:Hic quidē totus iamdiu sum tuus inquit. Iste vicissim semp inqt tuus ero. Ille rursus audet dicere:ego ac tu vnum ꝓrsus idemq; sumus.O q̄ falsi

sunt homines: q̃ fallaces. Nempe dum ipsi a stabili dei vnitate cadētes in mundi machinā mutabilē multiplicē. diuisibilem sese prorsus immergunt: ideoq̃ stabilitatē vnitatēq̃ in seipsis nō retinent naturalē interim tamen quod amisere dementes qđ miseri pdiderūt tam impudenter q̃ imprudenter aliis pollicentur. Desināt igit̃ pfiteri se inuicem mutua q̃dam beniuolētia: Idē prsus & fieri & manere: q̃diu & ipsi in se qui diligunt nō sunt tales quales aliis præstare se iactāt: & in ea re diligūt q̃ etiā nō ē talis: nō colligit vnq̃ non sistit animos sibiipsis & aliis: nisi vnitas ipsa simplex immobilisq̃ æternitas: quæ muxime cūcta cōplectit̃ vtpote quæ sua sunt maxime. In qua ego te libentissime complector mi locteri vicissim benignissime complectentem.

Cupido magis persuadet vel tacendo: q̃ & orando Mercurius & phœbus ipse canendo.

Marsilius Ficinus Dominico Gallecto. S. D.

I quantū amor in te Dominice meus: me quotidie stimulat ad scribendū: tantū musa mariæ mihi suppeditaret: certe toties nostro nomine legeres: Salue Gallecte quoties ipse saluere desideras. Quā vero iamdiu materiā nobis negat inuida muse: eam in p̄senti am Ioannes suggerit caualcantes: musarū dulcis alumnus. Hic tibi ob amiciciā nostrā multos ideo debere fatet̃. Quoniā ego in te quondam taq̃ antiquiore prius amādo ipm ardēter stabiliterq̃ amare didicerim. ꝙ si q̃ magnus ē meus amor: tam magna quādoq̃ p̄stare valeret: tu q̃ꝫ vicissim plurimū caualcāti debere cognosceres. Nempe cum hic vbiq̃ nobis tui similim⁹ amātissimusq̃ occurrat: efficit̃ vt i hoc amādo amare dn̄icū non dediscā. Ergo caualcātis causā tibi deus ille cōmendat: sine q̄ neq̃ properevnq̃ neq̃ pspere quicq̃ alicubi cōmendat̃. Cœlestis gallecte cupido sæpe qđ ip̄e ip̄ius miles sæpius experiris: persuadet antea q̃ suadeat. Persuadet autem multo vehemētius vel tacendo: q̃ & orando Mercurius & phœbus ip̄e canēdo. Quid mirū? Isti siquidem foris ad aures animi fores: verba volantia fundunt. Ille vero intus indelibiles flagrantiū cogitationū notas præcordiis ipsis inurit. Sed mitto poetæ vobis hæc amatoria. Ad causam ipsam venio Ioanni nostro nobisq̃ cōmunem.

FINIS.

'Quartus liber epistolarum Marsilii Ficini Florentini.
Nemo est cui possit inuidere qui videre possit quot omnes intus & extra furiis agitamur.
Marsilius Ficinus Elorentinus Laurentio Franciscbio Dominici filio S.D.

m Andauit discipulis suis pythagoras:ne cerebrũ cor ve comederent. Idest neq̧ cerebrũ cogitationibus consumerent superuacuis:neq̧ immoderatis curis cor vrerent. Si omnia fortuna contingunt:frustra laborant:qui confidunt quæ pter rationem modis innumerabilibus accidunt certa ratione definire poenitus atq̧ disponere. Si fato cuncta pueniũt in ipsum fatum grauius incidunt quicunq̧ ineuitabilem huius necessitatem euitare contendunt. Addunt enim proprium fato laborem. Deniq̧ siue fortuna res nostræ siue fato prouenire dicantur. diuina prouidentia irrationalem fortunam in ordinem ratõne disponit. immite etiam fatum ad bonum suauissime temperat vt cuncta his ordinata bonaq̧ eueniant q libenter cum diuina voluntate consentiunt. His solis interna consentiunt & externa. Cæteris autem vtraq̧ vbiq̧ dissentiunt. Hi soli q̃ necessaria sunt faciunt volũtaria. Quæ mala videntur bona. Quemadmodum pura mens vniuerso gaudet bono:sic impura malis cũctis affligit Sicut lumen maximum ad se lumina cũcta rapit: sic maximum in terris malũ.i.hõ malus oĩa ad se vndiq̧ trahit mala. Multoq̧ plura sibiipse infert:q̃ accipiat aliunde. Sicut insatiabiles ad bonũ sumus sic ferme insatiabiles nescio quõ sum⁹ ad malũ. Mala p̃sentia quidẽ nõ taʒ sentimus q̃ augem⁹. Præterita vero repetim⁹. futura p̃ripimus. fingim⁹ nõ futura. Mitto q̃ puersa mẽte res patiamur aduersas: nõne pspcritate sic abutimur vt infoelicissima nobis sit ipa foelicitas. Externarũ rerũ successus nihil aliud ẽ q̃ ratiõis & legis excessus. Sanitas aũt corpis q d nã ẽ nobis nisi mentis insania:forma q̃ʒ roburq̧ corpis sæpe animi deformitas fit atʒ debilitas. O q̃ deformes sumus quoties in ista quæ deus formosa facit ipsi deformes irruim⁹. Heu q̃ ingrati deo bonoꝝ oĩm largitori quoties opera eius gubernationẽq̧ dãnamus. Et quãto magis bonis illius frugibus horrea nobis abundãt:tantomagis spinas loliũq̧ & intra nos p̃ducimus & domi forisq̧ ferimus. Et cũ mala pducamus feramusq̧ miramur tamẽ si quando inde pessima metimus:neq̧ agriculturam nostram:sed astra deumue culpamus. Nemo est igitur cui possit inuidere qui videre possit quot oẽs intus & extra furiis agitamur. Difficile discernas in patria quis nã inter alios sit beatior, Difficilius extra patriam quis miserior. Equa ferme ratio ẽ vtrobiq̧. Illic ad summũ singuli gaudẽt:hic singuli dolemus ad summũ. Vt nisi ceci simus omino videre hinc pspicue debeam⁹. Sementẽ nostrã quãdoquidẽ tã male se habʒ

in terris:nō terrenam esse:sed cœlestem. Cœlestesq́ fructus si recte culta fuerit pducturam.

Cum rationi & consilio satisfeceris cunctis satisfecisse putato.

Marsilius Ficinus compbilosopbo suo.

t Vrbaris vt audio multum q̄ quæ intelligis certa te ratione fecisse damnentur a multis. An ipse tanti te facis amice? Vt velis eos qui deo non parcunt homini parcere? Quid pulchrius meliusq́ agi potest quā quæ a deo qui optima est ratio fiunt. Operibus tamen diuinis vbiq́ detrahitur. Horremus demones. Incusamus astra. Damnamus tempora. Plantarum quoq́ & animaliū formas & vires vitupamus. Carpimus homines. De nostra sorte assidue quærimur: Quæ adeo gratis accepimus displicent quæ ingrati nos fecimus vsq́ adeo placent vt deo displiceamus. Enitere præcor vt quantum noua opera tua tibi tanq̄ fœtus proprii subito blandiuntur tm̄ ipse rationi obsequare parcasq́ consilio tuo. Postq̄ vero diligēti rationi probatoq́ prudentum consilio satisfeceris hominibus cunctis satisfecisse putato. Sic enim ipsi veritati quæ cunctis est amplior satisfecisti. Quod si adhuc quæ eiusmodi ratiōe cogitaueris dixerisq́ & feceris alicubi improbentur. Memento alimenti boni inditium esse malo gustui displicere. Mali autem argumentū gustui malo placere. Vale atq́ postq̄ voluntas rectam sequuta fuerit rationem ne turberis si quid præter volūtatem inde sequatur.

Frustra sapit qui non sibi ipse sapit.

Marsilius Ficinus Morali pbilosopbo non morato. S.D.

q Vam absurdus est sutor veste vndiq́ lacera: q̄ iners medicus semper egrotus? q̄ molestus musicus cui dissonat lira voci. Tā turpis moralis pbilosopbus non moratus. Qui loquitur quidem bene: agit autē male: hic frustra vel hominibus bona loquitur nō credentibus vel a superis bona petit nō cōcedentibus.

Mundanorum medicina malorū est sup mūdani dei cultus.

Marsilius Ficinus Florentinus Bernardo Bembo Veneto equiti clarissimo. S.D.

q Voniam cœlestis hominum pater statuit patriam nostram fore cœlum: iccirco dum terram incolimus regionem a nostra patria remotissimam contenti aliquando esse non possumus: sors autem huiusmodi non tantū hominibus verum etiam cūctis omnino rebus creatis est cōmunis: vt nusq̄ præterq̄ in propria origine quietem agant. Atq́ quietis gratia conentur illic finem ponere vnde principiū habuerunt: sic aqua terraq́ ad ima descendunt. Alta petit ignis & aer. sic talpe atq́ similia terræ aluose occulunt. Cætera q̄ plurima culcāt terræ dorsum. Pisces aqua nati aqua natant. Hominum vero animi communi quodam naturaliq́ instinctu continuæ cœlum appetunt. Atq́ vl

terius coeli regem vnde creantur. Quoniam vero appetitio ad deũ naturalis a deo nobis infusa inanis esse non debet: ne summa ratio quæ nihil frustra facit frustra eam nobis infuderit: sequitur esse mentes hominum sempiternas vt ad sempiternum diuinumq; bonum natura desideratum quandoq; valeant peruenire. Ex his quæ diximus sequitur vt animi quandoquidem neq; terrenis vnq̃; alimentis implẽtur neq; dum terrena ingurgitant cœlestibus vesci dapibus possunt hac in vita nitantur coeli regi quandoq; pro viribus adherere. Tanto enim minus amaris inficiuntur terræ saporibus magisq; dulcibus reficiunt̃ coeli liquoribus quanto auidius id super cœlestem dulcedinis fontem afficiuntur. quanto propinquius accedimus ad mundi dominũ tanto longius a mundana seruitute discedimus. Cæterũ sicut in patria heremus illi videndo atq; gaudendo sic extra patriam amando prorsus & adorando. Quobrem non reperitur vsq̃; contra terrenos morbos medicina sufficiens præter amorem cultumq; diuinum. Neq; id quidem iniuria. Nempe in quolibet morbo quando medicina mali humoris nõ superat qualitatem cõuertitur in humorem. Turbat corpus: minuit vires pondus his auget. Cum igitur infirmitas omnis aduersitasq; nostra sit corporalis atq; mundana proculdubio frustra laborat quisquis eiusmodi malo corporeis mundanisq; medicinis succurrere temptat. Fortiore admodum mihi crede hic opus est medicina. Medicina dico: quæ & spiritalis sit & super mundũ quo corporales mundanosq; morbos expellere valeat. Si hoc solũ languore laboremus aut illo forte hic nobis medicus sufficeret aut ille. Sed pestis nostra est omne malum. Ergo tiriaca nobis est omne bonum. Morbus noster est inexplebilis appetitus & continua perturbatio. Medicus ergo nobis est immensum bonum & eterna tranquillitas. Si quis neget medicinam nostram esse verum dei cultum: huic nullum malorum: superest remediũ: spesq; omnis sanitatis adimitur. Qui autem reuera diuinis confidit remediis: cõualescit ꝓtinus vt confidit.

Nunquid quisq;: sed quo animo det cõsiderare debemus.

Marsilius Ficinus & Ioannes caualcãtes Georgio antonio Vespuccio ciui optimo & doctissimo. S.D.

d Ono tibi nostrum de vera pietate volumen: non vt insignem pietate virum instruam ad pietatem. Sed quia vno hoc munere puto magis q̃ cunctis disputationibus meis ipsi me pietati satisfacturum. satisfaciam quoq; pio amico meo (vt arbitror) Qui cum pio semper affectu ferueat: affectum ipsum in cunctis metitur potiusq; effectum. scit enim reuera in rebus externis esse magnuз. Nihil rursus in affectu magno esse nõ magnũ. scit etiam nihil vnq; ab eo magnũ dari: qui nil vnq̃; dare magis voluit q̃ quod dedit. Nihil contra ab eo dari paruum: cui præ voluntate maioris quicquid largitur est paruum.

Scit deniq̄ non tam manum; q̄ cor largientis aspiciendum. Et quantū alter tribuere cupit tantum alterum debere fatetur. Nam & si non manu statim animo tamen acceptum a nobis est cum primum nobis innotuit: quicquid amicus tradere concupiuit. Qui noua pōt donare quotidie: nihil vnq̄ largitur excellens. Solus excellentissima dedit: cui nihil superest denuo tribuendum: cum semel seipsum secumq̄ sua omnia dederit. Vt autem paucis comprehēdam: aut nihil donamus aut omnia. Qui rem nobis aliquā dat non animum hic non donum offert sed vel cōmēdat depositum: vel emit nos vel forsan aucupatur. Subito vero cuncta largit̃ qui mente dat ōia possidentē. Vale.

Quod turpe est amare pecunias tam honestum amare hominē: tam etiam necessariū & beatū amare deum.

Marsilius Ficinus Petro Guicciardino litteris & moribus ornatissimo. Salutem dicit.

q Vam turpe est amare pecunias: tam honestum est amare hominem amore dignissimum. Nemo dubitat modo vnq̄ aliquid amet qn amator se ipsū sibi auferat: atq̄ dedat amato. Pecuniæ hominem eam amantem accipere quidem possunt reddere nequaq̄. Hinc fit vt amator huiusmodi neq̄ pecunias habeat neq̄ seipm. Qui autem amat hominem redamantem quantum dum amat sese alteri dedit: tantum se recepit dum redamat̃. Immo vero vt rectius loquar duplo magis. Nempe duos hac ratione recipit animos qui dederat vnū rursus q̄ honestum vtileq̄ videtur diligere virum: beniuolētia dignū tam necessarium est: atq̄ beatum amare deum: primam amoris pulcritudinisq̄ originē: sine cuius calore nullus amare quicq̄ potest: sine cuius splendore nil potest amari. Vale fœlix: & cōmenda me patri tuo Iacobo cui clarissimo. Kl'is martii. M.cccc.lxxvi. Florentiæ.

Qualis in se est talia cuiq̄ sunt quæ accipit.

Marsilius Ficinus Ioanni Aurelio ariminensi: & Ioanni Petro Cortusio patauino cū philosophis suis. S.D.

n On est malū in hæc incidere: quæ vulgo dicuntur mala: nisi malis dignus fueris. Mala enim non patitur nisi malus. Non est bonum hæc habere: que dicuntur bona: nisi bonus dignus fueris. Bonis enim nō fruitur nisi bonus. Non ab externis interna. sed ab internis: externa dependent. Qualis in se quisq̄ est talia cuiq̄ sūt quæ accipit: Non tam de sorte q̄ de electōne conqueri possumus. Mala cōtinue cogitamus: nos agitant vndiq̄ mala. Mala quotidie sequimur. Merito nos mala sequuntur. Crudelitatem plurimum exercemus. crudelitas vicissim nos exercet. Clementiam fugimus: fugit & nos clemētia. Quo magis sponte humanam iusticiam fugimus: eo magis iusticia nos diuina inuitos assequitur. In ipō scelere sceleris est supplicium. Boni premium est in bono. Bona cras tm̄ agimus: bona cras accipimus.

Agimus mala hodie:hodie mala patimur. Dissonamus ipsi nobis omnes. Dissonant vicissim nobis omnia. Si rite motus animi temperaueris: vt magi persarum docent iam tibi omnia temperasti: humores corporis: animi tempora: plantas: animalia cuncta: cœlum. Temperabis autem proculdubio: si animum tanta diligentia disposueris quanta lapides architecti. Colores: lineas pictores: Musici voces. Verba poete. Atq; vt summatim dicam nihil in te videbitur incompositum: si tam cerebrum quod capillis tegitur: composueris q̄ quisq; capillos. Bñ vale: ac ne frustra colas alia: in primis cole teip̄m.

Mundana omnia discordia componunt̄: anima discordia & ipsa sibi & aliis opponunt̄.

Marsilius Ficinus Paci suo pacem optat: metuit bellū. S. D.

Cripsisti nuper ad me mi paces: sicuti soles eleganter admoduз & amice. Ego autem nihil ad te scribebam: quia nusq̄ putabaз esse pacem. Cum omnia cogitarem discordia pœnitus occupari. Sed ibi mo do paceз repperi meum: vbi iam diu repperi pacem meā Iuppiter (vt aiunt qui cœlestra norunt) humanæ pacis est auctor. Rainaldus vrsinus iouis alumnus meum alit pacem atq; meam. Ego te (vt iubes) alumno phœbi suppliciter commendabo. Tu vero me vicissim commenda precor iouis alumno. Sed anteq̄ epistolæ finem imponā: cupio tecum nisi forte ridiculum videatur: ex pacis nomie de bello nō nihil philosophari. Opponuntur fœlicibus angelis demones infœlices: signa cœlestia signis. Planetæ planetis: elementis etiam elementa. Plantæ plantis: animalibus animalia. Opponuntur præterea quieti motus: habitui vero priuatio. Lumen tenebris: Nigro lucidum atq; album: Silentio sonus. Acutumq; graui. Fetido suaue redolēs. Insipido salsum (vt peripatetici putant) Acre amarumq; dulci. frigido calidum. Humido siccum: leue graui: Raro densum. leni asperum. Molli deniq; durum. Opponit̄ fortuna fatumq; corpori. Corporis humores humoribus membraq; membris. Corpus ipsum animæ. Rationi sensus: affectus affectui: virtuti vitium: vicia vitiis: opinioni opinio: votum deniq; voto. Sole omnium virtutes si vsq̄ reperiantur: reuera inuicē sunt concordes: ita vt qui vnam consequitur assequatur & omnes. Res autem cætere nulla alia in re inuicem magis q̄ in ipsa discordia sunt concordes. Ergo cui mirum sit continua inter se discordia: genus hominū agitari? Omnia discordia componuntur. omnia discorpia & ipsa sibi & aliis opponuntur: ibi solum extrinsecus omnia consonant vbi intrinsecus nihil dissonat. Nihil autem ibi dissonat intus: vbi vel sincera veritas dominatur. Vel veritatis huiusmodi splendor exuberat. Vel calor splendoris eiusmodi feruet. Primum quidem deus est. Secundum contemplatio dei: Tercium amor cultusque dei. Nec nobis mi paces

eam dare pacem possunt: quam dare non potest mūdus vndiqꝫ discor-dia plenus. Verum ne forte dum de bello diutius disputo: bellum pro-lixiori disputatione oculis: auribus vetuis indixisse videar. Vale. idibꝰ Aprilibus. M. cccclxxviii Florentiæ.

Vt sortem in melius mutes: animæ figurā in melius muta.

Marsilius Ficinus hominum generi. S. D.

Verenti mihi præcipuam hodie rationem qua homines tam laboriosam in terris vitā cōtinue ducāt: venit in mentem ludus quidam eiusmodi in quo nonnulli cruribus extensis in altum interim palmis & capitis vertice gradianť. Præterea conenť altero quidem oculo terrena vndiqꝫ omnia altero autē cœlestia circumspicere. Deinde quicquid humi occurrerit naribus: labiis: digitis: prēsare nitantur. Rursus si quid ab alto his imminet: pedibus attractare conentur & carpere & quæcunqꝫ attigerint portanda suscipiant. O turpissimum spectaculū O miserabile monstrū. Non homines isti sunt: Non sunt animalia. Arbores hæ stigiæ mihi videnť. Quarum folia quidē amarissima sunt: fructus autem inter folia nullus. Quid monstruosius. Quid laboriosius potest & onerosius cogitari? Tales amici sumus quasi oēs. Quasi omnes heu miseri caput animæ rationem: sensibus qui sunt animæ pedes stulte subiicimus. Proinde mente sic humi depressa cœlestia nosse simuľ confidimꝰ atqꝫ terrena. Infimis animæ plantis summa naturæ frustra tentamus attingere. Ac dum cuncta nobis vsurpare molimur: onus omnium circūferimus: Heu interim q̄ insana miseria: q̄ miserabili insania laboramus? Quid sortem nostram fortunamue deflemus? Quid mutare fortunam temere cogitamus? Quid flectere fatum? Muta præcor hunc anima ludum. Tuam hanc figuram verte. Sic enim fortunam mutaueris fatumqꝫ flexeris: & mundi ipsius figuram in melius tibi subito verteris. Vale.

Pura neqꝫ impure quæras. Neqꝫ postq̄ inueneris impuris cōmunia facias.

Marsilius Ficinus Laurentio Medici Viro magnanimo. S. D.

Vm nouembris superioris Chalendis epistolam alteram de raptu ad tertium Cœlum Pauli ad Ioannem Caualcantem: alteram de cœlesti & supercœlesti limine ad Phœbum Capellā cōposuissem: mox in eum oculorum morbum infœliciter incidi: quē imaginum nomine physici nuncupant: proximāqꝫ afferunt portendere cecitatem. Et si expertus sum pene omnia quæ tractanť a medicis. Apollinis successoribus nondum tamē medicorum pater Apollo lucēs pristinā restituit mihi lucē. Heu q̄ diuersa ē mi Laurēti cæterarū rerū ratio atqꝫ lucis? Nempe q sonos vel odores fugiūt vel sapores hi talia certe deuitant: qui vero res eiusmodi sequuntur maxime: ii & maxime omnium consequuntur. Lucem vero ipsam prochdolor tam qui obnixe

quæritat:q̄ qui ꝓcul fugit:solet amittere. Tarsensis Paulus: dum & celeri passu veꝛ fugit. Solem: & Solis ipsius lumē impiis armis insequitur, captus fuisse lumine traditur. Marsilius vicissim dum sequit̃ Solem lumenq̄ prosequit̃: fere captus est lumine. Hinc heri dum iuncta esset Luna Soli: orta mihi est oratio quædam ad diuinū Solem fortassis obscurior. Sed tunc demum (vt spero) clarior euasura cum humanus Sol meus meam hanc suamq̄ Lunam semel saltem oculoruꝫ suorum radiis illustrauerit. Vale.

O SOL qui hominum flammis corda omnia lustras: Nunquid mortalium nulli patere vis nimium cum tamen omnibus: omniū maxime pateas. O Sol iusticiæ fons. Sol largitatis exemplar q̄ me vehementer accendis vt quæram: tam clare. tanq̄ salubriter refulge quærenti. An forte subito nimium impuris oculis purissimum ausus sum suspicere lumen. Phæton forsitan hac in re fateor quodāmodo fui. Fui tamen & sum Phœbe tuus. Ergo calore me purga præcor foueq̄ tuo Tantum salubri flamma potes omnibus phœbe mederi: quantum ꝑ omia radios iaculari. Ego eñ neq̄ sicut Iulianus ille & platonicus & Christianus olim sed apostata solem ipsum sine sole cantaui. Neq̄ caram (vt aiunt) sororem tuam vna cum Claudiano Proserpinam raptā ad inferos impie cecini. Sed filium tuum potius Aesculapium quendā Tarsensem Medicum animorum ad superos raptum vna cum Luca Hieroteo Dyonisio celebraui. Neq̄ sicut Stesicorus & Homerus in fœlicem Helenæ id est terrene formæ rapinā: sed vt veri Platonici solent beatissimum depinxi cœlestis mentis ascensuꝫ. Neq̄ vel instar numeri passim Eleusina sacra vulgaui. Vel tanq̄ pherecides syrus abdita cœlestiū animorum terreno cuilibet patefeci. Vel sicut Hipparcus Pythagoricus delphica præceptoris sancti misteria iure communia paucissimis cunctis vnq̄ feci communia. Vel Dionysii Siracusani more Appollineos Platonis sensus impuris vulgi sensibus reserare contendi Non palam locutus sum quæ non licet homini loqui: non dedi sanctum canibus porcisue dilaniandum. Sed Edipis archana tantum (vt mihi quidem videor) quantum ipse videram reuelaui. Dauis aūt oibus prorsus velata dedi.

Quid ergo post hac: quid potissimū phœbe vis faciam. Mittes (vt arbitror) ad Ananiaꝫ me Damascum quo & Saulum quondā misisti cæcum: vbi visum protinus recepit amissum. Ananias aūt mihi fuerit opto alumus ille phœbe tu⁹ medices Laurus radiis olim tuis orientibus ortus. Damascum profectus sum nuper itineris duce quodam Solis platonici filio. alumno quidem illic tuo ananiæ vero meo portiunculam quandam: ceu pignus grandioris holocausti reddidi ꝓ pediem residuum redditurus. Ergo redde iam mihi Phœbe si libet optatum diu: redpe obsecro lumen: xiiii. Aprilis. Mcccclxxvii.

Honestũ agendũ est: quia placeat: placere debet vt deo placeas.

Marsilius Ficinus Locterio Neronio. S. D.

q Vantum ab initio studiorum meorum mea mihi verba scripta ꝗ placebant omnia: tantũ ferme Locteri deinde indies mea mihi omnia displicent. Scribere tamen non nihil quottidie ne scio quo siue fato siue spiritu vel inuitus impellor. Ergo id mihi primum semper est in scribendo propositum: vt ꝙ minime Marsilium ceterosq̄ offendam ꝗ breuissime loqui. Sed dum nimia breuitate studeo prolixitatis deuitare fastidium: interim obscuritate quadam nonnunꝗ quodammodo confundo me ipsum. Certe alios sæpe perturbo: Hoc aũt iure iis solet accidere: qui modum in rebus tenere non didicerunt. Ecce nunc ꝗ ridiculum videbitur: o amice ꝗ absurdum. Vt familiarem epistolam illam familiari meo: qui interdum quasi alter quidam apparet virtute interpretandi Mercurius cogar interprætari. At vero nequaꝗ cogar: vt arbitror: Nempe dum petis a nobis clarius & facilius erudiri: abunde ad modum nos erudis. Haud ita dissimulare tuam astutiã: o ironice potuisti: quin aduerterim te ardentissimo quodam diutius loquendi mecum desiderio potiusq̄ planioris eruditionis auiditate interpretationeȝ: epistolæ meæ requirere clariorem. Igit̃ amatoriam quandam prolixitatem Callide vir nunc exigis non claritatem. Ceterum vt & tibi longiore quadam oratione & alteri cuipiam: qui interprætationem forte reuera requireret: verbis planioribus satisfaciam. summa antique illius epistolæ erit eiusmodi.

Studeo ꝓviribus semꝑ id agere. quod bonũ esse tã prudẽtũ cõsiliũ ꝗ rõ diligẽs ꝑsuaserit. Neq̄ hoc ipm ad externuȝ aliquẽ refero fructũ: q & futurus sit & breuis & in hominũ vel fortune arbitrio positus. Sed primũ quidẽ ad verũ illud gaudiũ qđ in ipsa boni actione ꝑcipit̃ Quod quidẽ bonũ gaudiũq̄ & si tꝑale dici pot: qm̃ nõ cõtinue similiter exercet̃ atq̄ sentit̃. Intimum tamẽ est & in nostro arbitrio situm. Eiusmodi vero bonũ in præsentia æternitateq̄ placet. Non istud dico: quia ego nunc prorsus ipsa fruar æternitate: sed quia intelligo id non ob aliam ratõnem nisi quia ideæ. i. æternæ rõni deiq̄ oĩpotentis arti congruit; cõgruere mẽti: atq̄ placere. Proinde quemadmodũ bonũ illud ad intimũ gaudium retuli: ita refero gaudiũ ad ideã vt vicȝ ea rõne mihi placeat bonũ vt ipe deo maxime placeã oĩs boni bono: sine quo nihil põt mihi placere. Non possideo ꝑsenteȝ fœlicitatẽ inqs: sed expecto futurã. Expecta Locteri fœlicitatẽ ipe vicȝ futurus fœlix presente. i. æterna fœlicitate potiusq̄ futura. Si qua enim in te est futura fœlicitas ideo fœlicitas est quia in ea fœlicitate est cui neq̄ ꝑteritũ cõtingit neq̄ futurum. Vale. xv. Aprilis. Mccccxxvii.

Nihil vł mirabilius vel amabiliꝰ est ꝗ Doctria Probitati cõiũcta:

Marsiliꝰ Ficinꝰ florẽtinꝰ Marco aurelio Oratori clarissimo. S. D.

q Vando singularis doctrina Marce aureli. vna cũ excellenti quadam probitate coniungitur. tantus ex hoc quasi Solis Iouisq; congressu & splẽdor a doctrina & ardor a probitate protinus emicat. vt radiis flammisq; hmõi ab oriente in occidentem vsq; porrectis mentes vel remotissimarũ gentiũ incitatæ atq; accensæ & alliciantur blandissime & vehementissime rapiantur. alliciebat igitur hac rõe Marcus aurelius Marsiliũ Ficinũ suum quondam adolescẽtem rapit. & nũc ætate maturiorem. Ecce nunc omnis hæc ad te properat. præda Marce tua. Marsilius tuus adolescẽs pariter & maturior. Hic ergo tibi sex declamatiũculas offerret quarũ primæ illæ duæ de philosophiæ medicinæq; laudibus iam diu a tenera ætate. quatuor vero sequentes de precipuis humani generis institutis vere hoc sunt illi natæ. Ita demũ nate fœliciter si apud te continue nutriantur.

Marsilii Ficini oratio de laudibus Philosophiæ.

c Ontrarias in partes animus in presentia mihi distrahit viri clarissimi. quemadmodũ sepe his in rebus grauioribus oraturi sunt contingere consueuit. Nam & antiqua sacri gymnasii huius consuetudo & grauis auctoritas patrum q̃ duo iure apud me pñt q̃plurimũ. cogunt vt hodie verba de philosophie laudibus faciã. Cũ vero facultatis huius vim atq; naturã mecum ipe considero. tam p̃clara mihi videtur. tanq; excellens vt id quidem humana vel mente comprehendi vel lingua explicari posse diffidam. Neq; solũ hinc materie ipius sublimitas inde humilitas ingenii verum etiam reuerendus conspectus vester me nũc a dicendo deterret. Itaq; mõ vtrum tacerem. an potius loquerer ambigebam Dicam tamẽ viri prestãtes vt potero p̃stare arbitratus rem ipsam de qua dicturus sum minus parere Marsilio. q̃ Marsiliũ maiorum suorum p̃ceptis nullo modo parere. Quare mihi veniam dabitis. si ei⁹ aut egregias laudes haud quaq; exprimere ꝓ illius dignitate potuero. Et id omne quodcũq; a me dictum fuerit diuine luci cuius lumine aduertimus. cuius radiis comprahendimus cuius splendore explicamus omnia prorsus attribuetis. Vetus theologorum p̃stantes viri sentẽtia ẽ. multoꝝ phoꝝ rõnibus cõfirmata. q̃ sane docemur atq; instruimur eo singula in rerum natura perfectiora dignioraq; videri. quo ad primi rerum omniũ principii perfectõnem dignitatemq; accedunt. propinquius ac expressiorẽ in se eius ymaginem complectũtur. Prisca vero aegyptiorum & Arabũ theologia tradidit deum esse exñdi cognoscendi agendiq; principiũ. Vnde pythagoras Heraclitus atq; Plato eam theologiam in Græciã transferentes ab eodem ipo deo principiũ esse naturæ veritatem. doctrinæ vitæ fœlicitatem disputauerunt. Quod Platonis de rep. liber Permœnides. Timeus. ac Iamblici & proculi theologia testatur. Secut⁹ post eos veteres Dyonisi⁹ Ariopagita platonic⁹. Prio ac deinde

xpianus.idem in libris suis latissime disputauit. Quod quidem diu postea Hilarius & Aurelius Augustin⁹ inter latinos theologos principes obseruauere. Itaq₃ & Augustinus ipse in libris de vera religiõe deq₃ ciuitate diuina: deum ipsum rerum omniũ effectorem. veritatis illustratorem. beatitudinis largitorem appellat. Idq₃ multis antea seculis a platonicis philosophis diuersis licet verbis pertractatũ fuisse cõfirmat. In his præterea tribus appellatõnibus dei quæ a veterib⁹ philosophis primũ inducte fuerunt. xpianam quoq₃ trinitatem quodam mõ contineri. Philosophiæ insuper tres species a platone adinuentas atq₃ distributas huic nostræ trinitati ex omnibus suis partibus respõdere. Vt ea philosophandi facultas quæ de rerum causis progressionibusq₃ dixerit deo rerum principio congruat. Altera vero qua disserendi origo modusq₃ tractatur. deo veritatis illustratori cõueniat. Postrema philosophiæ pars cuius pceptis & institutis vitam agim⁹. nosq₃ ipsos & familiam ac remp. ad fœlicitatem consequendam dirigim⁹ deo quoq₃ beatitudinis largitori quodammõ comparetur. Ex quo tam satis perspicuũ esse potest. philosophiã omni ex parte toti atq₃ pfecte (vt ita dixerim) diuinitati cõgruere patrisq₃ & filii ac spũs potentiæ sapientiæ & bonitatis plenã quandam & absolutam. quantum nobis conceditur. imaginem continere. Quo fit vt nulla ex omnibus hominũ facultatibus diuinitati propinquior similiorq₃ appareat. & iccirco nihil apud nos pter ipm deũ perfectius q̃ philosophia atq₃ præstãtius videatur. Quamobrem diuinæ id explicuisse videtur Mercurius Aegiptiorũ sapientissimus cũ homines dixit philosophie lumine deos fieri. Idemq₃ pythagoras in aureis carminibns cecinit. & plato in libris de repub. Philosophis vite functis. deorum cerimonias misteriaq₃ instituit. Empedocles aũt agrigẽtinus philosophiam munus dixit esse deorum quod cui contigerit talem eum reddat. vt oĩa quæ mouentur alta mente contẽnat. intima mentis acie diuinis radiis illustretur. futuramq₃ beatitudinem firma sententia speret. Sed quid eo præstantius: quod ab Arestotele dictum est. Cum cæteræ artes rerum magnitudine & difficultate perterritæ longe a veritatis inquisitõe discederent. philosophia sola nihil laboriosi operis refugit nec se optimis indignam rebus. sed earum sibi cognitionem congruã & cognatã existimauit. Cũq₃ impossibile foret corpea mole cœlestes sedes adire animus philosophie munere intelligẽtiam ducem adept⁹ rerum oim naturam contemplatione transcendit. Hæc Arestoteles. Deniq₃ vt summatim dicam. philosophia cum sit cœleste munus. terrena vicia procul fugat. Fortunã fortissime domat. Mitigat mirifice fatum mortalibus donis certissime vtitur. Immortalia munera largit᷑ ad votum. O thesaurum omniũ præciosissimũ. haud quaq̃ terræ Plutonisq₃ viscerib⁹ editum. sed summo cœli vertice Iouisq₃ capite descendentẽ. sine cuius

possessiõe neq recte vti cæteris thesauris possumus: neq quicq fœliciter possidere. O ducẽ humanæ vite tutissimũ. Qui primũ Herculea claua viciorũ mõstra prorsus expugnat. Deinde clipeo Palladis atq hasta deuitat vel supat fortunæ pi̾cula. Postremo atlãticis humeris humanos subleuãs anĩos & terreno hoc exilio liberat & patriæ supne verissime fœlicissimeq restituit. Vt nõ imerito dictũ sit a Platõe quodã regnãte sophia seculũ aureũ extitisse: ac rursus si qñ phia regnabit aureũ seculũ rediturũ. Verũ quid nã agimus o viri præstãtes: quid mom̃eto: vt ita dixerim: tpis eternitatẽ frustra metiri tẽptamus. Deficeret nos nõ modo dies sed ãni quoq q̃ plurimi si oẽs sctẽ Phie laudes ꝓsequi prorsus aggrederemur. Quapropter nihil aliud dicẽdũ supest vel agendũ: nisi vt tota mẽte ardẽtiq aĩo: relictis oĩbusq mobilibus inanibusq rebus in quibus nihil preter vmbras quasdã & phãtasmata reperitur huius diuini mũeris studiis incũbamus. Nã qui phie expertes sunt hi humano genere inferiores in bestias quodãmodo p̃cipites dilabũt̃. Qui vero mediocrẽ illi operã ĩpẽderint viri ꝓculdubio tales euadẽt vt & doctos docere queãt & regere reges. At qui ꝑ vniuersã vitã: huic se totũ soli deuouerit: corpore quasi deposito & liber ad æthera ꝑget: & hũanã spẽm superabit: factus deus ætheris almi.

Marsilii Ficini Oratio de laudibus medicinæ.

PHilosophi Pythagorici atq Platonici qui a Mercurio trismegisto phie fõte manarũt nihil aũt ĩquiri aut inueniri ab hoĩm mẽte vllo modo posse arbitrãt̃: absq eo pricipio a quo & ipa mẽs & ea ĩsuper q̃ sint discẽda ꝓficiscũt̃. Idq lumẽ eẽ voluert ad inspiciẽda oĩa eundẽ ipm deũ a quo ꝓfecta sunt oĩa. Sicut eñ oculorũ scĩtilla colorũ scintillas ĩ ipso solis lumĩe tã coloꝝ q̃ oculoꝝ auctore discernit ita veridica mens rei cuiuslibet veritatẽ in sũma ꝑcipit veritate veritatis mentisq cuiusq procreatrice. Quapropter cũ hodie & antiqua cõsuetudine & iussu patrum inducti de laudibus medicinæ quæ ab Apollinẽ descendisse dicit̃: tracturi simus: mentis aciem ad Lucẽ a tenebris conuertẽtes veri sũmiq Apollinis radios suppliciter adoramus: vt salutari illius calore purgati ꝑ urgatõnis pfectionẽ laudesq vel pro ipsius dignitatẽ vel saltẽ pro ingenii viribus prosequamur. Tria sunt viri præstãtes apud philosophos præcipua: finis videlicet origo atq materia quibus cuiusq doctrine pfectionẽ iudicare consueuerũt: Medicine aũt origo siue hebreos & arabes sequaris siue græcos egyptiosq theologos ab ipa diuinitate manauit Nã hebrei & arabes primũ humaui generis parentẽ Adã eã diuino lumĩe sapiẽtiã adeptũ asserũt. Reliqui vero Apollinẽ ab hoĩm deoꝝq parẽte Ioue illã suscepisse virtutẽ ad hũani salutẽ generis tradidere: qui deide idẽ Aesculapio reuelarit: A quo podalirius & Macha

bon ꝓstātes medici geniti fuerīt Multis deīde secul' hippocrates co bus q̄ a priscis obscuris inuoluta pabolis tradita fuerāt eduxit in lu cē atq3 hi oēs quos hactenus memoraui in deoꝝ cōciliū ab vniuer sa religione gentilium relati fuisse dicunť .Quid memorē Pythago ram:Empedoclē: Democritū:Dioclem:Caristiū: Erasistratū: Proxa goram:Chrysippū:Erophylum:Serapionē: Apollonium: Glaciam Heraclidem:Chemisonē: Plistonicū:Galienū: Egregios præstātissi mosq3 græcoꝝ philosophoꝝ:Platonē:atq3 Aristotelē:quos omnes & philosophos acutissimos extitisse: & plurimos in arte medēdi li bros edidisse cōperimus:Quid egyptios omniū vetustissimos gen tium:quoꝝ sacerdotes vniuersos præstantes fuisse medicos Home rus Heuripides ac Plato testanť.Quid persaꝝ magos idest sacerdo tes.Zoroastrē:Hostanē:Abstrosico:Gobribā:Paxatā : Sinicarion dam:Damigeron:Hismosen:Ioannē:Apollonium:Dardanū:apud quos innumera pene in hac arte volumina:quæ sydeꝝ mometis ver bis:herbis:lapillis:atq3 vaporibus salutē tuenť nostrā:reperta ferun tur. Nōne & mitridates ille rex Ponti cui duæ ac:xx. pcbāt lingue : diuturnā huius disciplinæ studiis operā impēdit:Sabor quoq3 Rex Medorū & Auicēna diuinus ac pleriq3 Arabes huic sapientie ardēti opera incubuere.Serapiō eiusq3 filius Ioānes:Ioānes insup Mesue Abumerō:Auēzoar;Rasis:Auerois:Abugasis:Isaac:Haaly: ac ple riq3 alii sapientes hebreoꝝ atq3 Arabū præstātissimi : Mitto latinos quoꝝ Cornelius celsus.apuleius.Q.Serenus:Colūella:Plinius:La ctātius:primi de cura sanitatis libros tū prosa oratiōe tū etiā carmi nibus cōposuerūt.Qui vero eos sequuti sint:& innumeri pene repe riūť & nobis adeo noti:vt ꝓlixiori narratione nequaq̄3 idigeāt. Nū pōt alicuius facultatis origo hoc medicine ortu:nō mō ꝓstātior: sed par aut similis iueniri:cū adeo heroibus:Regibus:Ducibus: Magis ꝓbis:& illis quidē vetustissimis atq3 oim sapiētissimis ꝓficiscať. Subiecta vero huic arti materia circa quā versať:cuiusue principia ꝓ prietatesq3 ꝑquirit homo:ē quē tāti fecit Mercurius trismegistus vt eū diceret post primū deū pene maximum cē deoꝝ. Stoici quoq3 & Peripatetici omnia quæ sub orbe Lunæ mouenť eius gratia fieri at q3 moueri.Hebrei autē & Arabes atq3 Christiani theologi ipsū quo q3 mundū fuisse hominis gratia constitutū:ex quo quis non videat hominē de quo nostra illa facultas agit esse pene omniū a Deo fluē tium præstantissimū.Atq3 ideo hominis curādi doctrinā perfectissi mam iudicandā.Nec dixerit quispiā medicorū artē circa ipsum ho minis corpus duntaxat versari.Si quidē phœbus:vt in epistolis Hy pocratis legiť: animi atq3 corporis curationē coire in vnum arbitra bať.Vñ apud Aegyptios atq3 Persas idē sacerdotes erant & medici Scribit in carmide Plato magos illos animæ corpisq3 medicos Za

molſidis:zoroaſtriſq; ſectatores arbitrari oĩa corpis:tũ bona tũ mala ab aĩa fluere in ipm corpus queadmodũ oculoꝝ qualitas fluit a cerebro cerebri qualitas a toto corpe. Atq; vt impoſſibile eſt oculus curari niſi curet̃ cerebrũ:& cerebrũ curari niſi corpus totũ:ita corpus totũ niſi aĩa bene valeat nõ poſſe bene valere. Valitudinẽ vero aĩæ curari applloincis incãtatiõibus quibuſdã.i.pbicis ratiõibus. Socrates p̃terea narrauit vulgatũ eſſe apud Thraces eos medicos tali quadã curatõne nõnullos hoĩes ſeruare imortales cõſueuiſſe:tãtũ eſt aiæ i corpus imperiũ tãta poteſtas. Magica hæc opinio videt̃ cũ illa hebreoꝝ chriſtianoꝝq; ſentẽtia cõſentire ade primi parẽtis aĩo prius quidẽ ſano ſana fuiſſe omnia. Deinde vero infirmo infirmo nia euaſiſſe. Cornelius quoq; celſus integrã atq; pfectã medicinæ artẽ intelligi voluit cum quis hominis valitudinẽ tueri ex motuũ animi & corpis cognitione valeret:in quibus duobus naturalis ac moralis cõtemplatio & vſus inſuper continetur. Nã & Auicenna corpis qualitatẽ in animũ poſſe in vtrãq; partem q̃plurimũ cenſuit:ipſius quoq; animi affectiones:motus imagĩes ad corporis ſeu bonã:ſiue malã valitudinẽ maximã vim habere. Finem præterea medicorũ quis non viderit. Eorum eñ cura & diligentia ipſum eſſe viuere & inſup bene viuere conſeruatur. Quid his melius quid optabilius addi poteſt:Quid magis naturæ propniquũ aut cõſentaneum q̃ quod ipſa genuit tueri atq; ſeruare:Nemo veſtrum ignorat viri clariſſimi humanã pſperitatem nõ in rerũ poſſeſſione:ſed iocũdo quodã vſu cõſiſtere:At vero ſine ſanitate nihil vſu nobis eſſe iocũdũ nemo ſane mentis ignorat: Hic ita in ſanitatis hymno cecinit Orpheus:

.i. abſq; te cũcta ſunt hoĩbus inutilia. Medicina igitur qñ vel tuetur vel reſtituit ſanitatẽ:cũcta ſimul bona & ſeruare videt̃ & reddere. Quãobrẽ ſacræ hebreoꝝ littere honorãdũ medicũ merito iuſſiſſe videt̃ & homerus recte iquit. Vir medicus p̃tio multos equauerit vnus. Quapp vos oẽs amici vehemẽter hortor vt neq; tpi neq; pecuniis neq; labori vllo mõ pcatis quo artẽ hãc ſaluberrimã humaneq; vite cõſeruatricẽ totis viribus cõplectamini:vt & vitã pſperitatẽq; ppriã vřoꝝq;:& reliquorũ deinde oĩm tueri ceteraſq; liberales artes q̃ ſine ſanitate diſci & exerceri non pñt adiuuare poſſitis. Ac deniq; vniuerſis gentibus vel maximis etiã regibus qui omnes veſtris ſe dedunt manibus fœliciter imperetis.

Sequũtur deinceps Declamationes quatuor.

Prima incipit. Si quis agricola nõ ſolum ſine &c.
Secunda. Querenti mihi præcipuam hodie &c.
Tertia. Quid tandiu vituperas homo &c.
Quarta. Mandauit diſcipulis ſuis pythagoras &c.

Hæ quatuor Declamationes ſunt in ſuperioribus.

In singulis expertum consule.

Mar. Fi. Laurentio Bonincontro Astronomo & Poete. S. D.

q Værenti mihi nuper amicũ quendã e multis quẽ maxĩe cõsulerẽ nũquid vera de raptu in tertiũ cœlũ pauli disputauerim occurrit in primis Laurẽtius Bonincõtrus poeta astronomicus astronomusq̃ poeticus. Quẽquidẽ iãdiu tãq̃ astronomũ suus atlas in cœlũ altis substulit humeris: cui rursus tãq̃ vati pater ipe phœbus ore rotũdo cœlestia cecinit. Ergo tũc demũ verã me diuinoꝝ imaginẽ expressisse putabo: quãdo laurẽtius meus: qui illorũ vultum: & duce atlãte: & mõstrante apolline: vidit penitus approbauerit.

Præstat malam valitudinem bene ferre q̃ male bonam.

Marsilius Ficiuus Amicis suis. S. D.

q Vid tociens amici quæritis quomodo valeam: Interrogate potius nunquid deniq̃ conualuerim. Cœteri siquidẽ ad hoc nati videntur: vt bene valerent. Ego autem contra ob hoc ipsum natus videor: vt male continue valeam. Nam mihi imbecillitate quadam nature datum est ab initio: vt nunq̃ diem integrũ firmã corporis valitudinem sim expertus. Sed largissimo quodam dei munere inuide nature dãna repẽdo: vt q̃ male nõnulli bonã valitudinẽ ferunt: ferme tam bene ipse malam. Quantum ergo quidam possessionis prospere gratia naturæ debent: tantum ego. gratia vsus ipsius debeo deo. Quãdo deus ipse nostra firmitas est: Infirmi vndiq̃ esse non possumus. Tũc enim animi: firmitas corporis infirmitate perficitur: Mihi quidem adherere deo bonum est. Qm̃: vt augustinus inquit: si in ipso non permanebo: nec in me potero. State igitur o amici: state in deo qui nõ mouetur: & stabitis. Quiescite in eo qui nõ turbatur: & quieti viuetis.

Omnia dedit semel qui se ipse dedit.

Marsilius Ficinus Florentinus Bernardo Bembo Veneto Viro clarissimo. S. D

v Ix Iacobo Lanfredino dederam ad te æpistolam: in qua cupiebam fieri certior: nunquit mea illa: immo tua: oĩa recepisses: quãdo reddita est mihi æpistola tua grauitate lepore affectuq̃ referta: Quid vero de mira gratitudine dicam: Alii cum gratis acceperint aliena vix tandem gracias agunt. Bembus autẽ noster q̃d sua iure receperit agit gratias: & quidẽ cumulatissimas. Ego suauissime mi Bernarde nihil iamdiu tibi dare possum noui: Omnia olim semel tibi dedi quãdo tibi dedi Marsilium. Et si leuis eiusmodi possessio est: non enim tantus sum vt merita tua impleã: nõ tamen leue est q̃ cæteros omnes non minus q̃ me moribus tuis rapueris literatos. Tu enim horum omnium es desiderium. Tu populi nostri delitie. xxv. Aprilis. Mccccl xxvii.

De Platonica philosophi natura. Institutione. Actione.

Marsilius Ficinus. Ioanni Francisco Hyppolyto Gazolti comiti. viro clarissimo. S.D.

Cripsi ad bernardũ Bembũ venetũ iamdiu epl'am quandã de philosophiæ laudibus longiusculam. Nup quoq; non nihil eadem de re ad marcũ Aureliũ clarissimũ oratorem. Reliquũ esse videt' vt de platonica philosophi natura. institutione. actione ali quid scribam. Vt pateat manifestius qua via potissimũ p̃ciosissimus ille philosophiæ thesaurus repiatur a nobis. & reptus qua rõne legi time possideat' & expẽdat'. Cũ ab oĩbus philosophia (vt nomẽ ipm a pythagora inductum phibet) sapiẽtiæ amor definiat'. sapiẽtia vero diuinoꝝ contemplatio sit certe philosophiæ finis ẽ cognitio diuino rum. Quod in septimo de rep. libro noster plato testatur. vbi veram inquit philosophiã esse ascensum ab his quæ fluunt & oriũtur & oc cidunt. ad ea quæ vere sunt & semp eadem pseuerant: Tot ergo phi losophia ptes & facultates mistras habet. quot gradibus ab infimis ad supna cõscenditur. Hi gradus ptim a natura. ptim a diligentia ho minũ exigunt': Nam (vt in sexto de rep. tradit plato) quicunq; phũs futurus est ab ipa natura sic institutus esse debet: vt primo quidẽ ad omnia disciplinarum genera facilis ac pmptus existat. Deinde. vt na tura sit verax ab omni mendacio penitus alienus. Tercio loco vt cõ temptis omnibus q̃ corruptioni obnoxia sunt. illis q̃ semp eadem p manent mentẽ adhibeat. magnanimus quoq; & fortis sit. necesse ẽ. qui nec mortem metuat. nec inanem cupiat gloriã. Præterea tpatum hunc quodãmõ nasci oportet easq; animi partes que effectibus ef fetri solent domitas a natura suscipere. Quisquis enim veritatis aui dus ad diuinoꝝ contemplationẽ mentem conuertit. voluptates cor poris paruipẽdit: Oportet præterea liberali animo philosophũ esse. Et enim rerum vilium æstimatio homini veritatem rerum contẽpla ture aduersa est. nimiũq; contraria. Huius insuper voluntas iusticiã diliget: quippe cum veritatis temperãtiæ. liberalitatis sit admodum studiosus. maxime vero omnium ingenii acumine atq; memoria & magnitudine animi illi opus esse videtur. At qui hæ quidem tres na turæ dotes. s. acumen igenii. memoria. magnanimitas. cum discipli na atq; educatio decens adhibita est perfectum virtute virum effici ũnt. Verum si neglecte sint. maximorum scelerum cause esse a plato ne dicũt'. Ergo naturæ huic adhibẽda ẽ summa hoim diligẽtia vt qui ita natura affectus est ab ipa puericia litteras discat scientiaꝝ oĩm ele menta. Cytharæ quin etiam vsu in cõcinnus istius cõponendus ẽ ani mus. Gynnastice ludis corpus exercitandũ. vt bono ipius habitu cõ ueniens philosophiæ studiis præbeat ministerium. Interim optima rum legum instituta ipsius auribus inserenda. Honestis exhortatio

nibus adolescentis aīus ita formandus vt moderatus pacatusq̄ red datꝰ. Quā qdē moralē educationē ethicē noīant. Cum vero mēs p ea q̄ diximus ab appetitus pturbatōe liberata iam a corpore solui cœperit adiiciēda mox illi est mathematicoꝝ cognitio que de numeris planis figuris & solidis numerosisq̄ horum motibus agit: qm̄ vero numeri & figuræ & motuum rōes ad cogitationem potiusq̄ ad sensus exteriores pertinēt hoꝝ studio aīus nō mō ab appetitu corpis sed ab eius quoq̄ sensibus separatꝰ & ad interiorē cogitatōnē se cōfert. Qđ quidē mortē cōmentari est (qđ in phœdone plato scribit eē philosophantis officium) p qđ & similes deo reddimur vt ex phœdro theetetoq̄ discitꝰ. Est autē in his percipiendis is apud platonicos ordo vt arithmeticam sequatur geometria. Geometriam: stereometria. hanc astronomia. Astronomiā deniq̄ musica. Priores eñ numeri sunt q̄ figuræ. Figuræ plane priores q̄ solidæ. Solida vero corpa prius sunt q̄ moueātur. Ordo vero & vocum rōnes motū secuntur. Arithmetica igitur q̄ de numeris agit precedat sequatur q̄ de planis figuris tractat geometria. Succedat huic que de solidis cōsiderat stereometria. Quartū tenet locum astronomia q̄ solidorum corporum. i. sperarum motus suspicit. Postremo sit musica q̄ ordinem vocum ex motione nascētium indagat. His perceptis plato dialecticā. i. demonstrādæ veritatis scientiā tradit. Dialecticam vero non tātum logicam illam esse vult q̄ primas & minutissimas rōcinatōnum regulas docet. Sed & pfundum expeditæ mētis artificium ad ipsam veram meramq̄ rei cuiusq̄ substantiā phisicis primo deinde methaphisicis rōnibus cōphendendam vt & rō de quolibet reddi possit & deniq̄ supra sensuum corporumq̄ naturam mentis lumen pcipiatur atq̄ incorporales rerum species quas ydeas vocamus intelligātur. ex quibus ipm vnū specierū omniū fons mentiū & animoꝝ origo ac lumen principium & finis omniū (quod ipm bonū plato vocat) inspiciatꝰ. Huius inspectio sapientia ē cuius amor phia rectissime definitur. Postq̄ vero philosophantis animus primū ipsum contemplatus est bonū. vnde iudicans q̄ in rebus humanis bona sint q̄ mala turpia vel honesta noxia vel vtilia ad eius exemplar hūana disponit. a malo abducit in bonum dirigit: & hac prudentia gubernandi rem propriam. Familiarem & publicam administrat legesq̄ & rōnes docet administādi. vñ leges initiū habuerunt. Quāobrem in tymeo philosophiā plato dei donum esse asserit. quo nihil vnq̄ pstantius sit nobis a deo tributū. Nihil eñ ipm bonū q deus est homini melius largiri poterat q̄ integram quoad fieri pōt diuinitatis ipius similitudinem: Deū vero qs dubitet esse a corpore liberam veritatē omnibus prouidentē. philosophus autē morali institutione primaq̄ ipa eruditione (quam diximus) animum ab appetitu & sensu corporis liberat. Dialectica veri-

tatem assequitur. ciuili doctrina hominibus puidet. Quo fit vt philosophia. sit & donum dei & similitudo & felicissima imitatio. Qua siquis preditus sit. ex dei similitudine. idem erit i terris. qui & in coelis est deus. Quippe inter deum & homies medius est philosophus Ad deum homo. Ad homines deus. Dei veritate familiaris. Suiipius libertate possessor. Ciuili prudentia dux hominum reliquorum. Quo quidem gubernatore & quondam fuisse aurea secula perhibẽtur. & reditura quandoqȝ vaticinatus est plato. quãdo in eũdem animum potestas sapientiaqȝ concurrent. Apud platonem philosophãtium animi per sapientiam & iusticiam recuperatis alis statim cum a corpore discesserunt coelestem in patriam reuolaut. iisdemqȝ in coelis quibus & in terris fungũtur officiis. Cum deo veritate gaudẽt. secũ libertate congratulãtur. Pietate hominibus prouident. ac velut inter prætes dei atqȝ prophete quod & hic egerãt. & ibi peragũt. Animos homiuũ in deum cõuertũt. Arcana dei mysteria mentibus humanis interpretãtur. Quapropter merito theologi veteres philosophãtiũ mentes statim solutas a corpore perinde ac triginta illa Hesiodi milia demonũ tanqȝ semideos heroas beatosqȝ demones coluerũt. Philosoplia itaqȝ (vt paucis comprehendamus) ascensus est animi ab inferioribus ad superna a tenebrisqȝ ad lucem principiũ eius diuine mẽtis instinctus. Media vero ad facultates & disciplinæ q̃s narrauimus Finis summi boni possessio. Fructus deniqȝ recta hoim gubernatio Hæc ego Frãcisco Berlinghierio nr̃o tanq̃ amico philosophico cõia feci. Tu quoqȝ Iuliane burgo nostro eadẽ rõe cõmunia facies. Vale.

De vita Platonis.

Marsilius Ficinus Francisco Bandino suo. S. D.


Onatus sum diebus superioribus ydeam philosophi Plato-
c nicis coloribus pingere. Verum si platonem ipm in medium adduxissem. certe nõ quãdã illius ydee picturam. sed ydeam ipam. veri philosophi digitis ostendissem. Ergo platonẽ nũc intueamur. & vt pb̃m & pb̃iam simul atqȝ ydeã ipam pariter videamus.

Genelogia & Genesis Platonis.

Lato atheniensis Aristonis & perictiones siue potone filius
b a neptuno genus vtrimqȝ ducit. Nã Solon a nereo & neptuno descẽdit. Solonis vero frater dropides critiã maiorem genuit. a quo caleserus ortus duos habuit filios crittã. s. minorẽ qvnus ex triginta athenaꝝ gubernatoribus fuit. atqȝ glauconẽ carmidis & perictiones pr̃em. perictõne vero. Aristone nupta platonem peperit & adimantum & Glauconem Feminam quoqȝ potonam que Eurimedonti nupta peperit speusippum. Rursus ariston platonis pater a codro filio melanthi descendit. qui iterum in neptunum (sicut Solon) originẽ referũt. Ferũt athenis celebre esse. Aristonẽ perictiõe cũ

esset speciosissima cõgredi conatum esse. Verum fuisse illius conatꝰ Irritos vidisseq; in somnis appollinem: atq; ab eo iussum mundam a cõiugali copula quo ad pareret seruauisse. Quod & laertius & policrates scribunt. Nascit̃ athenis vel in Egina a Troie captiuitate ãno septingentesimo quinquagesimo sexto: ab vrbe cõdita trecentesimo tricesimo tercio. Ante xp̃i aduentum quadringẽtesimo vicesimo tercio. Platonis genesim qualẽ adolescens audiuerã in libro de Amore significaui: Sed nunc adducã: qualẽ Julius Firmius Astronomus describit. Cuius opinionẽ hac in re existimo veriorem. Est autem eiusmodi. In ascendente Aquario Mars Mercurius Venus. In secunda sol in Piscibus. In quinta Luna in geminis. In septima Juppiter in Leone: In nona Saturnus in Libra.

Hanc genesim Julius Firmius asserit significare virũ qui mirabili eloqñtia polleat. coelestiq; ingenio ad omnia secreta diuitatis accedat.



Educatio: Indoles: Erudicio sobrietas platonis.

Ert̃ cũ in cuius eẽt in labiis infantis apes mel fudisse: eloquentiæ futuræ p̃sagiũ. Aiũt socratẽ vidisse p somnũ oloris pullũ sibi gremio plumescere q cõtinuo exortis p̃enis expãsis alis in altũ euolãs suauissimos cãtus ediderit: postridie cũ a patre sibi plato cõmendatꝰ eẽt hũc eẽ cignũ quẽ viderat dixisse: poetico stilo i adolescẽtia floruit: Elegias composuit. & Tragedias duas: Quas & ipse igni dedit cũ primũ animũ ad p̃hiam applicuisset: primis l̃ris a Dionysio p̃ceptore ibutus est: Deinde socratẽ audiuit vigesimũ ætatis annũ agẽs: post Socratis mortẽ cratilo heracliti discipulo & hermogeni p̃menidis p̃hiam tuẽti: sese acomodauit. Dũ eẽt annoꝝ duo detrigita megarã se ad euclidẽ cũ aliis socraticis cõtulit. Hic cirenẽ p̃fectus theodoꝝ mathematicũ audiuit atq; idẽ i italiã ad pythagoreos philolaũ & archi tã tarẽtinũ eurytũq; cõcessit. Ab his i egyptũ ad p̃

phetas & sacerdotes se recepit. Decreuerat ad indos magosq̃ pgredi verũ ppter asie bella a pposito destitit. Regressus demũ athenas in achademia vitã duxit: quẽ in salubrẽ attice locũ dicit eligisse qđ etiã Diuus basili⁹ & hieronimus cõprobãt vt nimis bonus corpis habitus ceu vitis nimia luxuries amputaret. Erat.n. & speciosissimo & robustissimo corpis hitu. vñ & a latis hũeris ãpla frõte & egregio totius corpis hitu orõnis quoq̃ vbertate Plato est nũcupatus cum añ noiatus fuisset aristocles: nihil i eo de fore: nisi forte vox aliqñtũ gracilis & nescio qđ sub ceruice gibbosũ eũ aliqñtũ deformabat: ob academiæ habitatõnẽ passus ẽ quartanã febrẽ mẽses decẽ atq̃ octo sed sobrietate & diligẽtia sua vires post febrẽ validiores q̃ añ recupauit

Militia est nauigatio Platonis: trina: Prima nauigatio.

Militauit ter primo in tanagrã: Scđo in corintũ: Tercio in delũ vbi etiã victoria potitus est. In siciliã ter nauigauit. prio vt insulã & æthnea miracła crateresq̃ videret. Agebat tũc quadragesimũ ætatis annũ quo etiã tpe Dionysius Hermocratis fili⁹ vt secũ loqret impulit. Vbi cũ ille de tyrãnide dissereret dicẽs: ñ id pstare: qđ sibi soli eẽt vtile: nisi virtute etiã excelleret offensum tyrãnum atq̃ iratum dixisse aiunt: verba tuo ociosorũ senũ sunt At ile & tua inqt: tyrãnidẽ sapiũt. Ad hec indignatũ tyrãnum prio qdẽ illum necare voluisse. Deinde vero a dione & aristomene obsecratũ id minie effecisse. Verun polidi lacedemonio q p id tps legatus ad se venerat eũ tradidisse: vt venundaret. Eum ille in eginã addũctũ vẽdidit quo tpe & chamãder tanq̃ mortis reum accusauit: Sane iuxta pmulgatã apđ eos legẽ capitale erat: siqs atheniẽsium eã insulã adisset Cæterũ cum a quodã fuisset allegatũ disciplinæ grã eo phũm ascẽdisse: legẽq̃ illã de hoibus nõ de phis (q sup hoies sunt) loq absolutum eũ dimisere Neq̃ occidẽdum: sed vẽdẽdum decreuerunt. Aderat forte amiceris cirenaicus: q eum. xx. minis redemit: remisitq̃ athenas ad amicos. Pollidẽ vero a cabria supatum & post modum in elice fuisse submersum fama ẽ demonio sibi nunciãte. talia illum phi grã ppeti. Nõ tñ qeuit Dionysius Verũ cum cognouisset & q̃ illi cõtigerãt scripsit platoni orãs ne i se maledicta intorqret. Ad quẽ ille rescripsit nõ tãtum sibi a philosophia supesse ocii: vt Dionysii meminisset. Obtrectatoribus qbusdã platonẽ a Dionisio derelictũ obiectãtib⁹ rñdit: imo vero a platone dionysius est relictus.

Scđa Nauigatio:

Secundo pfectus est ad dionysium vniorẽ ob eo & dione philosoqhãdi grã accersitus. Hac quoq̃ spe ductus se suis cõsiliis effecturum vt illic ex tirãnide aut resp. fieret aut regnum visurumq̃ qđ iãdiu vehemẽter optabat gubernationẽ. s. qñdã maxiæ philosophicã in qua vel gubernẽt phi vel gubernatores philosophẽtur. Putabat.n. ciuitates nõ aliter posse miseriã euitare. Id oẽ non vi

aut dolo:sed philisophicis rõib⁹ ꝑsuaso Dionisio fieri cupiebat. Sed
q̃rto fere mẽse post Platonis accessum Dyonisius falsis impulsus ca
lumniis dionẽ: quasi tyrannidi insidiantẽ expulit. Platonẽ vero libẽ
ter amplectebatᷓ. At plato in patriã rediit. Tercio accessit dionẽ Dio
nisio recõciliaturus & ab vtroq̄ iterũ obsecratus. Rogatus etiã ab ar
chita. Tunc & dionysius victatã: illi triremem obuiã misit & archida
num pythagoricũ oratorẽ nobilesq̄ ꝑmultos & ipse quadrigis albis
egredientẽ excœpit: Postulauit Plato ꝓmissam dionis restitutõnem
atq̄ insuꝑ terrã ac boies qui iuxta cõstitutã ab eo remp. viuerent idq̄
ille quamq̄ pollicitus: implere detractauit. Cum vero Plato palã dio
nisium redargueret q̄ fefellisset fidẽ tum sibi de Dione restituendo
tum Theodoti suo de Heraclite seruãdo: infensum: deinde hũit Dio
nisium Vñ in sũmo viuebat ꝑiculo ne a militibus interficeretᷓ. Sed ar
chitas tarẽtinus salmuscũ misit ad Dionisium oratorẽ vna cum naui
rogãs vt Platonẽ dimitteret. Ille eũ dimisit ac præbuit cõmeatũ. Pla
to in patriã rediit. dionisius paulopost a Dione ciuibusq̄ pulsus ty
rannide: criminis in philosophiã comissi penas Plato miro quodam
honore exceptus est in patria. Ibiq̄ ad remp. accersitus accedere no
luit: quia plebs malis se moribus assuefecerat.

Quibus Plato leges dederit.

f Ertᷓ archadas & thebanos cõdita ciuitate honeste magnitudi
nis rogasse illũ vt eã remp. istitueret: verũ cũ ille eos intellexis
set æqualitatẽ sectari nolle ꝓfectũ nõ eẽ. Siracusanis vero ex
pulso tyrãno leges dedit: & cretẽsibus magnesia nuꝑ cõdita ciuitate
scripsit leges. xii. in libris digestas. Misit ex familiaribus suis Aristo
nimũ ad archades legib⁹ instituẽdos. Ad ilios phormionẽ. Ad pyr
teos mededimũ.

Cõtinẽtia: Grauitas: Comitas Platonis.

v Ixit aũt cœlebs & Sobrius admodũ & (vt Aurelius Augusti
nus ꝓhibet) castus. vñ & in senio sacra naturæ fecisse dicitᷓ. vt
se apd̄ vulg⁹ a crimie sterilitatis absolueret. Iuuenis adeo vere
cũd⁹ ac̄ cõpositus fuit vt nũq̄ ridere: nisi modice deꝑhẽsus sit: iratũ
vero vidit nemo vñ apd̄ platonẽ educat⁹ puer cũ ad parẽtes reuersus
vociferantẽ videret patrẽ nunq̄ inq̄t hoc apd̄ platonẽ vidi. Sel' tm̄
clam subiratus est puero grauiter delinq̄nti. Sed Xenocrati inq̄t. Ce
de tu hũc pueꝝ. Ego. n. qa iratus sũ neq̄o. Edebat quolibet die aut se
mel tm̄ aut si bis. parcissime. Dormiebat solus Cõtrariã vitã multũ vi
tuperabat. Ad amãdos adolescẽtes queadmodũ & Socrates suus vi
debatᷓ paulo pronior. Verũ vterq̄ tã rõe cõtinens q̄ sensu ꝑcliuis q̄
diuinæ isti amauerĩt: & quo pacto q̄ de amore locuti sunt exponan
tur: satis in libro de amore tractauim⁹. Optabat memoriã sui vel in li
bris vel in amicis relinq̄re. Et si melancolicus erat profundissimiq̄
ingenii: vt scribit Aristoteles: iocis tñ plurimis vtebatᷓ atq̄ Xenocra

tem & dionem seueriores sæpissime admonebat vt gratiis sacra facerent quo iocundiores gratioresq; redderentur platonis aũt grauitati comitas erat admixta.

Discipuli platonis præcipui.

d Iscipuli eius fuere: Speusippus atheniẽsis Xenocrates calcedonius. Aristoteles stagirites. Philippus opũtius. Esticus pintius. Dion siracusanus. Anicles: Heraclites Erascus & Doriscus sceptii. Timolaus: cizicenus: hebeon: Lampsacenus: Pithori: & heraclides: Enii: Hippotales & calippus athenieses. Demetrius. Amphipolites: Heraclides. Pôtic⁹ & cõplures alii: & cũ his mlĩeres duæ lascheniã mãtinea & axithea phyasia. Quæ virili vtebant̃ veste. Theophrastũ itẽ illi⁹ fuisse auditorẽ ferũt: & hiperidẽ: oratorẽ: camelcõ & lycurgũ: demosthenẽ quoq; ipsius fuisse studiosum: & Menesistratũ Vestibulo achademiæ inscriptũ erat. Nemo huc geometrie exps ingrediatur. Quod quidem nõ solum de linearum: sed etiã de affectuũ debita mensura volebat intelligi.

Libri Platonis.

s Cripsit librũ de sctĩtate: Euthyphronẽ. Apologiam Socratis. Critonẽ de eo qđ cũ socrate i carcere tractauit. critõ. phedonẽ de ani imortalitate. Cratilũ de recta nominũ rõe. Theetetũ de scia. Sophistẽ de eo qđ est ciuilẽ de regno. Parmenidẽ de vno rerum oim pricipio & ideis philebũ de sũmo bono Cõuiuiũ de amore. phædrũ de pulchro. Alcibiadẽ primũ de natura hoĩs. Alcibiadẽ scđm de voto. Hypparchũ de lucri cupiditate. Amatores de phĩa. Theagẽ de sapia. Charmidẽ de tpantia: lachẽ de fortitudine. Lysidẽ de amicitia. Eutidemũ cõtẽtiosum. Prothagorã de moralib⁹. Gorgiã de rethorica. Menonẽ de virtute: hyppiã maiore de pulchro: hyppiã norẽ mendacio. menexenũ de athica antiquitate de rep. libros. x. Timeũ de mũdi natura. Critiã de athica antiquitate. Minoẽ de lege. De legibus libros. xii. Epinomim siue phũm. Eplas. xiii. Hos oẽs platõis libros ipi e græca lingua trãstulim⁹ in latinã. Tres vero sũt platonicoꝶ spẽs dialogoꝶ. Aut. n. sophistas cõfutat. Aut adolescẽtes adhortat̃: aut docet adultos. Quæ in eplĩs vel in libris de legibus & epinomi plato ipse suo dixerit ore certissima vult haberi. Que vero in cæteris libris socratis timei. Parmenidis. Zenonis ore disputat veri similia.

Eloquentia. Sapientia. Auctoritas platonis.

s Tilus platonis (vt ait Aristoteles) medius inter solutam orationem & carmen fluit: suauitas & copia tanta vt Cic. platonẽ & intelligendi & dicendi grauissimum auctorem & magistrũ fuisse dixerit. adiecit: si iuppiter humana lingua loqui voluisset non alia q̃ platonis lingua fuisse locuturum. Doctrina vero tanta in eo: vt cum ante illum omnes inter græcos illustres ad externas gentes sapientiæ gratia peregrinati fuissent. post platonis tempora cæteræ nationes athenas confluxerint. Et aristoteles tam miro ingenio præ

ditus ac noue heresis auidissim⁹. cū Platonē iā pene adultus adisset viginti eū cōtinuos annos audiuerit. Adde ꝙ priusq̃ adiret platonē iam lr̄is prouectus erat. Deinde Platonē solum habuit præceptorē. Mitto quod a Cycerone scribitur malo cum platone errare q̃ cum ceteris recte sentire. Præterea ꝙ vna cum panetio illum appellat deum philosophoꝝ. Mitto illud qntiliani. Quis dubitet platonem eē precipuum vel acumine disserendi vel eloquendi facundia diuina quadā & homerica. Multum em̄ illius oratio supra prosam oratōnē & quā pedestrem græci vocant. surgit vt mihi nō humano ingenio sed delphico quodam oraculo videatur instinctus. Diuina sapientia & probitate mirabilem auctoritatem etiā in patria. quod rarissime fieri solet sibi comparuisse videt̄. Reuersus ex sicilia plato cum ad magnificentissimā illam olimpiorum celebritatem quasi quandam orbis terrarum conuentum peruenisset tam lætis cūctorū occursibus exceptus est vt e cœlo deus ad mortales demissis videretur. ludos deseri: athletarum spectacula relinqui. Pugiles solos obmitti cerneres & qđ ad mirabilius est qui tam longis terrarum marisq̃ tractibus pascendoꝝ oculorum auriumq̃ & animoꝝ gratia olympia venerant omnis voluptatis obliti platonem adibant. platonem intuebantur. In platone perinde atq̃ amenissimo diuersorio conquiescebāt. Cum tragediam quis referet. nec quispiam p̄ter platonem adesset. obiectantibus quibusdam dedecori esse illi ꝙ nemo p̄ter vnū adesset respōdit ille & hic vnus plus est q̃ totus atheniensis populus.

Charitas magnanimitas: sanctimonia platonis.

q Vā mag̃ & cōstāti aīo p̄sertim ī amicorū cā fuerit indicāt eius ep̄læ & contēptus tyrāni. dionisq̃ defensio. Tyrānū sæpe ꝙ iniuste gubernaret. ꝙ ue amicos falleret etiam p̄ñtibus testibus audacter redarguebat tantū aberat vt illi assenteret̄. mitto minutiora illa quale illud ē. ꝙ iusserat dyonisius ī cōuiuio & vt sing̃lis purpurā inducti saltarēt. Saltauit ꝓtinus aristippus. plato vero renuit dicēs nō cōuenire phō muliebria. p̄terea chabriæ fortissimo duci crobilus accusato iprobus diē dixerat. & capitis iudiciū intēptauerat quocirca cū a reliq̄s destitutus ciuibus metu p̄iculi ī arcē ascēderet. solus plato auxiliū p̄staturus sp̄ illi affuit. Cū vero calūniator crobilus vt eū a p̄rocinio deterreret. minitās dixisset. aliis defensionē p̄staturus aduētas. ig̃rās ꝙ te quoq̃ socratis venenū expectat ip̄e r̄ndit. oli crobile cū p̄rie dignitati militabā. intolerādis p̄icul' haud segnis erā. nūc p̄ officio & amici salute licet ferrū ac venena mineris & igne. Nullum recuso discrimē. Cū socrates carcere iniustissime iclusus eēt. plato pecunias cōgregauit vt redimeret innocentē. & dum iudicium agebāt ascēdēs ī sugestū sic cœpit orare: cū mīor natu sim viri athēnieſes his oībus q̄ tribunal ascēderunt. veꝝ tyrāni iudices veriti ne auctoritate

& eloquentia sua ciues moueret. Interpellauerunt repente: reclamauerunt descende. Plato domum abiit. Nam quātum illi in elemētis morbo tantum hic tunc morbo corporis laborabat. Socrates vero perscrutores pœnas paulopost dederunt. Cum ex condiscipulis quidam instigaretur inuidia xenocratem adeo platoni gratum acceptumq̧ esse: vt in eum cōflaret inimicitias multa in platonē xenocratis maledicta renunciauit. Plato medio sermone criminationem respuens obaudit Instat oblectator vl'tus seueritate crimē affirmās Deniq̧ deos omnes ac deas obtestanti: plato vt ab eius sese pertinatia solueret esto inquit. Sed ea xenocrates fide ac grauitate pollet vt nisi sic expedire iudicasset: dicturus ea nunq̄ fuisset. Grauitatē magnanimitatemq̧ platonis imitatum fuisse. Xenocratem dilectum eius discipulum testis est vita Xenocratis apud Diogenem: quæ quidem est fortitudinis & sanctitatis exemplar. Imitatum quoq̧ fuisse dionem Plutarchus est testis. Preterea phíliscus licurgi oratoris vitā describens. Magnus vir inquit fuit lycurgus multaq̧ sūt ab eo gesta præclare: que fecere nemo potuisset qui nō fuisset platonis auditor. Demosthenes cū antipatrū fugeret archie blādis verbis se ei vitā seruaturū pollicenti: absit inquit: vt viuere turpiter malim q̄ honeste mori. Postq̄ Xenocratem & platonē de immortalitate animi differentes audiui. Idem scribens ad Heracleodorum quendā cō discipulum suū: atq̧ eum reprehendens q̧ postq̄ platonem audiuerat: negligeret bonas artes: & vitā parum honeste duceret. Nōne inquit erubescis ea negligere q̄ a platōe accepisti. Dionysius ad Speusippū scribens ait. Plato quidem gratis sua limina terentes docebat Tu vero tributa exigis & advolētibus ac nolētibus accipi: Laertius quoq̧ capit eundem q̧ non sicut Xenocrates platonis castitatem & fortitudinem mansuetudinemq̧ fuerit imitatus. Illud vero de fortitudine Xenocratis tacere nō possum q̧ cum platoni Dionysius diceret: caput tibi quispiam tollet Xenocrates qui aderat inquit. Nemo istud priusq̄ meum hoc abscidet.

Sententie & prouerbia platonis.

De Aristotele & Xenocrate hæc plato dicebat.

Vi qualē equū qualēq̧ asinū iungēdos assūpsi. Aristoteles
b quidē freno idiget: xenocrates vero calcaribus. Erat inter discipulos eius lautus nimiū et curā de cutis studiosissimus adolescens: quem plato rogauit. Quousq̧ tibi carcerē edificare perges Quoties hoiem amore irretitū videret ille aiebat ꝓprio ī corpe mortuus est viuit in alieno. Addebat qui seipse alterius gratia deseruerit oīum esse miserrimū. Quippe qui neq̧ se possideat vlterius: neq̧ alterū. Platonis quidam familiaris vir doctus eū orabat. vt sibi aures paulisp accomodaret: libellū a se editū lecturo. Rogatus subide a pla

tone: quæ liberi esset inscriptio: rñdit cōtradicēdū non esse: cui plato Cur igitur ipse hoc factitas. Cur cōtradicētibus cōtradicis: Cur me cōsulis: si tibi ꝓhibes cōtradici: Leo ciuis potens in cetu carpebatꝰ ꝙ magnas: & immodestas in senatu vociferationes habuerat. Plato hoc ipm inquit est vere leonē esse: Diogeni cynico dicēti ꝙ hūana quidē ista videret: ideas vero nequaꝙ̄. cui mirū iquit. Oculos em̄ qbus ista videntꝰ habes: & vteris. Mētevero nō vteris qua sola ille cernūtꝰ. Mirātibus discipulis ꝙ xenocrates in oī vita seuerus: nescio quid risu excipiendū dixisset: quid inquit miramini inter spinas aliquādo rosas & lilia nasci. At viuētes crebro dicere solebat. Ocio labores ante ponite nisi forte rubiginē splēdori prestare putatis. Iuuentutē ad beatā vitā hac ratiōe sæpissime incēdebat. Cōtrariā virtutis ac voluptatis naturā animaduertite. huius eni momentaneā dulcedinē: subita penitentia sequitꝰ dolorꝙ̄ perpetuus. Illius aūt breues labores eterna voluptas. Cū vidisset quendā aleia ludentē arguit: & cū ille ꝙ̄ parua reprehēdis diceret. Plato rñdit. at nō est parū cōsuetudo: ebriis & iratis cōsulere solitus erat sese vt in speculo studiose intuerentꝰ: eiusmodi statim feditate discessuros. Ebrietatē & somnū valde detestabatꝰ. Aiebat plurimū referre ad pueritiā. educandā: vt honestis solū gaudere pueri assuesceret. Alioqui voluptatē dicebat escā esse malorū. Addebat sanitatē aī verā esse phiam. Cœteras vero facultates nō tā phia ꝙ̄ ornamēta videri: nihil sane menti suauius esse ꝙ̄ vera dicere & audire. Veritatē em̄ nihil vel melius vel durabilius. Interrogātibus quibusdā q̄ nā possessionū genera filiis essēt potissimū cōparādā: ea dixit q̄ nō grādinē nō hoim vim nō ipm deniꝙ̄ iouē extimescerēt. De māco de filii eruditiōe cōsultāti: qualis inquit in arbusculis plantandis dirigendisꝙ̄ talis & in filiis gignendis: & instituendis cura esse debet: Hic labor: illic voluptas. Cauendum autem ne in hoc sopiti: nullo plusꝙ̄ vigiles videamur. Philedono cuipiam platonem carpenti ꝙ non minus in discendo ꝙ̄ in docendo studiosus ac sedulus esset: & quoad discipulus esse vellet interroganti. Quoad inquit meliorem ac peritiorem esse me non penitebit. Interrogatus quidnā inter peritum imperitumꝙ̄ interesset: quod iter medicum egrotumꝙ̄ respōdit. Principibus nullum præstantius prædiorum genus esse dicebat ꝙ̄ eorum familiaritates hominū qui cauponari nescirēt principi non aliter necessaria esse sapientiā ꝙ̄ corpi animā. Beatissimas fore respublicas. si aut philosophi dominētur: aut saltem qui gubernāt diuina quadā sorte philosophētꝰ Nihil em̄ pestilētius eē potestate: & audatia quā ignorātia cōitetꝰ. Tales quoꝙ̄ subditos eē solere: quales pricipes videātꝰ. Magistratui nō ꝓpriū bonum sed publicū cogitādū: nō partē solū citatis quādā: sed totā eē curādā.

Quales princi pes & rempu. gubernantes.

Quantum plato neglexit humana: quantum diuina dilexit.
Epetebat quotidie sola eterna esse vera. Temporalia vero ve
r ri similia. Dormire i corpe aim & q̄ sensus appetit aut timet ni
hil aliud eē q̄ somnia. Itaq̧ hæc oia pœnitus cōtemnēda: & vt
mala vitenť quibus plenius est mūdus: ad eterna cōfugiendū. Aliter
eā deuitari nō posse. Ipe quoq̧ q̄ præcipiebat impleuit. Nā dū & he
reditario quodā iure & ciuiū fauore priceps in rep. esset futurus om
nē prorsus ciuilem respuit dignitatem. Cū patrimonio ditissimus es
set: fratribus largitus est oia pter suburbanū prediolum: quā acade
miā nominabāt. Hoc solo cōtētus vixit: & si preceptor amicusq̧ pri
cipiū extitit: diuitias tamen ab his nullas accepit. Solebat rex Diony
sius dicere. Aristippus semp pecunias petit. Plato semper libros. Ad
de q̄ in vxorem duxit. neq̧ vixit in vrbe: ab oibus liber soli seruiens
veritati. Vnde diuus hieronymus iquit. Plato egiptū: & architā tarē
tinū eāq̧ orā italie que quōdā magna grecia vocabať: laboriosissime
pagrauit. Vt qui athenis mgr̄ erat & potēs: cuiusq̧ doctrinā achade
miæ gimnasia psonabāt: fieret pegrinus atq̧ discipulus: malens alie
na verecunde discere q̄ sua impudenter ingerere. Deniq̧ cum literas
quasi toto orbe fugientes persequitur captus a pyratis & venunda
tus: etiā tyrāno crudelissimo paruit: captiuus victus & seruus. Tamē
quia philosophus maior emente se fuit: hec hieronomus.

Pietas & gratitudo platonis.

Ratus deo fuit: a quo principiū cogitādi dicendi agēdi oibus
g in rebus & faciendū dicebat esse: & ipse semper efficiebat. Pre
terea deo gratias agebat quotidie q̄ homo natus esset nō bru
tū: q̄ grecus nō barbarus q̄ temporibus socratis: q̄ gratus precepto
ribus fuerit omnibusq̧ amicis testimonio sunt eius dialogi. In qui
bus mirifice eos omnes honorat: atq̧ Socrati libros suos attribuit
Non solum enim illum in omnibus pene dialogis disputantem idu
cit: sed etiam omnia a se composita: scribit non sua: sed socratis esse

Que Plato affirmauit & qui eum confirmauerunt.

N his que sensibus subiacent partes heracliti tuebatur porro
i in his que ad intelligentiam pertinent pithagore maxime ac
quiescebat. In rebus autem ciuilibus socratem suū amplecte
batur. Que vbiq̧ asseuerabat: hec sunt: Deum oibus prouidere. Ani
mas hominum immortales esse. Bonorum premia: malorum suppli
cia fore. Augustinus in libro contra Academicos inquit: Christi au
ctoritatem omnibus anteponendam. Si autem ratonibus agendum
sit: apud platonicos reperire se dicit quod sacris Christianorum litte
ris non repugnet. Idem Dionysius areopagita significauit. Euse
bius postea & Cyrillus latius declarauerunt. Hinc Augustinus in li.
de vera religione platonici inquit: paucis mutatis christiani fierent

Atq; in confessionibus narrat se probeminm ioannis euãgeliste fer me totum apud platonicos reperisse.propterea in secundo de ciuita te dei inquit.Labeo theologus apud gentiles platonem: inter semi deos.conum rãdũ putauit:sicut Herculem atq; Romulum.Semide os autẽ beroibus anteponit.Sed vtrosq; inter numina collocat. Ve runtamen istũ quem appellat semideum nõ beroibus tantũ:verum etiã diis ipĩs preferendũ esse nõ dubito. Vnde inquit se platonicos ante alios elegisse quia de rebus diuinis atq; bumanis rectius admo dum q̃ ceteri pbilosopbi senserit:Quod & Marcus Varro antea iu dicauerat:& Apuleius platonem nõ tantũ beroibus superiorẽ fecit sed deis equalẽ: quia videlicet diuinarũ rerũ adita penetrauerit. pla to tanta fuit modestia prǽditus:vt cũ mirabilem sibi auctoritatẽ an te alios cõparauisset: tamẽ interrogatus a quodã quatenus prǽcep tis suis parendũ foret rñderit: quoad in terris appareat sacratior ali quis. qui fontẽ oĩbus veritatis aperiat:quẽ deniq; sequanẽ omnes Addidit nibil suo sed diuino tantũ lumine reperisse. Quid autẽ in pbia senserit:satis in libro de amore & tbeologia nr̃a tractanimus.

Reditus Platonis in patriam cœlestem & laudes.

n Atali suo decessit:& annũ vnũ atq; octuaginta impleuit sine vlla deductione.Ideo magi qui tũc atbenis erant: platoni im molauerunt: amplioris fuisse sortis q̃ bũanǽ rati quia cõsu mauisset numerum perfectissimum: quem nouem nouies multipli cata conficiunt.atq; quod mirũ est adbuc in ea etate & eoipo die scri bebat. De quo Ci.inquit. ẽ etiam quiete & pure atq; eleganter actǽ ǽtatis placida ac leuis senectus qualẽ accepimus platonis quivno& octogesimo ǽtatis anno scribens mortuus est: Seneca etiã affirmat id platoni sobrietatis & diligẽtiǽ beneficio cõtigisse. Alii inter scri bendũ: alii discũbentẽ in nuptiis remotis dapibus inter differendũ ad superos redisse.Arestoteles ĩ templo aram Platoni statuamq; sa crauit: boc epigammate.

.i. aram.Aristoteles banc platoni dicauit viro quem nepbas est a malis laudari. Addidit Arestoteles.Qui solus:vita:doctrina: moribus:ore Admonuit cũ ctos:& monumẽta dedit: Vt virtute quǽrãt fœlicẽ ducere vitã: Nul la ferẽt talẽ secla futura virũ.Adiunxerũt & sapiẽtes: alii in platonis laudes carmina plurima:Sed prǽcipua epigrãmata tria.Primi bǽc ẽ sentencia.Temperantia.Iusticiaq; excelluit oĩbus.Tantũ vero sapiẽ tia supauit:vt omnẽ prorsus inuidiã supauerit:Scđi bic ẽ sensus:pla to in deoꝝ numerũ est trãslatus.Lõginq; bũc natões bonorãt.Quia diuinã vitã ipẽ nouit aliisq; mõstrauit.Tercii sẽtẽtia buiusmodi pbe bus esculapiũ genuit & platonem:vt ille corporibus: bic animis me derẽ. Prǽterea Mitridates:persaꝝ rex platonis statuã in academia

locauit ita inscriptam: Mitridates rodobati fili⁹ perses musis: Imagine3 platonis dicauit: Sillaniani opus. ex bis omnibus id plato est consecut⁹ vt græci aristotelem quidem demonium: Platonē vero diuinū cognominauerint: Quia videlicet ille & vita bumanus & sciētia naturalis maxime fuerit: bic autē scientia simul & vita sese potissimum ad diuina cōtulerit.

Apologia de moribus Platonis.

Inem iam verbis imponam si pauca quædam rursus addidero.

f Sunt plebei quidam versificatores: qui immerito poetarū sibi nomen vsurpāt. Hi tam morum dissimilitudine ꝙ malignitate inuidiæ ꝓuocati in optimū quemq͂ impudentissime ludunt: Quibus summa quædam licentia in bonos potiusq͂ꝫ in malos præsertim nr̄a bac ætate conceditur. Sed nolim nostrorum temporū meminisse. Quæ tantum ad virtutem consequendam sunt inepta q͂tum apta videntur ad insequendam. Talis igit̄ olim pœticuli diuum platonem a græcis appollinis filium & socratem ab appollinæ grecorum sapientissimum iudicatum mordere non dubitarūt. Quorum impietatem laertius diogenes summopere detestatur. Atq͂ vt ipse declarat: ridicula etiam comicoru3 conuitia aristippus auxit cirenensis bomo pessimus & optimi cuiusq͂ suorum temporū aduersarius: Qui sicut alios plerosq͂ modestissimos doctissimosq͂ ficta quadam bistoria vituperauit. Sic etiam socratē præceptorem & condiscipulos suos xenepbontem at3 platonem. Finxitq͂ borum nomine carmina quædam in scorta puerosq͂ lasciua. Videlicet vt falso magnorum pbylosopboꝝ exemplo liberiorem ipse peccandi licentiam nancisceretur. Verum Aristoteles cui veritas magis q͂ plato fuit amica tam falsas in virū sanctū calumnias substinere nō potuit. Nam in elegiis ad eudemum illa de platone quæ in superioribus diximus cecinit: id illi maxime tribuens: vt propbani non solum vituperare platonem vllo pacto non debeant. Verum etiam sub prætexu laudis factum illius nomen ore propbano nominare nō audeant: Neq͂ elegia contentus fuit: sed etiam vt tradit olympiodorus: præclaram oratonē de Platonis laude composuit obmutescant igitur apud superos inferni canes atq͂ apud inferos latratu cerberum comitentur. Nos autem Platonis vitam & sapientiam iudicio sapientum approbatissimā veneremur: Atq͂ vna cum apuleio medaurense libere ꝓclamemus. Nos platonica familia nibil nouimus: nisi festum: lætū cœleste supernum.

Q͂tū astronomi metiuntur: tantū astrologi mentiūtur.

Marsilius Ficinus Florentinus Bernardo bembo iurisconsulto & equiti darissimo. S. D.

Alue mi Bernarde millies parū dixi: Salue totiēs quotiens spi

f ras. Bernarde dulcissime. Plurima tibi scribo quotidie. Trāscribo pauca. Videor em̄ mibi cum arcbetipum scripsi amori q̄dā

modo satisfecisse. Officio autem etiã si transcriberem: minime satisface-rem vt autẽ te nunc de p̄sentibus studiis nostris faciam certiorem: compono librum de p̄uidentia dei atq̃ humani arbitrii libertate: in quo illa astrologorũ iudicia quæ p̄uidentiæ libertatiq̃ detrahunt p̄ ingenii facultate redarguo. Nempe q̃ diligenter cœlestia vere metiuntur astronomi: tam multum circa humana inanes astrologi mentiunt̃. Vale. Verũ Thomam illum egregium bernardi quondã Venetorum oratoris acatem quẽ libenter meus amplectitur animus: linguaq̃ resonat: cur mea tamdiu manus pigerrima prætermittis? Hunc ergo bernarde quoties videris. totiens marsili nomine saluere iubeto. xiiii. Iunii. Mcccclxxvii.

Tunc maxime cõmendas aliquem cum ostendis illius esse cui cõmendas.

Marsilius Ficinus Marco Aurelio oratori clarissimo. S.D.

[S]I tua tibi cõmendare liceret Nicolaum familiarẽ meum litteris moribusq̃ præditũ tibi plurimũ cõmendarem. Quem quidem esse tuũ testimonio nobis est tuum nomen quod illius ore frequentissime sonat.

Quando diuino afflante spiritu amor accenditur semper amante altero redamat alter: sæpe altero cogitante idem cogitat alter.

Marsilius Ficinus Bernardo Bembo iurisconsulto & equiti clarissimo. S.D.

[A]Ccepi Bernarde hodie a Marco Aurelio nostro epistolã quandam forma quidẽ ipsa mercurialẽ omnino patriq̃ p̄similẽ sed saturno: vt arbitror: oriente natã. Nempe grauioribus incedẽs passibus cum ab equore veneto sextodecimo Maii die discesserit: tandẽ decimonono Iunii litoribus nostris applicuit. Ego hanc summo complexus gaudio gratulabundus inq̃. Venisti tandem. Tuaq̃ infortunatum vicit iter pietas. Hæc & si quasi sub saturno nata motu: quodammodo tardior extitit: tamen tanq̃ concepta mercurio fuisse videtur opere velocissima. Quod enim a nobis hodie postulat: ipsa tamdiu dũ nasceret̃ impleuit. Sane eisdem maii diebus quibus aureus ad me aurelius scripsit ego occulto quodam ac pene diuino siue epistolæ siue musæ suæ instinctu p̄citus opusculũ quoddã: aurelio dedicaui: qđ nisi ip̄m quoq̃ incessu saturniũ fuerit iam ad nos arbitror p̄uenisse. Mirabilẽ Bernarde parũper geniorũ nostrorũ virtutẽ animaduerte. Dũ Marcus ille gratis se mihi dabat: ego iure vicissim totũ illi me dabã. Et amplectentem me mirifice cõplectebar. Atq̃ ita cœlesti quodã cõflante spiritu: in vnũ pene inscii pariter cõspirauimus. Arbitror equidẽ aut mercuriũ ip̄m in tãtũ aut phœbũ in geminis constitutũ: tam similiter geminas Aurelii Marsiliiq̃ lyras temperauisse: vt sonante altera vicissim altera resonet. Atq̃ ab vtraq̃ dulce illud bembi reboet nomẽ: nomẽ gratiis musicũ: musisq̃ gratissimũ. Vale fœliciter. at video Bernardũ meũ: noui eñ hoĩs inge-

nium absq; delitiis suis neq; posse neq; velle vnq; bene valere. Christophorus landinus mineruæ musarũq; decus: & ioannes caualcãtes com phylosophus noster bene valẽt. Igitᷣ bene vale. xix. iunii. Mcccclxxvii.

Quando diuino afflante spiritu amor accenditᷣ semper amante altero redamat: alter sæpe altero cogitante idem cogit alter.

Marsilius Ficinus Florentinus Marco aurelio oratori clarissimo Salutem Dicit.

e Eddita heri nobis est elegans admodũ epistola tua Marce doctissime: epistola melle mihi dultior ac præcisior auro. Verũ qd ago? Non licet mihi nunc in laude hac vlterius progredi: ne vanior forte videar: si eam epistolã quæ laudat me plus satis ipse satis laudare tentauero. Ergo aliunde rursus si placet exordinamur. Quãdo cœlesti quodam afflante spiritu mentibus nostris amor accẽditur: semper amante altero alter redamat. Sæpe altero cogitante alter idem similiter cogitat. Nam & cœlestis auctor cum tanq; communis cunctorum causa complectatur vtrũq;: mutuum amantium creat affectum: & affectus amantis qui per hominem e cœlo dependens tum in planam humanitas faciem tum in cœli concaua resilit vicissim procreat eccho. Salue igitur amice cœlestis Salue semper in auctore nostræ beniuolentiæ deo: neq; terrarum spacia marce: neq; vlla temporis interualla nostrum hũc cœlestem: perpetuumq; amorem: vel orientem interrumpere vel ortum demorari potuisse videntᷣ: quominus amante altero mox diuina quadã sorte amauerit alter. Cogitante quoq; atq; scribente altero: alter eodem pene momento idem & cogitarit & scripserit. Animaduertisse te arbitror aureli si modo meum illud a te nuper missum opusculum accepisti eo ipso tempere quoad me scribebas: me quoq; vicissim ad te scripsisse Præterea idem penitus atq; & significasset tũc & postulauisset. Mihi quidem nihil in rebus humanis fœlicius est q̃ illi affectu quodam euasisse me parem quo nullum esse audio virtute superiorem. nihil præciosius q̃ talem tantumq; possessorem meum fœliciter possidere. Habeo igitᷣ tota ꝑ mente petebam. Sed hoc vnum quodãmodo doleo me nequaq̃ id totum esse; quod ipse petebas: Mi aureli: si non potes quod velis habere: id saltem velis habere quod possis. Accipe Marsilium tuũ marce totum quantuluscunq; sit. Ne respicias vlterius oro simulachrum illud quod ab initio finxeras. Membrum enim quoddam simulachri illius est ficinus. Respice potius amice quod possides q̃ quod fingis. Sic vtiq; non alicuius partem: sed totũ aliquid possidere te prorsus agnosces. Præstat autem pigmeo aliquo toto frui q̃ vasti membro gigantis

Nihil infirmius q̃ humanus amor: nihil firmius q̃ diuinus.

Marsilius Ficinus Bernardo Bembo iuriscõsulto & equiti clarissimo. S. D.

S Cribis ad nos epistolam oratoriam: poeticam amatoriam. Sed nescio quid excusas frustra quod omnino nullus excusat: caue ne vbi pfectus est amor vel minimũ quid offensiuncule putes vnq̃ posse contingere. Hoc vno solum charitate forte potes offendere si eam quandoq̃ posse putas offendi. Humanus quidem. Res est soliciti plena timoris amor. diuina vero charitas: siue paulũ audiamus omnia credit: omnia sperat: omnia sustinet. Neq̃ excidit vnq̃: siue Ioannẽ euangelistam. Timor in charitate nõ habitat. Sed pfecta charitas timorem omnem pcul expellit. Hinc aurelius Augustinus noster exclamat Solus nullum charũ admittit: cui omnes in illo chari sunt qui non admittitur. Sed nescio quomodo omeliam: vt aiunt: quandã modo hic inceptaueram. Atq̃ charitatis officia ei viro tradebam: quem florentinus populus amiratur. quasi quoddam & charitatis simulacrum & humanitatis exemplar.

Frustra nimium in rebus his quæ sibimet nequaq̃ sufficiunt nostrã sufficientiam affectamus.

Marsilius Ficinus hoim generi. S.D.

S Vfficientiam vbiq̃ eo quæris proposito: vt postq̃ hanc vnam reppereris nihil vltra pquiras. Requiris autem q̃ plurima semper ob hoc ipsum: quia nusq̃ hanc vnam assequeris. Vis ergo dicam quam ob causam nusq̃ sufficientiam assequaris? Forsitan quia hanc extra te quæritas. Si ergo mortales opes immortali animo sufficere nequeũt: da operam vt illis saltem animus ipse sufficiat. Aduerte qd dicam. Non dico vt ipse sibimet satisfaciat animus. Quo em̃ pacto qui ab alio & efficitur & perficitur sibi ipse satisfacere potest. Frustra nimiũ heu miseri in rebus his quæ sibimet nequaq̃ sufficiunt: nostram sufficientiam affectamus. Profecto solũ quod sibi satis est: omnino oibus satisfacit. Nihil aũt si ipm põt satis esse præter immẽsum bonũ quod ex seipso ẽ & ad seipm. Hic ergo solum: hic inquã q̃ satis nobis facturum sit quæramus. Neq̃ pigeat. Nemo frustra bonũ sequitur vnq̃: qui bñ equitur. Nam & bonum ipsum: quia immensum est: vbiq̃ viget atq̃ exuberat vndiq̃ & affectus noster bene sequendi est aliquid proculdubio bonum. Solus autẽ bene vult sequiturq̃ bonũ: qui summæ bonitatis ipsius gratia p quam singula bona sunt atq̃ seruantur: passim bona singula sequitᷣ.

Transitus repentinus a minimo lumine ad maximum: atq̃ a maximo ad minimum aciem impedit.

Marsilius ficinus Riciardo angelerio anglariẽsi insigni theologo. S.D.

C Iuiles viri sæpe philosophos increpãt: q̃ ad humanarũ rerum gubernationẽ inepti vt plurimũ videantᷣ. Phisophi vero cõtra ciuiles viros q̃ ad diuinorũ cõtemplationẽ ineptissimi sint: sæpius improbãt. Quid igitᷣ ad hæc ipsi dicemus. Non nostrũ inter hos

tantas cōponere lites. Sed plato noster: huc aduocādus est arbiter: quē
ad humana: simul atq diuina: deus ipse cōposuit. Hic igiť arbitrať: tam
ciuiles q̄ philosophos ad vtrūq officiū exequendū fuisse ab initio in-
stitutos. Si modo ab altero extremo ad alterū haud subito transeant.
Sed debitis gradib⁹ gradianť. Praestat graeca ipsa platonis verba ex li-
bro de rep. septimo: hic ad verbū traducere. Post haec naturā nostram q̄
ad eruditionē & ruditatē tali quadā: imagine contempleris. Finge ani-
mo quandā sub terra speluncā: cui⁹ ingressus: versus lumē quoddā inci
piens p totā speluncā puius: vndiq pateat. In ea hoies nutritos a pue-
ritia: ceruicē & crura ita deuinctos: vt & imobiles pmanere coganť: &
ad anteriora solū ꝓspicere. Capita vero vinculis adstricta circūducere
nequeant. Post tergū autē superne a ꝓcul ignis lumen suspensum sit. In-
terque ignē: & vinctos hoies via superior pateat: secus q̄ paries sit con
structus exiguus. Sicut plerūq praestigiatorib⁹ miracula fingentib⁹ sce-
nae seu cortinae aliquae sup qbus sua miranda demonstrant spectantium
oculis opponunť. Cogita rursus hoies intra parietem ferentes vasa &
opificia varia supra parietem eminētia. Statuasq hoim & alioꝝ anima-
lium lapideas & ligneas imagines: modisq variis fabricatas. Atq vt
cōsentaneum est: qui haec circūferunt partim sileant partim loquanť. Si-
miles isti nobis sunt. Nam primū quidem putas istos aliud quicq̄ vel
suiipsoꝝ vel ꝓximoꝝ hoim videre p̄ter vmbras quae ex igne in aduer-
sam speluncae partē cadunt? Quid autē eoꝝ q̄ circūferunť: nōne vm-
bras dūtaxat? Si ergo inuicē loqui liceret nōne ista quae corā viderent
loq opinanť? Quod si eccho ex aduersa pte carceris resonaret: quoti-
ens praetereuntiū aliquis loquereť: putas ne ipsos nisi transeuntiū vm
bras aliud putare quod loquiť? Omnino igiť tales nihil verū esse nisi
fabricatarū rerū vmbras arbitrarenť. Contra vero nūc animāduerte q̄-
lis foret eorum a vinculis solutio ignorantiaeq curatio. Nempe si quis
eoꝝ solutereť: cogereturque repente surgere. Collum vertere ambulare
lumen ipsum aspicere doleret ꝓtinus: nec ꝓpter splendorē intueri pos-
set illa: quoꝝ vmbras ante cernebat. Tunc si quis illi dixerit prius eum
spectasse nugas ad p̄sens autē rebus veris esse ꝓpinquiorē: veriusq in
spicere. Ac praetereuntiū quēq monstrās quid sit quesiuerit nōne illū
vacillaturū putas arbitraturūq veriora esse quae ante cernebat: q̄ quae
nunc ostendunť. Et si cogerit eū lumen aspicere. Nōne dolore oculoꝝ
affectū iri putas? Oculosq ad ea quae facile prius viderat retorturum.
Certiora ipsa existimantē q̄ quae subito offerunť. Si vero aliqs eundē
p aspera atq ardua sursum traheret violēter neq pmitteret quicq̄ aspi
cere anteq̄ ad solis lumen traxerit: nōne ipsum egrelaturū dū raptetur
existimas? Et cū ad lumē euectus fuerit oculis splendore suffusis hesita
turū nihilq ex his conspecturū: quae vera nūc ab hominib⁹ existimanť.
Consuetudine igitur primum opus est si supera inspecturus sit. Vm

brasq; primũ facilius intuebitur. Post hæc in aquis hominũ cæterorũq; imagines. Ipsa vero deinde: postea quæ in cœlo sunt & ipsum cœlũ nocte facilius contemplabit̃: dum astrorum & lunæ lumẽ spectabit q̃ si solem ipsum die solisq; fulgorem intueatur. Atq; ita demũ solem ipsum suspiciet: neq; iam in aquis & aliena in regione simulachra ipsius specta bit. Sed ipsum secundũ seipsum in sede propria speculabit̃ & qualis sit agnoscere poterit. Animaduerte tandẽ ipsum esse qui tempora & annos temperat qui omnia regit quæ sub cœlo sunt. Qui omniũ quæ ante ab ipsis visa sunt modo quodã est auctor. Quid si habitationẽ pristinam memoria repetat: & illoꝝ hominũ sapientiã: atq; vincula? An non censes eum beatũ se loci mutatione existimaturũ: illorũ autẽ misert urũ Præterea si qui honores: ibi inuicẽ exhibebantur & laudes dabanturq; præmia: illi qui transeuntia quælibet acute cerneret recordareturq; maxime quæ ex illis priora: quæ posteriora: que pariter progredi soleant: atq; ex his futura optime præsagiret: hæc ne desideraturũ ipsum putas beatosq; illos qui apud eos honorantur & dominant̃ existimaturum? Vel quod ait Homerus sibi electurũ: euenire in alieno: scilicet rure con serui hominis mancipiũ effici & quodlibet aliud perpeti potiusq; opinionibus illis illudi & in ea miseria degere. Si rursus iste descendat: eandemq; sedem quã antea nanciscat̃: nõne cũ repente a sole discesserit tenebris obfundetur? Ac si vmbras illas discernere oporteat: deq; ipsis disceptare cũ illis qui perpetuis vinculis pressi sunt ꝓferendaq; sententia sit eo ipso tempore quo oculi ipsius allucinantur anteq̃ acies expurgetur. Quod quidẽ non breui fiet: an nõ risum concitabit? Eiq; ab omnibus dedecori dabitur: ꝙ postq̃ sursum ascendit: corruptis: reuersus ẽ oculis: diceturq; nunq̃ ad supera contendendũ esse: & eum qui soluere tentet & sursum ducere: si depꝓhendat̃: ꝓtinus occidendum. Tota hæc imago o amice referenda est ad illa quæ supra dicta sunt. Carcer quidẽ iste ad ea quæ cernitur oculis mundi machinam. Lumen vero ignis in specu ad solis potentiã. Postremo si ad sensum ad supera eorũq; conspectum: ad eũ qui ad intelligibilem regionem tendit adscensum retuleris vt ego quidẽ spero non aberrabis. Postq̃ sententiã meã audire desideras. Deus autẽ nouit an vera sit. Quæ init̃ mihi apparent huc tendunt. Nempe arbitror in ordine ipso intelligibili: boni ipsius ideam supremam existere. Vixq; videri. Si autẽ visa fuerit: asserendũ: eam omnibꝰ omniũ rectorũ atq; bonorum causam esse. Cum ipsa in loco visibili lumen creauerit: & luminis auctorem. In ipso vero intelligibili regnet ipsa veritatemq;: & mentem ꝓtulerit. Quã nosse necesse sit omnem quicunq; sana mente quicq̃ vel priuatũ vel publice est acturus. Age & hoc considera. Neq; mireris: ꝙ hi qui huc descendunt nolint humana tractare: sed ipsorum mentis acies semper ad supera dirigatur: probabile; quippe id est: siquidẽ superiorem imaginẽ sequitur. Quid autem hoc?

Mirandum putas: si quis a diuinis spectaculis ad humana hæc mala ꝓlapsus: ineptior sit ad agendũ rideaturq;: præsertim si anteq̃ p̃sentibus tenebris assuescat: dum adhuc titubat: cogatur in iudiciis vel alibi de iusti. Vmbris aut statuis illis quorum vmbræ hæ sunt certare: deq; iudiciis eorum qui iusticiam ipsam nunq̃ viderunt differere. Verũ si mentem quis habuerit recordabitur duobus modis & duobus ex causis oculos turbari solere. Tum quando ex lumine ad vmbram descendimus: tum quando ex tenebris prodimus in lucem eodemq; modo affici animum arbitrabitur: quotiens turbatum viderit: & ad aliquid cernẽdum hebetiorem. Ideoq; haud temere in risum ꝓrumpet: sed diligenter inquiret: vtrum a lucidiori vita descendens nouis tenebris obruat̃. Vel ab insipientia plurima ad fulgidum spectaculum surgens: sub chorusco nimium splendere deficiat. Et alterius quidem affectum probabit: vitamq; eius beatam fore censebit. Alterius miserebitur. At si forte ridere cœperit: haud tam inepte hunc ridebit q̃ eum qui a lumine superno deciderit. Hæc plato diuinus. his neq; minui quicq̃ debet: neq; addi potest. ergo Vale.

Quod animus immortalis sit. Atq; cur cum sit diuinus sæpe tamen vitam agit bestiæ similem.

Marsilius Ficinus Iohanni Nesio litteris & moribus ornatissimo. S.D.

n Isi diuinus nobis vigor inesset: ac cælestis mẽtibus nostris origo: mortaliũ rerum defectum nullo pacto possemus agnoscere Nihili prorsus supra rerum corporaliũ ordinem: aut excogitaremus vnq̃ aut appeteremus. Nullus vnq̃ vel minima in re corpori repugnare contenderet. Quandoq; terrenis opibus impleremur. Aut omnes aut certe q̃ plurimi in hac mundi media regione tanq̃ naturali origine patriaq; quiescerent. Nunc vero cum res nostræ longe se aliter habeant: reor quidẽ neq; vana fides genus nobis esse diuinũ. Cæterum si diuini sumus cur nam sæpe vitam agimus bestiæ similẽ? Quia naturalis regionis huius cõditio sic instituit: vt longe prius sensu tanq̃ bruta: & ratione tanq̃ homines vteremur. Præterea multo plura atq; manifestiora circa sensum q̃ circa mentem: incitamẽta se nobis obiiciũt Postremo vnicus in nobis est hõ. Bestiæ vero sunt multæ. Operepretium est nostrã illam imaginẽ intueri: quã plato sic in nono libro de republica pingit. Imaginẽ animæ talẽ aliquã figuremus: quales quondam memorantur fuisse naturæ chimeræ ipsius scyllæ & cerberi. & aliæ multæ in quibus feruntur: variæ in eodem formæ congemitæ. Finge itaq; figuram vnam bestiæ variæ admodum & capita circum multa habentis: capita inquam partim bestiarum domesticarum partim agrestium. Quæ & permutare & producere ex se hæc omnia possit.

Vnam præterea iis adiunge supernæ leonis formam. Huic vnam insu per hominis: & amplissimū quidem primum sit. Angustius vero secū dum atq; tercium. Coniunge igitur: hæc tria: vt ad vnū conficiendum inuicem cohærescant. Circūpone extrinsecus ipsis hominis vnius imaginē: vt illi qui nequeat interiora inspicere: sed exterius dumtaxat cernat operimentum: vnum animal homo: scilicet videatur. Dicamus itaq; illi qui affert prodesse homini huic iniuste egere: iuste vero viuere nequaq; pdesse q nihil aliud afferit: nisi prodesse illi: vt bestiam illā multiplicem pascat & leonem: & fortiorem illam leonemq; efficiat: hominē vero perire fame permittat atq; eneruet. vsq; adeo vt propter im becillitatem trahatur quocunq; cætera illa rapiunt. Neq; alterum cum altero mansuefaciat inuicemue cōciliet. immo sinat singula se inuicem morsibus lacerare: ac pugnantia se mutuo deuorare. Ergo si quis dicat officia iusta pdesse. hæc agenda dicendaq; monebit: ex quibus homo ille huiusmodi animalis interior: summā potentiā consequat: fereq; illius pluribus capitibus redimite tanq; colonus: curam habeat: domestica quidem capita fouens irrigans ac nutriens: agrestia ptinus ampu tans: dum leonis naturam ad hoc adiutricem accipit communiterq; cu rat omnia: & inuicem mutua beniuolentia sibi conciliat. Omni itaq; rō ne qui iusta laudat vera loquitur: qui vero iniusta mētit. Nam & quo ad voluptatem & quo ad decus: & quo ad emolumentū iusti laudator vera pnunciat: vituperator autem: neq; quicq; affert: neq; nouit quod improbat. Hactenus Plato in eiusmodi animæ nostræ figura illa distributio concinetur: quæ apud platonem legitur in timeo. Vbi animā in tres quasdam vires diuidit quasi partes. In raciocinandi videlicet & irascendi & cōcupiscēdi naturam. Vim rationalem capiti tanq; arci sup premæ reginam accomodauit: præsertim quia in speculando caput ma xime omniū laborare videtur. Sensusq; ibi omnes vigent q plurimū. Præterea vim iracundiæ in præcordiis collocauit: Quoniam in ira: & audacia & timore hæ partes maxime concitantur. Postremo concupiscendi naturā iecori ideo dedit quia naturalis illi vigor inest & concoquēdi alimenti & libidinis augende. Proinde rationem in phædro nominat eurigam: quoniam naturali quodam ordine dux est partium reliquarum. Adiungit huic geminos æquos: album quidem alterum: alterum vero nigrum. Quantum vero ad ppositum spectat æqui sunt cordis vires & iecoris. Quia rationi pebeant tanq; aurige parere. Sed magnanimitas quæ accommodat cordi æquus dicitur albus. Est eñ rationi ppinquior. Iecoris autem concupiscentia quoniam a rationis excellentia remotior est. æquus est niger: Ratio rursus in nobis hercu les nominatur. Hic occidit anteum: in mania quādam simulacra fantasiæ. Quando videlicet a terra attollit in altum. Hoc est quando a sensibus & corporali imaginatione se nouerit. Hic quoq; leonem domat:

id est iracundiam cohibet. Hic hydram obtruncat multis vndiq; capiti bus pululantem id est concupiscendi vim amputat. Quæ non ad pauca quædam & illa quidem maiora tanq̃ iracũdia. Sed ad quælibet immo innumerabilia insatiabili voragine fertur. Verum dum noster hercules iecoris hydram amputat ferro: capita repente repululãt: quia fomes ip se relinquitur. Dum vero absummit igne: quia fomitem prorsus extirpat nihil inde renascitur. Iubet apud Platonẽ socrates in phœdone ne voluptatis corporalis gratia ab alia quadam corporis abstineas voluptate. Alioquiu pro vna multæ subito renascũtur. Immo rationis gratia præcepit vt a voluptatibus abstinere conemur. Sic enim solum posse ait vicia funditus extirpari. Finem epistolæ iam imponã si prius vnũ hoc admonuero vt vide licet meminerimus: si beluæ in nobis sunt multæ nimirum esse animas apud Platonem ab homine in beluas trãsmigrare. Sane fomites quosdam & affectus bestiarum ab initio in nobis habemus. Quos vbidiu temere nutriuerimus vel consopitur quodã modo ratio: vel sub iracundie concupiscentieq; specie vigilat. Quo circa sub ipsa hominis pelle homo ipse videtur in bestias ꝑtrãsisse. Hinc socrates inquit phœdro. Considero equidem meipsum phœdre vtrũ ego sim bestia quæbam typhone multiplicior ardentiorq; & furiosior. Siue placatius quoddã & simplicius animal diuinæ cuiusdam & mitis sortis id est trãq uillæ intelligẽtiæ particeps. Kl's Iulii. M.cccc.lxxxvii.

Solus oĩa possidet qui a nullo p̃ter deũ pœnitus possidet̃.

Marsilius Ficinus Hieronymo Pasqualino carissimo compatri suo Salutem dicit.

SI cupis possidere q̃pplurima: da operam vt nihil pœnitus te possideat. Nisi em̃ teipsum habueris: ꝑ quem sis alia possessurus nihil prorsus habebis. Hinc fit vt omnes homines egeant semꝑ: omnes continue doleant. Quia videlicet seipsum quisq; secum omnia iam diu temere nimium & amisit & ꝑdidit: quãdo dam ipse raptus fuit: dum palam capere niteret̃. Solus & alterius simul & suiipsius esse p̃t qui soli se illi dedit: qui ideo solus est omniũ: quia solus est oĩa. In quo dum cuncta quis repperit: repperit etiam seipsum tanto seipso ꝑfectiorẽ quãto ꝑfectior est ille q̃ ipse. Sicut qui seruo seruit seruus est & turpissimus & miserrimus. ita qui omnium seruit dño quodammodo fit dñs oim. Solus libere seruire videt̃: qui libertati obsequit̃ infinitæ. Ibi seruitus libera est vbi immesa libertas. i. deus quicquid seruile violentum ꝑ cogitari potest ꝓcul expellit.

Cum primũ fatum impugnare nitimur expugnamus.

Marsilius Ficinus Francisco marescalco Ferrariensi. S.D.

QVæris optime mi comphilosophe quatuor. Primum quidem quõ valeam. Valeo equidem Marescbalche sicuti volo postq̃ cœpi vt valeo: ita velle valere. Secundũ vero. Qua ratione phi

losopher. Hac potissimum ratione philosophor: vt quandoquidē res ipse aliter voluntatem non sequuntur meam ego saltem voluntate res sequar. Sic em̄ voluntati sequenti res obsequunt̄. Tercium: quantū te amem. Si quis modus adsit amori: aut si qua certa libere voluntati mē sura: metire Francisce amorem erga me tuum. Ita forsitan & meum erga te metieris. Quartum: quid componam. Compono librum de prouidentia dei & humani arbitrii libertate: In quo agitur contra astrorum necessitatem fatumq; astrologorum. At vero dixerit forte quispiam fatui esse contra inexpugnabile fatum velle pugnare. Ego vero respondeo: tamfacile posse hoc impugnarit: vt quando quispiam impugnare voluerit: tunc primum eoipso ꝙ vult expugnet. Nempe cœlestium sperarum motus nunꝙ altius mentem attollere potest ꝙ ad speras Nunc vero qui disputat contra illas eas iam transcedisse videtur. Atq; ad ipsum deum liberumq; volūtatis arbitrium accessisse. Quasi nō cœlesti fato coactus fuerit: sed a supercœlesti tum dei prouidentia tum mentis libertate ꝑductus. Præterea cum actio quœlibet aduersaria & vt ita dixerim ꝑemptoria a contrario quodam in contrarium ꝓcedere soleat: nemo audeat confiteri voluntatem ipsam disputationemq; f cte violentiæ siderum repugnantem ad siderum violentia ꝓficisci. Immo ab ipsamet ꝓuidentia libertateq; manare intelligamus: cuius gr̄a diximus cōtra fatum. xxviii. M.cccc.lxxvii. Florentiæ.

Multos habet seruos qui multis seruit.

Marsilius Ficinus Bernardo Bembo Veneto. S.D.

PHœbus capella & Frāciscus esiēsis: pamphilusq; medicus platonis nostri libros quos iam diu omnes: e græca lingua transtulimus in latinam a nobis poscūt. Tu sicubi forte hos egregios viros offenderis: nostro nomine iubeto: traductionesq; hoc mense mitti nō posse dicito. Vides Bernharde quāta libertate agam tecum? Videor em̄ modo nescio quo pacto imperauisse. Sed tu mi bembe in causa es. Nam talem te singulis præstas: vt qui libertate fiduciaq; maxima nō vtatur tecum proculdubio seruilissimus diffidentissimusq; omniū videatur. Tu quidem dum cæteris libētissime seruis: interim maxime dominaris. Cæteri vero cum maxime tibi dominari videntur: tunc seruiunt libentissime: nulla facilior: ꝓstātior: securior dominatio ꝙ amatoria. Nulla actior: iocundior fœlicior seruitus ꝙ voluntaria. Kl'is Augusti. M.cccc.lxxvii.

Amicicia inter hoies nisi afflante deo cōp̄ari nō pōt:

Marsilius Ficinus Florentinus hermolao barbaro Veneto. S.D.

SCripsi superioribus diebus epistolam quandā de amicicia vera breuiter disputantē. Quā nō ad vnum quendam meorū potissimum: sed ad cūctos pariter amicos sine certo titulo dirigebam. Reddita mihi est paulopost elegans epistola tua latinissime bar-

bare. Quæ quidem vera amoris esca.i.amore ipso me capit: & captũ ꝓuocat ad amandum. Atq; ita amandũ vt quod multorum erat futurũ vnus ipsa iam habeas. Siquidem disputationem nostrã de amicicia vera meos omnes iamiam salutaturã ipse tibi præcipue subito vendicasti yt quod cunctis inscribendum fuerat: soli inscribatur hermolao. Ergo quemadmodum nuꝑ dum scribo ad omnes: ad vnũ scribere in primis adducor post hac in oĩbus meis amãdis vnũ hunc in primis amabo.

Marsilius Ficinus cõphilosophis ꝑcipue hermolao barbaro. S.D.

Micitiam omnes cõmuni quadam notione vnionem aliquam
a esse definiunt. Cum vero non aliter vnio esse queat nisi ad vnũ merito quærendum videtur quid nam vnum illud sit ad quod duo aliqui cõspirantes: amici fiunt atq; dicuntur. Nunquid necessario amici sunt illi: qui opinantur idem? Nequaq;. Possumus enim idem in plerisq; rebus tam humanis q̃ naturalibus opinari & tamẽ inuicẽ nos odisse. An forte beniuolentia: nõ in opinione: sed in voluntate cõsistit. Puta vt illi dumtaxat: qui volunt idem: dicantur amici? Neq; id quidẽ Immo ob hoc ipsum nascuntur inimicitie: ꝙ volumus idem. Sæpe qui eũdem vel thesaurum vel dignitatis gradum: vel artis honorem expetunt sibi inuicẽ inuident & irascuntur & dimicãt. Dixerit forte quispiam discordiam eiusmodi inter homines ob hoc exoriri: ꝙ finita quedam cupiũt bona: quædam alter possidet vel nullo modo vel nõ æque alter possidet. Si qui vero reperiantur: qui idem bonum: quod & infinitum sit appetãt: cum illud nusq; impediri possit: quin passim exuberet in immensum: eos nullis inter se inimiciciis cogitari. Amicitiamq; inter illos esse qui bonum idem: infinitum volunt. At vero neq; istud quidem sufficere ad beniuolẽtiam mihi videtur: omnes enim naturali quodam instinctu eiusmodi bonum optant. Vnde fœlices esse volumus cũcti. Nõ tñ nos inuicẽ cũcti diligimus. Vbi nã igit̃ beniuolẽtiã ipsã repiemus: q̃ nihil est aliud q̃ velle bonũ: nisi circa bonũ ipm q̃d est oẽ bonũ.i.deũ eã repiamus? Certe nõ alibi. Cæterũ hũana voluntas erga deũ duobus ꝑcipue modis quãtũ ad ꝓpositũ spectat: affici põt. Aut eĩ accipe cupit inde: aut dare. Prius q̃dẽ instinct⁹ cõis naturalisq; est oĩbus. Si q̃dẽ oẽs adeo q̃ꝑlĩma exoptamus & petimus. Sed nõ ob hoc ipm deũ hoĩe sue diligim⁹. Instinctus alter nõ eque cuiuslibet eẽ videt̃ Nẽpe pauci ad modũ repiũt̃: q̃ deo seipsos secũq; oĩa dedãt. Immo vt recti⁹ loq̃r deo reddãt. Nihil eĩ q̃d nõ ab eo accepim⁹ vel sum⁹ vel possidem⁹. Quisq; seipm deo reddit.i.oẽm cogitatõis affectũ actõis nixũ effectũq; cõuertit in eũ: hic soli⁹ dei ipsi⁹ gr̃a deũ amat: ac cætera diligit ꝓpter deũ. Sane van⁹ forme corꝑalis amator ob hoc ipm diligit corꝑis speciosi picturã q̃a ipsã substãtiã corꝑis amat. Ita ver⁹ piusq; amatores creatas ñ ob aliã diligit rõ: nisi q̃a creatoris dei quẽ amat vl' imagĩes sũt vl' vmbre. Et q̃to siliores appẽt tãto mag' admirat̃ & laudat. Similime

vero diuinæ mentis sunt: mētes deo præ ceteris dedite. Quobrem eiusmodi mentes inextimabili quadā amoris flagrantia & dulcedine & ad deū & inuicē prorsus afficiuntur. Dum se tum illi sponte reddunt tanq̄ patri: tum sibi mutuo libentissime dedunt tanq̄ fratribus. Cæteræ quæ inter homines amicitie nuncupant̄: nihil sunt aliud q̄ rapine. Vera charitas: sicut paulus inquit apostolus non quæ sua sunt: sed quæ alterius quærit. Et si honestis q̄tidie amicitie vocabulis magnifice gloriamur. tamē quisque nostrū vt plurimū talis est: vt nō aliū queq̄ respiciat: sed seipsum. Non em̄ hic reuera se tradit illi: sed accipere potius studet ab illo vel voluptatē vel vtilitatem quandā: siue ad externa corpusq̄ siue ad animū id attineat. Deniq̄ vt summatim dicam solus ille vir verus legittimusq̄ amator est appellandus: qui intelligit in omnibus bonis quæ passim sibi offerunt̄ & placent: nihil: reuera aliud sibi placere: q̄ diuinū ipsum bonū ex q̄ & p quod cuncta sunt bona. Ideo q̄ in iis omnibus ipsum amat in ipso diligit omnia. Ita vt neq̄ ipsemet sibi sit dilect⁹ nisi in eo p quē hoc habet vt si diligendus. Cunctos quidē pro viribus curat homines tanq̄ eodem secum patre creatos. Quosdam vero ante alios elegit: tanq̄ patris illius similiores: quibus cum & cæleste in terris & supcœlestem in cœlis vitā agat. Inter hos solos vera est amicitia. i. ab vno & in vno deo vnio vera. Quippe vera stabilisq̄ inter plures vnio nisi per vnitatē ipsam eternā effici nequit. Vera autem vnitas & eterna est ipsemet deus: qui solus est vera simplicitas & immēsa potestas. Ergo hi soli libere cum propheta clamare posse videntur. Ecce q̄ bonum & q̄ iocundum habitare fratres in vnum.

Fortuna neq̄ benefacere potest malis neq̄ malefacere bonis.

Marsilius Ficinus Antonio Hyuano Serezanensi. S. D.

S Iquē videris incurabili morbo corporis laborantē: variisq̄ diuersoꝝ membroꝝ doloribus cruciatum inuidebis ne illi delicatas dapes: ministroꝝ turbā. Strata mollia. Purpurā cubiculum auratū? Certe nisi tu quoq̄ tantū egrotes animo quantū ille corpore. inuidere non poteris. Quicūq̄ vero voluptatib⁹: Pecuniisue aut gloriæ vel imperandi studio seruiunt: insanabili quodā animi morbo & multiplici dolore p̄munt̄. Quisquis ergo his inuidet nihil videt. Quāobrē ceci maxime omniū illi mihi videntur qui fortunā ideo cecam ducunt: quia vel benefaciat malis: quib⁹ reuera nihil est bonū: vel malefaciat bonis: quibus deniq̄ nihil est malum. Qualis enim in se quisq̄ est: talia cuiq̄ sunt quæ accipit. Soli inter homines rationis oculis capti sunt: q nō vident: q̄ mirabili rōne singulæ mundi partes disponant̄ & mouentur: soli fortunæ cuidā vt ita dixerim & iniusticie summæ subiecti videntur: qui vbi exactissimus ordo rerū infinitā indicat auctoris potentiam & sapientiā & iusticiā: ipsi vel in rōnalē putant imperare fortunam vel de diuina gubernatione quasi minus iusta quærunt̄.

Matrimonii laus.

Marsilius Ficinus Anthonio pelocto poetæ & amico egregio. S. D.

Quod ad matrimonium iam diu animum applicueris mi Pelocte nō summopere ꝓbare nō possum. Sic homo tanq̄ diuinus humana speciem seruat quadam successione ꝑpetuā. Tanq̄ gratus reddit naturæ quod mutuo accepat ac sepe cum fenore. Tanq̄ fœlix verusq̄ soluptor imaginem sui viuentem sculpit in filiis. Caram præterea vitæ societatem & fidam rerum custodiam hac vel solum vel maxime rōne cōsequit̄. Habet insuꝑ domesticam remp. in qua gubernanda prudentiæ omniūq̄ virtutum vires exerceat. Parat etiam maximū præsidium senectuti quā vel in vxoris dilecte gremio vel in filiorū nepotumq̄ vlnis vel in affiniū officio ducat securiorem. Deniq̄ vxor atq̄ familia vel laborū nobis est dulce solamē vel saltē summa quædā ad moralem philosophiam exercitatio. Q͞obrem socrates multo magis moralem ab vxoribus disciplinam q̄ naturalē ab anaxagora vel archelao: se didicisse confitebatur. Quis nesciat creato quondam homini nihil prius antiquiusq̄ a deo præceptum & institutum q̄ matrimonium:? Idq̄ & inter sacra misteria numerari & apud omnes gentes summopere celebrari:? Hoc semper & honorauere potentes: & sapientes nō cōtempserunt. Vtpote qui videbant ad res quidem agendas: conducere. Literas autem si temperate viuas & parce tempus expendas: nō impedire. Plato noster ꝙ in iuuentute quodammodo neglexerit matrimonium tandem in senectute penitentia ductus sacra de naturæ fecit: vt ob eam rem se apud vulgus a crimine tum obmissi matrimonii tum sterilitatis absolueret. Statuitq̄ in legibus suis: qui vxorem non duxerit eū ꝓcul ab omnibus publicis muneribus & honoribus segregādum. Publicis aūt oneribus grauiusq̄ cæteros ciues esse premendum. Mercurius trismegistus eiusmodi homines inquit & humana lege infœlicissimos: & lege diuina tanq̄ steriles siccasq̄ arbores iudicari Ab hac tamē lege duo tantū genera hominū videntur absolui. Aut qui ob quandā naturæ imbecillitatem ad hoc ineptissimi sint. Aut vnice sespsos minerue tanq̄ vxori data fide deuouerint. Illos quidem excusat ipsa natura: Hos autem casta forsitan accusaret minerua: si venerem sequerētur. Pelottum vero nostrum: si forte matrimonium neglexisset improbasset: certe natura quæ hunc robustum peperit & formosum. Ac si minerua cui iam diu seruit forsan culpare temperauerit: ꝙ musis misceat venerē apollo statim mercuriusq̄ defendent. Nempe dicent: peloctum plura melioraq̄ carmina post himenea sacra musis q̄ antea dicauisse. Deniq̄ sublimes iubebunt ad sidera tollere vultus. Vbi & phœbus musarum dux & mercurius harum comes: mediam ducunt venerem: amoris & musicæ matrem: quisq̄ pene cum illa vt ita loquar passibus gradiunt̄: neq̄ vnq̄ ab ea longe discedunt. Verum mittamus in presentia side

ta: redeamus ad homines. Video te post hac Anthoni apud familiares tuos sæpe hunc in modum pro re vxoria declamantē. Homo vel solus vel maxime oīm est animal vt dicunt philosophi sociabile. Cui ad hoc ipsum soli sermonis condendarumq; legum est a natura tributa facultas. Vt quicunq; solus vixerit intelligat: se aut forte maius aliquid homine esse: aut proculdubio minus: si quidem phenice rarior est: qui inter homines vires humanas transcendat. Hic ergo præ ceteris humanitatis fungetur officio qui cōtinuam: domesticam: indissolubilem inierit societatem. Cuius commertio publicam ipsam generis humani societatem & seruare nitatur & gubernare pdiscat. Nempe quemadmodum ex domibus ciuitas ita ex rei familiaris disciplina reip. peritia constituitur. Nesciet regere ciuitatem qui domum gubernare non didicit Non amabit patriam: qui vel bona illius vel mala parum ad se pertinere censebit. Non curabit forte seipsum grauioribus imbuere moribus qui cum solus: non sit familiæ bonorum morum præbiturus exemplū Ocio & licētia quadam negligentior quotidie deteriorq; euadat quisquis in re familiari non fuerit occupatus. Nesciet vere quemq; stabiliterq; amare: qui verum indissolubilemq; amorem cōiugis & filiorum non experitur Non discet pati foris & superare ferendo: nisi qui domesticum habuerit patientiæ pceptorem. Non discet hominum misereri: qui vel coniugem vel filium nunq; senserit lamentantem. Si quidem mens non ignara mali miseris succurrere discit. Quod vero omnium deterrimum est: is cui neq; sit suis prospiciendum: neq; pro suorum salute deus sæpe vocandus humanas magna ex parte negliget leges & homines ipsos cultumq; diuinum. Denicq; difficilimum erit. non exuere hominē: nisi legitimum matrimonii pallium induerimus. Quobrem si vultis amici homines esse si filii legitimi dei: legitime genus hominū augete: & tanq; deo similes instar dei: filios nobis similes procreate nutrite: regite: gubernate. Mementote præterea in re familiari diligentissime gubernanda: vos ipsos colere. Reip. terrenæ & peritiā discere & assequi dignitates: cœlestis reip. munera pmereri.

Philosophia sapientiam gignit. Sapientia parit fœlicitatem.

Marsilius Ficinus Bastiano Saluino Amitino suo. S. D.

v Bi nos diues potensq; iuno non audit haud prius nobis culpā desunt parceq; numen illud experiamur quod quia viget vbiq;: affatim adest omnibus qui eidem adesse volunt. Audit hominem nondum vocantem. Exaudit quemlibet rite precantem. Totum igitur auxilium saluine nostrum nobis est a minerua petendum. Quo possimus quandoq; nos tollere humo: superasq; euadere ad auras. Nempe solum id numen ad ethereum mundi caput hominem potest attollere: quod ipso summi Iouis est capite natam. Quoniam vero non exaudit quemq;: nisi rite præcantem: conemur amice pro viribus recte hinc au-

filium petere. Quis nam sapientiam recte adorat: nisi qui sapiēter? Sapienter autem hanc solus adorat qui poscit a sapientia sapiētiam. Non possumus nisi per illam quicq̄ vel ab ipsa vel ab alio petere sapienter. Non possumus quicq̄ ab ista sapienter petere nisi illam. Hoc nos docuit Socrates vir omnium appollinis iudicio sapientissimus. Quippe qui vt Plato in phædro recenset: in quotidianis præcibus suis: solam a deo sapientiam exoptabat. Sciebat enim vir ille dicimus insipientibus quidem vel quæ bona vulgo videntur: esse mala. Sapienti autem etiā quæ mala dicūtur bona tandem euadere. Fœlix cui bene succedūt omnia. Soli autem succedunt bene: qui bene omnibus vtitur. Solus bene singulis vtitur: vi & suiipsius & aliorum vires a sapientia didicit. Fœlices igitur soli sapiētiæ sacerdotes. Qui vel in ipsa humana (vt ita dicā) miserias sunt beati. Cæteri vero vsq̄ adeo sunt infœlices: vt in ipsa etiā humana fœlicitate sint miseri. Hinc quanta legitime philosophiæ dignitas & diuinitas sit apparet. In hac enim maxime consistit p̄fectum sapientie sacerdotium. Veruntamen adeo indigne impieq̄ vulgo tractat̄: vt ii qui soli vere sapiunt & a quibus cæteri id ipsum habent: vt aliquid sapiant: maxime omniū desipere iudicentur. Preterea male putētur sentire de deo apud illos qui a philosophis deum colere dedicerunt quādo philosophorum rationibus intellexerunt deum esse quem colant. O falsissimum vulgi iudicium. Tunc democritum philosophum putauerunt insipientem cum maxime sapiens factus cœpit mortalium insipientiam deridere: & ab hyppocrate medicorum sapientissimo iudicatus est oīm prudētissimus. Tunc socrate diuinū quasi male de diis sentientem cōdemnauerūt: qn̄ ab ipso eorū deo: vtpote qui rectius q̄ cæteri de deo sentiret: sapiētissimus est appellatus. Sed rideat insanū vulgus vt libet: rideat philosophos vt insanos & impios. Interim philosophi & flebilē vulgi risum vna cū heraclito lugeāt: & ridiculū fletum cum democrito rideant.

Non est sanus cui salubria displicēt.

Marsilius Ficinus Iacobo bracciolino poggii oratoris filio paternæ artis heredi. S. D.

I Egēti mihi nup̄ philosophicā quādā plutarchi platonici ep'am ad Traianū imp̄atorē venit in mentē subito bracciolin⁹. Quippe cui sciā optima quæq̄ valde placere. Atq̄ in hoc ille mihi maxime placet? Q đ nihil laudat: nō bonū. Nullū bonū nō maxie laudat: Nullū certius apud medicos sani gustus inditiū: q̄ si illa q̄ salubria sūt eadē & suauia videant̄. Atq̄ cōtra: q̄ ledūt p̄rimū eadē & offendāt. Sed accipe iam philosophicā imp̄atoriāq̄ ep̄lam. Quæ quidē p̄hemiū est libri plutarchi de politica & imp̄atoria institutōe ad traianū imp̄atorem Quem librum Policrates pene ad verbum traduxit. Plutarchus Traiano. S. D. Modestiā tuā nouerā nō appetere principatū Quē tn̄ semp̄

morum elegantia mereri studuisti. Quo quidē tanto dignior iudicaris quanto a crimine ambitionis videris esse remotior. Tuæ itaq; virtuti congratulor: & fortunæ meæ. Si tamen recte gesseris: quē probe meruisti. Alioquin te periculis: & me detrahentiū linguis subiectū iri non dubito: Cum & ignauiam imperatorū Roma nō ferat: & sermo publicus delicta discipulo⁊ refundere soleat in præceptores. Sic Seneca. Neronis sui culpa detrahentiū linguis carpitur. Adolescentū suorū temeritas in quiutilianū refunditur. Et socrates in pupillum suum dementior fuisse culpatˢ. Tu vero quid vis rectissime geres: si non recesser[?] a te ipso. Si primū te composueris. Si omnia disposueris ad virtutē: recte tibi procedent vniuersa. Politice constitutionis morūq; vires tibi descripsi. Cui si obtemperas: plutarchum viuēdi habes auctorem. Alioquin præsentem epistolam testem inuoco: ꝙ in pernitiem imperii nō pergis auctore plutarcho. Vale.

Marsilii Ficini Florentini disputatio contra iudiciū astrologorum

Marsilius Ficinus Francisco Nyppolito Gazolti comiti Viro clarissimo. S. D.

Scripsi librū contra vana astrologorū iudicia. Mitto ad te ꝓhemium: Reliquū mittam cū primum Scriba noster exscripserit.

Qui singula necessario fieri a stellis affirmant: tribus potissimū ꝑnitiosis erroribus & inuoluuntur ipsi & vulgus inuoluunt. Nā summo & omnipotenti deo quantum in eis est propriam rerum auferūt ꝓuidentiam absolutumq; mundi totius imperium. Angelis vero: q ita apud illos cœlestia mouent vt omnia inde hominum scelera. Omia mala bonis. Omnia bona malis proueniant iusticiam adimunt. Hominib⁹ deniq; qui non minus: ꝙ bestiæ vt illis videtur huc & huc impelluntur auferunt libertatem: omniq; priuant tranquillitate. Si enim bona ꝓmittunt quod raro vix & obscure admodum facere consueuerunt: vt plurimum: maximis illa difficultatibus implicant: vnde fit vt nobis minime prosint. ꝙ si aliquando & id quidem rarissime absq; summo labore vētura ꝓnunciant: inde vani superbi negligentesq; reddimur: Atq; si casu quodam: vt ꝓmiseruut: euenerit minus grata ꝓuenit diu expectata voluptas. Si vero minantur mala: quod multo sepius accidit: mala vl' sero futura diu anticipamus vel nunꝙ futura miseri fingimus patimurq; fingendo. Deniq; si fata vitari non possunt frustra ꝑuidentur & ꝑdicuntur Si possunt aliqua ratione vitari: falso ab astrologis necessitas fati defenditur: fortasse dicent vt arbitror: hoc quoq; in fatis esse vt aliquid e multis præsciatur interdum & caueatur. Sic igitur interˢ parcas cōtrouersia erit: vt alia vulnerare hominem statuat alia protegat. Sed demus hoc in præsentia illis si placet ne cui forsan pertinacissimi videamur. Nunꝙ tamen alicui concedemus. Illud quoq; in parcarum decretis consistere vt multi non credant illis: multi insuper contradicant. Quomodo eni3 fa-

tum Marsiliū nunc impellit vt pro ingenii viribus fato repugnet. Qui certe non fati ipsius vi: sed potius contrarii alicuius vel saltem superioris virtute nunc inuebitur contra fatum. Necessitas eñ ipa omnino sibiipi repugnare nō potest. Vt esse neget necessitatē atq3 suo instinctu aculeis q3 se perimat. Quid nam vulgatissimū illud sibi vult. Fatis agimur: cre dite fatis. At qui si diligentius rem ipsam consideremus non tam fatis ipsis q3 fatuis fatorum assertoribus agimur. Non credetis mibi credite fatis: si fatuis non credetis. Qui obscuris non vera vt de sibilla dicitur: sed falsa inuoluunt. Ac de singulis bominibus non propria prædicant: sed cōmunia cunctis. Homines loquacissimi in mediū tot adducunt vt non mirum sit si inter multa mendacia aliquando casu in verū aliquod incidunt. Sapere volunt aliis cum ipsi sibi minime sapiant. Opere præci um est cōsiderare q3 inopes: ipsi sint q3 sordidi: q3 in negociis suis infor tunati. In rebus agendis imprudētes atq3 inepti. Si forte mercaturā ex ercerent multominus q3 cæteri mercatores euentum præuident merca turæ si medicinā minus q3 cæteri medici mediū ac finem morbi præsa giunt. Ac pessime omniū corpora curant & cum diuinitationē ꝓfitean tur ipsi inde casu viuere passim videntur & cadere. Surgite igitur pbilo sopbi præcor: surgite omnes libertatis tranquillitatisq3 ꝓciosissime cupi di. Eia agite iam accingite vos clipeo palladis atq3 basta. Bellum in præ sentia nobis imminet contra nefarios gigantulos illos qui et futurorū præscientia deo prorsus immenso se equare conantur: & fati cœlest; de fensione supercœlesti deo qui est summa libertas liberū imperiū auferre. Sed qui tam superbe ad superos ascendere moliuntur miserabiliter ꝓci pitabuntur ad inferos Porrige manum nobis ex alto deus omnipotēs Vires tuis militibus sumministra. Tuū istud defendere imperiū. Nunc aggredimur: succurrite numina quæ circulos rotatis etbereos succurri te iusticiam vestrā excusaturis aduersus impios bostes qui extremæ cu iusdam iniustitiæ nos accusant. Faue tu quoq3 nobis o genus bominū sine inuidia. Nempe tuam istam omniū præciosissimā libertatē trāquil litatemq3 tuemur. Vt postq3 de diuinatoribus non diuinis sed valde ꝓ fanis qui tamdiu suis nos præstigiis mācipent: triumpbauerimus libe bere tandem clamare possimus. Impietas ergo pedibus subiecta vicis sim obteritur nos exequat victoria cœlo.

Probemium Marsilii Ficini in opusculū eius de vita Platonis ad Franciscum bandinum.

n Atus ē mibi nuꝑ in ipo omipotētis xpi natali. Plato quidē Bā dine magnanime q q3uis auo illi suo patriq3 nostro platoni lōge sit iparvidetᷣ tñ nescio quō vt cūq3 ꝑt indole similis. Ad būc ego cōuersus o plato inq3 patrias ne auitasq3 sedes repetes atbenarū. At ille repente o fatū exclamauit iniquū. Nulla mibi probdolor: nulla vsq3 re stat patria domus. O ferrea secula qbus mars ille seuissim⁹ atticas diru

it pallidis arces. Non igit̃ in miserã græciã sed in pannoniã. Marsili me conferã. Ibi ẽm floret magnus rex ille Mathias q mira quadã potentia simul & sapientia fretus certis relabentibus annis edem potenti sapientiq; palladi hoc ẽ græcorũ gymnasia reparabit. Ibidẽ pterea penes regẽ ipsum pannoniæ fœlicissimũ fœliciter viuit: bãdinus ille meus. Qui diui platonis natalia quondã florentiæ suis sumptibus & apparatu regio celebrauit in vrbe: atq; etiã extra vrbẽ: dũ conuiuiũ idem apud clarissimos medices nostros instauraret: primus interfuit. Ibo igit̃ iam celer & alacer in Pannoniã ad amicos. Deniq; huic ipe inq;. i. decus. i. nostrũ melioribus vtere fatis.

Montes non seperant animos montibus altiores.

Marsilius Ficinus Florentinus Reuerendo in christo patri domino Nicolao batoreo episcopo Vaciensi pannonio. S. D.

c Vm accepi tuas bandiniq; litteras qbus vehemeter suadetis: vt in pannoniã pficiscar: gratissimus Mathie serenissimo Pannoniæ regi futurus: præfeceram iam quinq; platonice sapientiæ claues: quarũ vna cæteris breuior ad vos venit. Venire aũt me difficile est Viuere deinde sub isto cœlo: forsitan difficilius. Verũ vt rectius loquar si venturus sim ad vos discedam a vobis prius oportet q̃ redeam fieri vero nequit vt ab his discedã: qbus cũ mihi cõciliante musa: vnus iam diu factus ẽ animus. Ama pcor: vt facis Marsiliũ tuũ te ob egregias virtutes tuas ardẽter amantẽ. Ama silr Franciscũ bandinũ nostrũ: virũ ingenio magnificẽtiaq; præstantẽ: cõmenda vtrũq; si decet: Mathie fœlicissimo regi: huic nõ nihil ex officina nostra breui tempore pditurum nos vt cũq; poterit cõmendabit. Valete fœlices animi: atq; viuite mecũ Inuitis montibus qui nos separare videntur viuite mecum fœlices animi: vel altissimis mõtibus admodũ altiores: Hoc ego sum vobis: vnus sibi quisq; quod ipse est. Hoc mihi vos estis. quod duo sunt oculi. viii. kalendas Iunias. Mcccclxxix. Florentiæ.

PROHEMIVM QVINTI LIBRI.

Marsilius Ficinus Bernardo bembo Veneto equiti clarissimo. S. D.

l Iber epistolarum nostrarum quintus ab epistola de lege diuina exordiens eadẽ a nobis lege bembi illius nomẽ tanq; caput suũ videtur exigere: quẽ nobiscũ: vt alibi demõstramus: lex diuina cœlestisq; coniunxit. Tibi ergo præceteris merito fœliciter dicatus sit. Lege fœliciter.

Quintus liber epistolarũ Marsilii Ficini Florentini.

Leges diuinæ fides scientia confirmatur.

Marsilius Ficinus Florentinus Reuerendissimis familiaribus suis. Salutem Dicit.

l Eges humanæ non aliter aut admittunt ab initio: aut post q̃3 admissæ sunt ꝓpagant: q̃3 vel cõsuetis cõmunibusq3 humanarũ & naturaliũ rationũ suasionibus vel auctoritate q̃dam impetatoria impetu ve armorũ: vel facilitate & cõmoditate viuendi atq3 illecebris voluptatũ. Præterea syderu3 dispositio nõ aliis vnq̃3 instrumẽtis q̃3 eiusmõi leges inter homines potest inducere. Q̃obrem si quã legem intellexerimus apud homines sanæ mentis & ortam aliquando & latissime ꝓpagatam: dũ ꝓbabiles illi multoꝝ argumentationes aduersarent. Dũ arma potentũ contra illam vbiq3 seuirent. Dũ palam omnibus humanæ voluptatis vsus spesq3 ab ea prorsus auferetur legem eiusmodi neq3 humanam esse. neq3 a cœlesti fato pendere: sed diuinam omnino: & a supercœlesti quadam potentia proficisci necessario concludemus. Quod aũt necessaria probatione cõcluditur: Id ꝓculdubio certa scientia cõpræhenditur. Quisquis igitur eiusmodi legi: tali quondam ratione crediderit: habebit & scientiã matrem fidei & fidem scientia confirmatam. Qui talia non considerat: se ipsum considerare non potest. Qui vero considerat quidem quodammodo sed non credit: nihil credit. Quid eligãt alii nescio. Ego certe malo diuinæ credere q̃3 humane scire. Si quide3 diuina fides longe certior est q̃3 hominum sapientia: crudelitas illa semper vera scientia confirmatũ. Scientia hæc nõnunq̃3 in credulitate vacillat. Igitur vt veri quicq̃3 alicubi possimus credere: iam ipsi veritati credamus: quæ quidẽ cũ ignorantiæ falsiue nihil admittat: certe ignorat fallitue neminem. Præterea vt aliquid vsq̃3 boni sperare possimus in ipso speremus bono: quod cum nihil agat mali nihilq3 patiatur iniusti: neq3 sperantes frustratur vnq̃3: neq3 derelinquit amãtes. Quos ipsum & vt sperarent illuminauit: & vt amarent pariter inflammauit. Motus enim ad ipsum bonum: neq3 aliunde q̃3 ab ipso bono pendere potest: neq3 aliã ratione illuc refluere q̃3 inde ꝓfluxerit.

Nihil potest esse proprium vbi communis est animus.

Marsilius Ficinus Naldo poetæ. S. D.

r Edii nuper in cellanum Nalde meum: immo nostrum. Nihil enim potest esse proprium vbi communis est animus. Composui secunda rusticationis die argumentum in librum nostrum de religione breuissimum. Cumq3 id ad amicos inscriberem: primus mihi venit in mentem Naldus: primus omnium a nobis amatus Cui & reliqui hoc ipsum quod a me stabiliter diliguntur totum debent. Quippe cum in eo primum amando: cœteros amare didicerim.

Mitto igiť argumentū. Scripsi valde quod egerim. Scribe & tu quid agas: & quō valeas. Sed cur inquā scripsi. Et cur scribe rogaui: Epistolis tm̄ cōtenti sint: qui diligunt mediocriter: at vero neq̃ Naldus scio: quod loquor neq̃ marsilius mutuis eplīs cōtentus erit.

Breuiter loquendū: sed nō breuiter vel cogitandū vel amandum.

Marsilius Ficinus Anthonio byuano. S.D.

v Ides Anthoni q̃ arguti ingenii te existimem: Quotiēs libros petis: integros argumēta mitto. Librū primo de summo bono petisti: Argumentū misi. Theologiā deinde nostrā platonicam postulasti. Dedi & argumentū: qđ paulo an̄ recepi. Sed vt ter argutū te id argutissimū faciā: accipe terciū argumentū in nostrū illū de religione librū quē legisti. Conuiuiū de amore desiderabas. Hic solum byuanus nō argumentū tm̄ nr̄o noīe: sed integrū opus accepit. Vtpote cui non portiuncula quædā impartiať Marsiliane beniuolētiæ: sed tota in ip̄m pœnitus trāsfundať. Noui differere breuiter: breuiter amare nō noui. q̃ angustus ē sermo nr̄: tam amplus affectus. Sæpe flama quæ minus spargitur: feruet ardētius.

Sacerdotes & philosophi pie loquanť & sentiant.

Marsilius Ficinus Ioanni caualcāti amico vnico. S.D.

e Xiges a nobis mi Ioannes (vt arbitror) rusticatiōis huius nostræ primitias. Q̄m̄ prima quæq̃ iure optimo debeanť primo Scripsi nescio quā exhortatiunculā ad pietatē hodie ad familiares meos: immo in primis ad meip̄m. Nihil vnq̃ cæteris studio suadere: quod nō mihi ipse antea p̄suaserim. Sacerdotis officiū est: nihil loq: nisi quod ad pietatē cōducere videať. Philosophi quoq̃ p̄fessio non aliter agere q̃ loquať. Non aliter loqui q̃ sentiat. Aliter tn̄: mente sentire q̃ sensu. Deniq̃ ne exhortationē eiusmodi scribere frustra tentauerim: lege hanc mi Ioannes obsecro diligēter. Nam neq̃ ad amicos scripsisse velim neq̃ ad meip̄m possum nisi tu legeris.

Nullum in malis refugiū est nisi ad summū bonū.

Marsilius Ficinis familiaribus suis. S.D.

t Ragrediæ miseram mortaliū sortē verissime deflent. Sors quoq̃ mortaliū tragredia verissimā peragit. Tragredia est imaginaria quædam hoim vita. Vita hoim tragredia videť esse verissima. Mitto nunc declamatiōes illas oratorum: poetarum: philosophorū quibus singula humani generis mala & incōmoda recensenť: hoc solo in p̄sentia quāta sit generis nostri miseria paucis exprimā. q̄ vt plurimum illi oim maxime miseri sunt: qui vulgo videnť oim beatissimi. Tria vitæ genera apud philosophos numeranť. Prima cōtemplationi: secūda actioni: tercia voluptati tribuiť. Quicūq̃ in qualibet harum vita habēntur fœlicitate summi ii vt plurimum reuera sunt in miseria summi Sane qui in veritatis cōtemplatiōne vulgo videnť excellere: ii sæpe maxime

omnium insolubili dubitationũ ambiguitate tenentur. Nam dum singula curiosius discere studuerunt atq; cuncta in singulis audentius profiteri: merito dubitare de cunctis in singulis didicere: & cum neminem credãt superiorẽ se habere vl' parem iam neq; habent cui credant quicq̃ neq; quẽ cõsolant o insipidã sapientiã: o scientiã inscientia omi cõfusiorẽ. Hãc salomõ oim diuino iudicio sapiẽtissimus afferre laborẽ inqt atq; dolorẽ. Hanc apud deũ insipientiã existimari paulus apostolus asserit. Huius cogitationes apud deum vanas haberi ꝓpheta Isaias exclamat Hoc illis nõ imerito videt̃ accidere: qui res veras in alio potius q̃ in veritatis ipius lumine videre confidũt: pinde ac si quis mentis lumine captus colores rerũ nõ in solis ipius splendore sed in oculi radio se credat inspicere. Proinde q in actione primũ obtinere gradũ existimãt: primũ reuera tenent in passione: & cũ maxime dñari dicunt̃: tũc maxime seruiunt. Postremo qui voluptatibus ꝓpensius obsequũt̃: ii sæpi⁹ incidunt in dolores: & cũ potissimũ ingurgitare vident̃: vehemẽtissime sitiunt & exuriunt. O miserã mortaliũ sortẽ: sortẽ miseria ipsa miseriorẽ. Quoniã igit̃ miselli cõfugiemus: vt miseriã nostrã qñq; ꝓcul effugiamus? Ad phylosophiã ne illam sophistarũ curiosissimam? An ad imperiũ? An voluptatẽ? Heu nimiũ ad hæc iam totiens frustra refugimus Siquidẽ supbior illa phia molestissimis nos questionibus implicat. Imperiũ aũt extrema quadã & periculosissima opprimit seruitute. Voluptas deniq; breuis & falsa veris & longis dolorib⁹ inficit. Forsitã ope præciũ erit si volumus qđ sequimur assequi: vt ad illa dumtaxat q̃ nusq̃ fugiunt: fugiamus. Nusq̃ vero id solũ potest fugere qđ mouetur nusq̃ cũ impleat vniuersum. Verũ quid opus ẽ vt moueamur ad illud: quod nõ mouet̃ vsq̃: qđ vbiq; singulis adest: ne moueamur igitur: neq; circa plurima distrahamur: sed in vnitate q̃tũ possumus maneamus: æternã siqdem vnitatem vnamq; æternitatem non motu vel multitudine: sed statu & vnione consequimur. Ceterum quidnam est istud? amici: Eia dicite quid est istud? Nunquid istud est ipsum bonum? Quod vniuersum implet. Nihil.n. reperiri potest: quod nõ sit ipsius boni p̃sentia bonum. Hoc ipsum est: nõne videtis? Hoc ipsum est quod appetũt omnia qm̃ ab ipo sunt oĩa: Atq; iccirco singula per ipm ꝑficiunt̃: quatenus huic adherere nitunt̃. Bono aũt: vt mihi quidẽ videt̃: nõ alia rõne q̃ amore boni possumus inherere. Quandoquidem hæc ipsa boni conditio ẽ vt appetatur & appetibilis ipsius vt sit bonũ. Atq; id quod nobis optimũ est: cum primũ amamus: heremus. Quippe cum amor sit bonũ aliquod summo bono q̃ proximum: quoniam est flamma boni. Vbicunq; vero flamma boni seruet ardentius: ibidem & boni lumẽ clarius emicat. Quid plura si deus est ipsum bonum: ipsa lux boni ipse boni lucentis amor: amemus: o amici amemus: obsecro: ante alia bonum lucidum lucemq; benignam. Sic.n. nõ modo nostrum amabimus deum: verum

etiam amando fruemur: si quidem deus est ipse amor: ipse amor ē deus. Ergo in primis ferueamus illo: sine cuius calore nihil calet. Vt benigna illius luce refulgeamus ad votū: sine cuius splendore nihil lucet. Agite amici maneamus in eo: quod recedit nusq̄: & ꝑmanebimus. Seruiam⁹ soli omniū domino: qui nulli seruit: ne seruiamus vlli sed omnib⁹ domi nemur. Fruamur illo si possumus: possumus autem si volumus. Nam volendo fruimur: volumusq̄ fruendo: fruamur inq̄ illo: quod solū exu berat ꝑ immensum: atq̄ ita solum prorsus implebimur. Ita solum vere pleneq̄ gaudebimus. Vbi enim bonū viget absq̄ defectu ibi voluptas absq̄ dolore sentitur: ibi gaudium vndiq̄ plenum.

Non creauit ad parua quædam deus homines: sed ad magna.
Marsilius Ficinus Ioanni caualcanti amico vnico. S.D.

Solent dyalectici dicere eam esse cōtradictionis cōditionem: vt si quis in alteraꝫ eius partem iam inclinetur: non possit eodem momento in partem alteram inclinari. Ingenium vero meū vsq̄ adeo distractum est hoc autumno vt neq̄ loqui velim neq̄ silere: rursus neq̄ agere possim neq̄ non agere. Forsitan quia duplex quodammodo sum: qui videor esse simplex. Sed sim & duplex vt in phædro: vult Plato: imo etiam triplex vt idem disputat in Timeo: modo quod in me ad honestum negocium trahit: superet: semper quod id ignauuꝫ ocium retrahit & torporem. Ecce superat iam quod ad agendum inuitat atq̄ loquendum: Itaq̄ & loquor vt cunq̄ possum & ago. Verum surgit in nobis nescio quō statim altera questio. Quoniam iocari velim parūper vt soleo sæpe: ac saltē ad Caualcantē meum faceti aliqd scribere Atq̄ cū hoc potissimū ꝑposito sumpsi calamū: scribo rigidiora: & q lyrica vel comica tento interim elega vel tragica perago. Vis dicā amice: saturnū me vnicū his temporibus elegisse in quo cunctas rigiditatꝭ suæ vires experiatᷣ: Sed nō vis istud: vt video: mi Ioannes nec ego volo Quid ergo dicemus o amice: Deū velle sacerdotes suos esse omnium seuerissimos: neq̄ īter leuia sacra tractari: sed grauia. Hac forsitan rōe pythagoras discipulis suis p̄cepit in symbolis. ne iuxta sacrificium vngues inciderēt. Nō creauit ad parua quædam deus homines: sed ad magna: qui non implentur paruis ac magna nouerunt. Imo vero solum ad infinita creauit eos: qui soli in terris infinitam repperere naturam: quibus finitum: nihil q̄uis maximum penitus satisfacit.

Nullus incontinens potest sapiens esse.
Marsilius Ficinus philosophis & sophistis. S.D.

Inter omnes animæ vires quæ in cognoscendo versanᷣ: supræmæ sunt intellectus & ratio. Infimæ vero gustus & tactus. Hæ quidem ad naturam descendūt maxime corporalem. Ille vero ad incorporeā ascendūt substantiam atq̄ diuinam. Quisquis igitur his

omnibus simul seruire contenderit: nimirum frustra cõtendet. Necꝫ.n. supremorum radiis illustrabitur: quisquis infimorum tenebris se prorsus immerserit. Necꝫ infimorum ridiculis auscultabit illecebris: qui vera supremorum bona gaudiaꝗꝫ gustauerit. Non attinget animus rationes rerum verissimas quæ sunt a corporibus separatæ: nisi ipse seipsum tum morum purgationem: tum speculationis intentione a corpore separauerit. Nullius existimabit quæ tempori subiiciuntur in terris: qui cœlum ipsum iam possidet: ipsamꝗꝫ: vt ita dicam: metitur æternitatem. Mitto ꝙ quemadmodum oculi rubra quadam obtalmia laborãtes vel amara lingua nihil nisi rubrum sentiunt vel amarum: sic animus qui ob diuturnum amorem obsequiumꝗꝫ circa corporea iam quasi corporalis euasit quæ diuina sunt vel nulla esse putabit: omnino vel saltem corporea iudicabit. Mitto ꝙ libero & ꝙ diuturno opus sit ocio ad occultissimas rerum ratiões inuestigandas. Nihil autem magis seruile: nihil magis negociosum atꝗꝫ sollicitum cogitari potest ꝙ anxia eius vita: q sensibus tanꝗꝫ dominis seruit & pluribus & insanis. Ac dum tyrannis insipientibus mancipatur sapientiæ insuper profitetur obsequiũ. Quoscunꝗꝫ igitur corpori stulte seruire depræhenderis sapientes esse negabitis. Quos autem esse noueritis sapientes: hos nõ serui sui corporis seruos: sed dominos iudicabitis. Anxii certe viuunt qui solis seruiunt corporis voluptatibus. Sed multomagis anxii qui voluptates infimas cũ supræmis frustra copulare conantur. Nam cum nimiũ vtrinꝗꝫ laborent neutra ex parte vel mentis vel corporis voluptatibus perfruunt. Nullos deus reprobat magis: ꝙ eos qui sordidis vitiorum vasculis nectar & ambrosiam haurire confidunt. Nullos probat amatꝗꝫ magis: vt disputat Aristoteles: ꝙ qui mentem deo similimam imprimis colunt: & a corporis labe longe dissimili segregant diuinumꝗꝫ lumen non nebulis obruere vitiorum: sed pura student mentis serenitate percipere. Hæc ratio & Socratem: vt opinamur: induxit: vt moralẽ imprimis disciplinam hominibus exhiberet: & pythagoram vt a sacris gymnasiis suis ꝓfanos longe propelleret. Quia sicut vas fetidum quemcunꝗꝫ liquorem infuderis vel suauissimũ reddit sua contagione fetentem: sic mala mẽs accepta scientia malitiam parit non sapientiam. Præterea sicut aer ad lumen solis: sic mens se habet ad veritatis & sapientiæ lumen. Ergo lumẽ Ergo neꝗꝫ aer neꝗꝫ intellectus vnꝗꝫ dum nubilus est: suos radios compræhendit. Et vterꝗꝫ compræhendit subito. cum primum purus & serenus euasit. Huc tendit Platonis illud: in epistola ad syracusanos. Qđ diuinũ est inquit dici non potest: quemadmodum cætera quæ discuntur. Sed ex diuturna circa diuina ipsum consuetudine vitæꝗꝫ similitudine: subito quasi ab igne scintillante lumen effulget in animo: seque ipsũ iam alit. Quid igitur tot lucubrationibus incumbitis: O phylosophi. Quid tam longis disputationũ ambagibus opus ẽ Sophistæ: Vni

ca:nõne videtis? Vnica ad lumen ipm via nobis est ipsa serenitas. Heu frustra sæpe cõfiditis in puro purum (quod Socrates damnat) attingere. Heia discite a Platonico Galieno impossibile esse animã sanguine & adipe suffocatam cœleste aliquid cogitare. Discite rursus a Pythagora & Platone: sapientiã mentis nihil aliud esse: q̃ summi ipsius boni lumen p animos vere bonos tanq̃ specula quædã purissima vbiq̧ diffusum. Ergo cum primũ boni pœnitus euaseritis: summi ipsius boni splẽdore hoc est sapientia refulgebitis. Sol cœlestis qui oculos animaliũ generat rerum q̧ colores idem aptis purisq̧ oculis colores ostẽdit. Sol supcœlestis: id est veritas ipsa res veras pcreat atq̧ mentes. Sol idẽ res veras puris ad ipmq̧ cõuersis mentibus patefacit. Purgate rõnis oculos ab omnibus corporis huius noxii sordibus. Auertite mentis aciẽ ab infimæ vmbra materiæ. Conuertite intelligẽtiæ interioris aspectum ad lucẽ ipsam formæ supnæ. Vnde primũ materia satis iam pparata corporeis formis repente format̃: inde mens parata sufficienter statim incorporeis formis afficit̃. Et q̃ claris illustrat̃ radiis veritatis: tam vero gaudio abũde pfundit̃.

Philosophi sæpe dum discunt curiosius disputare interim cõsultare dediscunt.

Marsilius Ficinus Ioanni caualcanti amico vnico. S. D.

q Vid nam ais o vir in rebus tm̃ nostris delicatissime? Obrui ne te his diebus a nobis quæreris copia lr̃arum? Ha quid agis mi Ioãnes Ferto pcor leuiora hæc: æquo si potes animo. Q ñ nos multo ferimus grauiora. Cur te turbo numero lr̃arum? Quia videlicet ipse nimia cogitationũ turba cõfundor. Ita solent: qui ocio nimio redduntur negociosissimi. Præstat aũt opprimẽte ocio negociosum esse: q̃ præmẽtibus negociis ociosum. Consule comphilosopho illi nostro quid potissimũ i sua causa sit acturus. Ignosce amice philosophis. Nã sæpe philosophi dum discunt curiosius disputare: interim cõsultare dediscunt.

Solitudo philosophis: nõ remissio mẽtis: sed intẽtio eẽ solet & debet.

Marsilius Ficinus Florentinus Bernardo Bembo Veneto. S. D.

s Ecessi nonis septembribus in montẽ celanũ nostrũ pcul ab vrbe remittẽdi imo potius intẽdendi animi gr̃a. Nã solitudo philosophantibus nõ tam remissio mentis q̃ intẽtio esset & solet & debet. Hic Bernarde qua die accepi expectatissimas lr̃as tuas paulo añ scripserã: nescio qd: ad familiares meos: forte tragicũ magis q̃ philosophicũ. Sed qualecunq̧ id sit frustra esset ad meos scriptũ: nisi Bembo meo imprimis trãscriberet̃. Quicquid vero Bembo dicit̃ phœbo quoq̧ capelle: &. M: Aurelio dictũ existimamus. Cum in vrbẽ rediuero: vbi illud reliqui: volumen in quo nostra illa decem sunt argumẽta: quæ desiderat phœbus: dabo operam vt illi argumenta eiusmodi tran

ſcribant. Siue me tibi nunc cōmēdauero mi Bernarde: intellige heroē illum noſtrū Ioannē Caualcantē ſub Marſilii nomine cōmendatum. Siue dixero Vale. Intellige tibi ſub Marſilii verbis ab heroe ꝓſperam valitudinē exoptatam. Cura vt valeas. At video Bembū meū neqꝫ poſſe neqꝫ velle abſqꝫ delitiis ſuis bene valere. Bernarde Landinus & Braccіolinus tui tibi bñ valent. Igit̄ bene vale.

Propbanis ſapiētia nō conceditᷣ.

Marſilius Ficinus Laurētio Bonincōtro Aſtronomo & poete. S.D.

s Oles ſæpenumero dicere Laurēti nō poſſe hoīes impios vnqꝫ aſtrologos veros euadere. Quod quidē mihi quoqꝫ videtᷣ eſſe veriſſimū. Nam ſi cœlū dei ipſius eſt templū: cōſentaneū eſt: ꝓphanos homines procul a cœlo cœleſtibuſqꝫ arcanis expelli. Præterea nō ſolum aſtronomiā: verum etiā ſapientiā oēm a barbaris deſcendiſſe. Plato noſter cæteriqꝫ grecorū ſapiētes ꝓculdubio confitentᷣ. Cōptum vero habemus ſolos apud barbaros ſacerdotes: phyſicas: mathematicas: methaphyſicas ſciētias tractauiſſe. Vtpote qui ſciebāt ſapientiam præcipuum dei donū: nō niſi mētibus maxime ſacris diuiniſqꝫ vel debere vel poſſe cōcedi. Hac potiſſimū (vt arbitror) rōne xp̄s vitæ magiſter ait: ſacra myſteria dari quidē vulgo velata. electis autē diſcipulis pœnitus reuelari. Verū quid hac in re nunc denuo vltra ꝓgredior? Lege ſi placet quæ in eandē ſententiā ſupioribus diebus ad philoſophos ſcripſimus & ſophiſtas. Adhibe his amice lectorē: ſi quem reppereris: doctrinā cum ꝓbitate p̄ ceteris cōiunxiſſe. Dic amabo Laurēti: quem ad hæc legenda nunc potiſſimū cogitas adhibere? Angelum ne manectum? Hunc ipm & tu cogitas video: & ipſe medo hunc ante alios cogitaueram.

Omne tulit punctū qui miſcuit vtile dulci.

Marſilius Ficinus Baſtiano Foreſio chariſſimo cōpatri. S.D.

n Emo eſt ex omnibus familiaribus meis qui cum altius dulciuſqꝫ loquar dulciſſime mi Foreſi: qꝫ tecū. Cæteris ēm lingua tm̄ vl' calomo loquor: tibi vero ſæpe plectroqꝫ lyraqꝫ. Alioqn plectra ſine te mihi ſilent. Muta ſine te mihi lyra. Age ambo mi foreſi: quotiēs ad lyram canis. Cane tu quoqꝫ mecū. At video te dum alterā iſtam intētius fabricas citharam: interea cantū ſonumqꝫ alterius prætermittere. Inter celicolas Baſtiane phœbus pulſat quidē nō fabricat citharā. Mercurius aūt fabricat: ſed nō pulſat. Nemo igitur confidat in terris vtranqꝫ facultatem & fabricāde & pulſande citharæ pariter exercere. Si quis nobis obiiciat: illos nimium delirare: quibus nimiū agitur res de lyra. Reſpōdebis ſcio viciſſim: nos ob hoc ipſum: vt ita loquar: lyrare ne delyremus. Qui tractant grauia ſemper: ipſo nimirum grauitatis pōdere deprimuntur Qui continue leuibus occupantur: merito leui qualibet aura huc atqꝫ illuc impelluntur. Miſerenda nobis eſt (quemadmodum

natura nos docet)grauitas leuitati. Vt grauitas quidẽ quadam: vt ita dixerim:modesta leuitate:releuetur & erigatur. Leuitas aũt grauitatis stabilitate firmetur. Verũ quid ago? Musicam ne accuso:nostraꝫ quasi rem leuem? cuius dignitatem siue potius diuinitatem alias:vt te nõ latet:longa epl'a demõstraui. Sed ne nimis forsitã ĩdulgere musice videamur:sũmatim ita cõcludimus. Graui qdẽ cõcentu nihil grauiꝰ. leui aũt nihil leuius. Temperato nihil posse tẽperãtius cogitari. Ergo salua sit semper nobis rite vocantibus cithara mediocris. Tu quoqꝫ saluus esto si modo sepe Ioannem caualcantem & Petrum nerum nostros oculos salutaueris. Ipse lucas Marsilii scriba:qui hanc epistolam transcripsi me tibi cõmenda: Atqꝫ oro:si modo tanto munere dignus tibi videor vt tantum me ames quãtũ ab ipso Marsilio amari te video. Patronus Forensi meus te tantũ amat:quantũ ipse amas amari. Vale.

Nullũ cõmodius in malis remediũ ꝙ patiẽtia.

Marsilius Ficinus Bastiano Saluino Amitino suo. S.D.

VVlgare Bastiane prouerbium habet: nihil esse difficilius patientia. Nos autem contra sentimus: Neqꝫ esse admodum difficile:quod nõ sit valde laboriosum. Neqꝫ laboriosum esse quod non sit operosum. Neqꝫ operosum videri: vbi nulla opus est opera. Quo autem pacto ibi opus est opera. Vbi non agendum est potiusꝙ agendum? Patientia vero nõ vt agas præcipit:sed patiaris: Quãto difficilius agere est:ꝙ pati:tanto difficilius bene agere est:ꝙ bene pati. Cætere quidem virtutes omnes in bene agendo versantur. Patientia vero sola in bene patiendo consistit. Quid est autẽ aliud pati bene ꝙ passionem a malis illam nõ augere? Quid autem hoc esse dicemus? Nisi velle pati quod etiam si volueris:sis passurus. Quod nisi patiare libẽs omnino patieris inuitus:& nisi te duci pmiseris: traheris violentius & raptabere. O miram patientiæ potestatem virtutes quidẽ alie contra fatum quodammodo pugnant. Patientia vero vel sola vel maxime omnium expugnat fatum:quæ ẽm fatum immutabilia necessariaqꝫ fore decreuit. Patientiæ cum diuinæ prouidentiæ voluntate consentiens: ita quodammodo mutat vt ex necessariis faciat volũtaria: sicut qui male agit:bona sibimet cõuertit in malum:ita qui bene patitur mala sibi vertit in bonum. Nempe in præferendis malis ipse bonus euadit. Tanꝙ igne aurum:sic iste aduersitate probatur & claret. Tanꝙ veteranus miles frequenti periculorũ exercitatione fit & callidus & intrepidus. Tanꝙ qui iam gustauit amara dulcia deinde sentit acutius. Vtitur iis sapientius:fruiturqꝫ suauius. Non recte æstimat quanti sit bonum homo: qui non expertus est malum. Nesciet vnꝙ frui bonis qui malis nunꝙ didicit vti. Nullius prosperitas debilior est ꝙ cui videntur omnia prospere contigisse. Prudẽtis est & in sereno aere pluuium:& in pluuio expectare serenum. Immo nihil in caliginosa hac vita putare serenum:ni-

si sub mente serena. Continua nos extrinsecus ꝓcella ferit. Intrinsecus tantum nobis est petenda tranquillitas. Vnde calor: inde serenitas. Inde calor vnde lumen. Lumen autem non ab vmbra materiæ: sed a mentis luce procedit. Errāt amice in loquendo qui dicunt & multis malis: multas in vita hominum contingere passiones. Rectius ad modū diceretur. Vitam ipsa esse passionem quandam miseros sine vlla intermissione præmentem. Non remedia quæ ad tempus agant: sed quæ continue prosint: morbis sunt cōtinuis adhibēda. Consultare: Pugnare: Repugnare: non semper valemus. Bene autem pati possumus semper quæ semper & patimur & pati patiendo docemur. Possumus nimirū id semp: cuius potētia in ipsa volūtate consistit. Cū primū bn̄ pati volumus bn̄ patimur: si qdē pati bn̄ nihil aliud est q̄ velle pati: Si male agimus: ꝓculdubio & mala patiemur & male. Si bn̄ patimur: bn̄ agimus. Si importune pugnabimus amice defatigabimur: & ipsa saltē defatigatiōe vel a nobis ipsi pœnit⁹ expugnabimur. Si cesserin⁹ oportune ꝓculdubio expurgnabimus. Cedit durorū corporū ictibus liqdissimus aer: redit subito aer in semetipm̄: q̄lis & an̄ fuit. Dura vero corpa collidūt̄ ꝓrsus atq; frangunt̄. Lentissima & mollissima quæq; infracta ꝑdurāt ligantq; durissima. Durissima quia cedere non nouerunt. Cedi frangi ligariq; coguntur: Ergo saluine mi fortunam vince ferēdo: & vt alia vincas (sicut cœpisti) vince teipm̄. Memento quoq; in regione hac mūdi maligna nihil intactum a malis abire. Sed sub iudice iusto: immo sub iusticia iudice: nullum bonum præmio iusto: nullum malum debito supplicio posse carere. Patiētiam vero bonum vsq; adeo perfectum esse vt absq; ipsa cætera hominum bona ꝑfici nequeant. Quæ enim ab aliis virtutibus incohoantur ab ipsa ꝑficiuntur. Vale dilectissime frater atq; vt alii te ferant: ferto alios. Ego certe quotiēs quæ me offendāt: in hōie video totiens esse me hōiem memini. Ideoq; nō nihil qd̄ alios offendat habere. Hac rōne multos fero quotidie vt multi me ferāt. Ferto etiā patiēter rigiditatē ꝓlixitatēq; nostræ huius ep̄le. Ne vel ego in cassum de patiētia disputauerim vel tu frustra nunc videaris audisse: quæ iam pridē ꝑ tua prudētia & dicere & seruare cœpisti.

Solū Mineruę templū cōtra fortunę ꝓcellas hōies ꝓtegit.

Marsilius Ficinus Ioanni Caualcanti Amico Vnico. S. D.

Amicus ille noster binis iam litteris apud me de sua fortuna siue sorte conqueritur. Ego vna hac epistola consulo vt ad templū mineruę confugiat. Quo solo contra fortunæ procellas fulminaq; protegimur. Nescio per quem cōmodius q̄ ꝑ te epistola mugellanos montes ascendat. Si vis lege: Mitte si potes. Vale. Sed quid nā cogitasti modo: dum legeres si vis lege: Num forte permittere vt ille tua potius q̄ tu legat: Fac tandem vtcunq; placet. Ego vero nolim cui q̄ nostra placere: nisi ei viro: qui an̄ oēs mihi placet: ante placuerint.

Amicicia vera extrinsecis non eget officiis.

Marsilius Ficinus Ioanni caualcanti Amico Vnico.S.D.

Esponde quæso Ioannes: si modo iusta rogo: cur tot iam litte-
r ris meis nõ respondes. Nescis verborum sapores tuorũ affer
re suauissimũ nostris populis cõdimentum? Quid nam in acri-
oribus mibi dulce: Ioannes. Quid rursus in dulcioribus acre. Ioannes:
An forte putas cum primum nostras epistolas legeris: respõdisse: ꝓser-
tim cum verbis meis affectu semper operaq; respondeas. Ac sæpe ante
q̃ loquar quicq̃ ipse cuncta peregeris. Est ita profecto. Sed scio te vlte-
rius processisse. Nam cogitasti primum respondere: ac etiam quid po-
potissimũ respõderes. Vi deinde: quod & ante peruideras Marsilii co-
gitationibus tuis ꝓpinquiorẽ esse lingua manuq; tua. Ideoq; inter ani
mum tuum atq; meum ministeriũ linguæ manusq; interuenire nõ pos-
se. Recte admodum diuinas. & ego recte diuino. Nam & tu cogitãdo:
scripsisti Ioannes atq; ego meditando legi dum scriberes. Verum vt alii
etiam tua bæc legere possint quæ tu mibi responderis nunc ipse trãscri-
bam. Ioannes Marsilio.S.D. Vetus cõsuetudo nostra Ficine iam fe-
cit vt nibil mibi amplius afferre possis noui. Noui iamdiu ingeniũ mar
sili tuum. Sensum babeo omnem: verbaq; teneo. Erraui modo. Non.n.
tam consuetudinis diuturnitas q̃ initiũ ipsum istud effecit. Nempe ab
ipso diuini buius amoris initio non partem mibi gradatim animi tui p
temq; subinde aliam impartisti mi Marsili: sed totum semel in me vnicũ
penitus transfudisti: Tantumq; muneris buius in alios qui abs te amã-
tur: effunditur: quantũ in eos ipse refundo. Quid igitur dare nobis co-
naris vlterius? Nibil babes omnino quod non babeat qui te babet. Er
go frequens scribendi: rescribendiq; officium: quod inter alios est perfe
ctioris beniuolentiæ signum boc ipsum inter nos: si ad nos proprie re-
ferret beniuolentie impfectiori foret inditiũ: Multomag⁹ tu in amiciciã
nostrã loquẽdo forte delinqs: q̃ ipẽ silẽdo. Vider̃.n. nescio qd iter nos
nũeri adbuc & absẽtie suspicari. Ego vero simplicẽ vnitatẽ cõtinuãq; p̃
sentiã q̃lis & ẽ ita cõfirmo: vt tu maxime cõfirmari desideras. Quid er-
go? Nũq̃ ne mutue inter nos littere ꝑferent? Absit vt ex affluẽtissima
intimi fontis abũdãtia nibil effluat vsq̃: nibil extra redũdet. Absit vt qd
ardet intus nũq̃ extra refulgeat. Sed bac rõe vltro citroq; sæpenũero &
scripsim⁹ & scribem⁹: vt q̃ nr̃e mẽtes: imo nr̃a mens vicissim cogitat: &
secũ ipã loquit̃ cogitãdo: cæteri etiã nõnunq; vsu intelligant litterarum.
sed me cupis bene valere: quod certe ante omnia cupis bene. Vale.

Qui musis abutuntur: non mel sed fel: ab earum fonte reportãt

Marsilius Ficinus Angelo Manetro Ciui Præclaro.S.D.

Olent amice nonnulli & latini scriptores & græci qui bomines
s litterarnm admodum studiosos apibus comparẽt. Præterea q
instar apum ex multis sparsim auctoribus ceu floribus colligãt:

quod deinde capacibus memoriæ aluearibus conditum & quadã meditatione cõcoctum: mellifluum paria doctrinæ eloquẽtiæq́ꝫ liquorem Si quis autem cõparationem eiusmodi ab optimis auctoribus confirmatam: forte negauerit: hic dignus mihi videbit̃: qui fel potius q̃ꝫ mel ab ipso musarum fonte reportet. Ego igitur nõ demam huic similitudini quicq̃ꝫ: sed potius addam. Audisti (vt arbitror) amice: nõnunq̃ꝫ: vbi apes q̃ꝫ plurimos lambunt absinthii flores. mel ibi sepissime fundere: quod summis quidẽ labiis delibatum quoddammodo dulciusculum videatur: sed ipsis subinde faucibus haustum haud quaq̃ꝫ dulce ꝓueniat: sed pene instar fellis amarum. Comptum habemus idem ferme non nullis littererum illiconibus surconibusq́ꝫ librorum: qui neq́ꝫ modum habent vllum: neq́ꝫ delectum sæpe cõtingere. Nempe quanto auidius dulcissimos musarũ latices haurire vident̃: tanto nescio quid amarius interim corde concupiũt. Hanc forsitan latini bilem: græci melancoliaꝫ cognominant: morbum queadmodũ Aristoteles ꝓbat curiosorum peculiarem litteratorum. Hac salon ratione studium litterarum occupationem quandã onerasissimã appellat: addiditq́ꝫ tristiciã ipsi scientiæ comitem. Quid igitur ad Aristotelicum illud dicemus? Sciẽtiæ arbor inquit radices quidẽ habet amaras: fructus vero dulcissimos. Profecto dabimus hoc Aristoteli: sed addemus. Fructus eiusmodi fortassis esse poma pſica quorum dulcedini amarus quidã subest nucleus. Quod ergo? Musas ne detestabimur? Absit vt cœlestis nectaris: & ambrosie fontem: stigos amarosq́ꝫ effundere riuulos opinemur. Quantũ igit̃ vsum ipm laudamus musarũ: tantũ vituperamus abusum. Quis nam maxime musis abutitur? Nisi qui aut harum vestigia temere importunæ sectat̃. Aut vulgarẽ his venerẽ imprudẽter admiscet. Aut eas a duce ipsarum appolline segregat. Non capiunt sciam insciti homũculi: sapiẽtiã ipsam insipide capessentes. Non rite camene canũt: sed silẽt potius aut stridũt: vbi petulans veneris filius interpellat. Non apte pieridũ saltat chorus: immo claudicat & vacillat: vbi dux chori procul abest appollo Proinde qui solis lumen ꝑcipe sine solis ope cõfidit: merito in tenebris curruit: nõ surgit in lucẽ. ꝙ verũ hoc & verũ illud seorsum a summa veritate disquirit: ꝓculdubio nõ in verũ incidit: sed in falsum. Qui supnũ nectar in stygia palude quæritat: nimirũ sub vmbratili scie melle verum fel opinionis merito bibat.

Nunq̃ꝫ aduersa reuera patimur: nisi cum patiamur & ꝑuerse.

Marsilius Ficinus Ioanni Caualcãti amico Vnico. S. D.

n Arrat nobis iterum dilectus amitinus ille noster longo ordine quot indies patiamur aduersa. Ego vero vtpote qui iamdiu in meipso ꝯum exptus: Nunq̃ꝫ magis aduersa reuera me passum q̃ꝫ cum paterer & ꝑuerse scribo ad illũ: immo & ad meipm epĩam quãdam de facilitate fœlicitateq́ꝫ patiẽtie. In qua forte legẽda opus sit legẽ

tis audientisq patientia. Lege hanc patienter optime mi Ioannes. Ac si dignã existimas: quæ mittatur ipse mittæ.

Amicitia pfecta verbis literisq nõ indiget.

Marsilius Ficinus Francisco Cardinali Senensi. S.D.

q Votiens venerãde pater sumo calamum: quod equidẽ tempto quotidie: quo ad patronũ meũ aliquid scribam: cuius opera siue negocio potius ociũ sum adeptus: quo multa quotidie scribam. Totiens patronus ipe meus: his me gratis admodũ clamoribus interpellat. Coram quem quæris ad sum. Pone igitur Ficine calamum Quid nam vllis opus est litteris. vbi veras assidue datur audire ac reddere voces: Illos qui ipsi inter se vident absentes: aliqñ p̃sentes efficiãt Hos vero cõtra: qui sibi innicem adsunt vbiq forsitan abesse monstrarent. Noli igitur hunc abs te seiungere calamo: cui semp te corde cõiungis. Quid hic faciam: Nescio mi patrone. Dum ipse quædam erga me cõtraria facis: ergo interim duo vicissim cõtraria patior. Tu quidẽ calcaribus vt curram frequẽtius vrges: atq vna freno cohibes: vt quiescã Ego vero siue nõ moueor: ignauus videor & ingratus. Siue moueor insolẽs & ineptus: Verum dum te meũ sic animum distrahente: ego sic mutuo distrabor hæc interiora: nescio quõ e manib9 erumpit ep̃la: eo videlicet cõsilio: nõ vt tibi quidẽ loquatur: qui cum ego sine epistola p arbitrio loquor. Sed populo potius vt sentiat oĩs quantũ in oĩbus patronus clientulusq cõsentiant. Commẽdauisset video tibi modo caualcantem nostrũ epistola velut absentem: nisi cũ primũ ipsa te salutauit te corã Ioannẽ tuũ vidisset astantem.

Merito inuitus omni caret bono qui spõte caret deo qui est omne bonum.

Marsilius Ficinus Leoni Michaeli peripatetico Veneto. S.D.

s I quis nostrũ tãto ardore ipm amaret bonũ: quod est omne bonũ quanto quotidie omnes bona hæc amamus: & illa quæ absq ipso bono nõ sunt bona: certe tantũ saltẽ boni semp gaudiiq sentiret: quantũ mali nũc omnes assidue dolorisq sentimus. Immo vero illius gaudium tanto ferme & vero hoc dolore nostro vehemẽtius & falsa voluptate suauius esset: quanto substantia boni ipsius & potentior est q̃ malum: & verior q̃ bonitatis imago. Atq etiam puraq mẽs pspicatior q̃ impura. Nunc vero quid mirum: Si oĩa nos mala sequũtur dũ ipsi relicto primo bono. i. deo male singula seqmur tãq bona q̃ oĩa sine primo sunt mala. Merito totiẽs inuiti in oẽ malũ incidimus quotiẽs spõte ab eo cadimus qđ est oẽ bonũ. Quid nã huc & illuc tam diu demẽtes & infœlices erramus. Profecto dum solũ singula seqmur interim vnũ ipm fugimus qđ est cũcta. Qui aũt ipm dũtaxat sequitur vnũ: in eo mox cuncta cõsequitur. Põt nimirũ mẽs oĩa cõsequi: q̃ solũ pendet ex illo qui est sup oĩa. Hinc certe hõ aĩalium solus accepit: vt quicqđ vult

assequi valeat modo in eo ipso quod vult: velit insup agere quicquid valet. Probo igit͂ te magnanime leo: qꝛ nō turberis vlterius circa plurima. Sed queadmodū testat͂ Carolus valgulius testis apud nos locupletissimus: optimam iam diu partem illam elegeris: quæ qm̄ nō solū a toto suo effluit: fonte verū etiā refluit in eundē: iccirco totā gustātibꝰ implet sitim: atq̄ ab ea mēte quæ gustauit: semel nunq̄ auferet͂.

Cum deus sit ipse amor quicūq̄ absq̄ deo aliquid studet amare bic absq̄ omore temptat amare.

Marsilrus Ficinus Locterio Heronio. S.D.

s Cripsi optime mi locteri p̄terita estate epl'am quādā ad amicos meos de amicitia vera. Quæ forsitan frustra ad veros amicos mibi scripta fuisset nisi legeret͂ ab illis: qui in eo ipso sunt nobis amici: sine cuius calore nullus amare quicq̄ pōt sine cuius splēdore nil pōt amari: sine cuius amore quicquid amare videmur: qm̄ extra amorem ip̄m affectamus amare: odisse potius cogimur q̄ diligere. Sine cuius amicitia: tanto magis quælibet inimica sunt nobis. q̄to magis vidētur amica. O mirabilem bonitatis ipsius & pulcritudinis amorisq̄ copulam. Vbi em̄ bonorū lucet bonitas: ibi splendet pulcbritudo pulcrorum: Idem flagrat & amor amorū. Si quidē ipsam boni luce pulcbritudo sequit͂ tanq̄ splendor. Pulcritudinis aūt radies amatorius sequitur ardor tanq̄ reflexio radiorū.

Solus fœliciter dn̄atur qui volentibus dn̄atur.

Marsilius Ficinus Francisco Cardinali Senensi. S.P.D.

d Ic amabo qbus potissimū in p̄ntia verbis te invocē benignissime mi patrone. Magna qdē istbæc in q̄ cōstitutus es dignitas postulare videt͂: vt (reuerende in xp̄o pater) exbordiar. sed longe maior clemētia tua & maxima quædā bumanitas allicit: vt sic ferme familiarius inuocē. Salue amice dulcissime. Ac ne ꝓpriū patroni nomen cliētis ori dulcissimū fuerit p̄termissum: salue iterū mi Frācisce suauitate suauior. Q n̄ eiusmodi nunc ambiguitate laboro: qd faciā? Profecto vbi dignitatis gradus superat bumanitatis affectū: dignis quibusdā superbisq̄ titulis ꝓfari solemus. Vbi vero singularis būanitas: potētiā dignitatis excedit: būanis familiabusq̄ noibus exbordiri debemus. Ipsi p̄sertim? Quid apud te non bospites sumus & aduenæ: sed tua potius benignitate domestici. Solent amice dulcissime tūc maxime dolere clientes: qn̄ patroni nibil daturi videntur: Ego cōtra boc ipso summopere gaudeo: qꝛ patronus meus nibil mibi sit daturus vlterius. Quippe cū nibil sibi reliquerit sui: sed iam diu seip̄m nobis secūq̄ sua omnia dederit. Viue fœliciter amabilissime mi patrone. Non p̄nt amici tui non fœliciter viuere te viuēte fœliciter: q totus viuis amicis. Cui familiares oēs ob boc ip̄m arctissime seruiūt. qa liberrime seruiūt. Nulla seruitus vel arctior vel iocūdior q̄ voluntaria. Nulla dn̄atio tutior & facilior q̄ amatoria.

Egregios grex improbat deus probat: apud quem gratitudo est & libertas.

Marsilius Ficinus Ioanni caualcanti amico vnico. S.D.

a Ccipe Ioannes duarũ exemplaria epistolarũ: quas in amici nostri causa hac aurora excogitaui & hodie: ad sacerdotes illos de di quos nosti. Nescio qua fortuna. Atq; id quidẽ nõ ẽ mihi curę. Vtinã saltẽ scirẽ qua musa. Non sum mercẽnarius. Scio mercennarii fructũ eẽ: bene recipere. liberalis vero artis finẽ: bene fecisse. Quicquid sit saltẽ nostrũ hũc in memoriã redigã forsitã pstare dices obliuionem q̃rere: q̃ memoriã: & latere bene q̃ male patere. Sed illius obliuiscanť: cæteri si quos delectat obliuio. Ille aũt nequit obliuisci suoꝝ. Compertum habemus: nullũ vnq̃ magnũ virũ suis fuisse cognitũ: Quid mirũ Sane egregii græci nõ congruũt. Cõtrariis cõtraria nõ amanť. Liuor veneratio nis occupat locũ. Caligãt nimio splẽdore debiles oculi. Nõ capiunt grandia: qui paruis implenť. Sed hoc vnũ mecũ forte dolebis mi Ioannes: q forsitan nõ tam quia maximus sit ille noster q̃ quia minimꝰ censeatur patriæ est ignotus. Ne doleamus amice: dummodo & ille & nos placeamꝰ illi: qui minima æque discernit vt maxima. Maxima æque capit vt minima. Nõ erit minimus quisq; ab eo pbabitur: cui præ magnitudine sua: maxima quæq; infinitæ minꝰ sunt q̃ minima: Nusq̃ obscurus erit: quisquis in eo lucebit: qui lucet in omĩbus: in quo lucẽt omĩa: Nihil autem facilius ẽ q̃ placere illi: cui quidem placere: nihil ẽ aliud q̃ velle placere. Ergo vides: qđ mirabile est: minima quæq; bona multa cariora esse q̃ infinitũ bonũ. Hæc siquidẽ nõ nisi magno cũ labore ac præcio comparantur. Illud autem si emitur: emiť volũtate: sed cur istud amice: Forte quia exuberat immensum: & quia illius præciũ est in illo. Cætera quidem nos emimus. Illud vero reuera vltro nos emit. Emit inq̃ nos & voluntatis bonitate sua: & bonitatis voluntate nostra. Igitur cũ id bonitate agať: vtrinq; atq; ipsa bonitas ipse sit deus: deus præciũ est vtrobiq;. Nec vnq̃ liberi sumus omĩno: nisi postq̃ infinitæ libertati nos libere vendiderimus. Cũ primũ eius sumus qui suiipius est solus: tunc solum sumꝰ & nostri. filii nusq̃ magisq̃ in paternis laribus liberi imperiosiq; sunt. Parentes nulli libentius q̃ filiis obsequũť: sed ne longiꝰ digredi cuipiam videar vnde cœperã: finem in eo faciã: ad quẽ digredi: nihil aliud est: q̃ regredi.

Qđ phia non docet imo vetat cũ principibꝰ viuere: conuersari.

Marsilius Ficinus Ioanni caualcanti amico vnico. S.D.

i N eo libro quẽ hoc anno ad Bernardũ bembũ venetoꝝ oratorẽ de laudibus phylosophiæ cõposui rationibus multꝭ asserere conatus sum phiam cuncta docere. Vnum hoc excipere debui quod non docet nos vitã cum principibꝰ agere. Nã si id vetat omnino vt certe vetat nullo modo docet. Vetat autem penitus vt mihi videtur

quando quidem contraria iubet. Nempe inueniendo veritatis amore tranquilitatem animi & libertatē vitæ desiderat. Apud principes autē non veritas habitat: sed mēdacia simulationes. Dissimulationes obtrectationes: adulationes. Non trāquillitas animi: sed cura sollicitudo: inuidia & omnis denique perturbatio. Non libertas omni carior auro imo tam misera seruitus: vt neque subditis parcat vnque nec principibus: eiusque finis sit vel seruitus vel ruina. Neque obiiciat mihi quispiam cirenaicum aristippum non phylosopgum: sed phidolosum & philosomatū: tā belle aliquādo cum dyonisio syracusanorū tyranno dyonisio versatū. Nam hic phiam. si vnque antea sub socratē indutus fuerat: tunc primum exuit cum induit Dyonisiū. Quē tamē induisse quādoque penituit. Expertus est eñ dyonisii quidē capiti gladiū. Aristippi vero ceruici & gladiū eundem & Dyonisiū imminere. Multo hac in re vel prudētiores vel certe fœliciores Democritus. Heraclitus. Socrates. Antisthenes. Diogenes. Crates. Xenocrates. Appollonius. Theaneus. Plotinus aliique permulti qui liberā & ditissimā paupertatē seruilibus pauperrimisque regum diuitiis. Atque dulcissimā sobrietatē amarissimis tyrannorū delitiis longe ꝑposuerunt. Operepreciūm est magnos illos cōsiderare phylosophos: quorū memoriā veneramur qui multo fœlicius ꝙ homines alii cū principib⁹ regibusque vixissent: si modo id homines posset phylosophia docere. Mitto ꝙ suum Ciceronē phūm nō ignobilē adolescens: Octauianus beneficiorū ingratus nō magna causa inductus hosti nefario tradidit occidendū. Nero absque causa præceptorem suū. Senecam phūm sanctū morte damnauit: Rex macedonū Alexander phūm calisthenē magistrum eius ob hoc dumtaxat obiecisse dicit̄ leonib⁹ laniandū quod ab eo disputando superaretur. At quis non valde mireť deos illos phylosophoꝝ platonem nostrū & aristotelem viros omniū grauissimos q cætera omnia nouerant quæ sunt quæ fuerant: quæ mox ventura trahātur: tam infœliciter: ne dixerim imprudēter tyrannis vsos fuisse: vt minimā ob causam in summū capitis discrimē adducti sæpius fuerint? Vtpote q cū induebāt principē phūm nō exuebant. Quē forte exuere apud persarū regē cyrū socraticus coactus ē Xenophon. O nimirū miserabilē apud potētes sortē phōrum. Diuinus plato bis venūdatus est prob dolor: Ter subiit mortis periculū sub dionisio maiore atque minore cum libri cuiusdam theologici causa ꝗsi ex mēte platonis a Dyonisio scripti: & a platone quodāmo retractati tū vel maxime qđ eos dū tanque magister instrueret ꝗttidie ad iustiorē gubernationē adhortareť. Alexander macedo magnū illū sapientia virū Aristotelē magistrū pedagogūque suū ignominiose nimiū expulit: deinde etiā crudeliter ē insecutus siue calisthenis Aristotelici causa siue qđ aristoteles archana naturæ prius alexādro tradita post invulgus ediderit: leuissima causa cœlestē pythagoram sese doctorē optimatib⁹ immiscentē in crotoniēsi rep. imo tyrannide ꝑ

didit. Zenonem eleantē methaphisicū singularē, leuis causa pdidit sub hierone: sub nicbocreonte similiter anaxarchū. Ac ne me a phis in præsentia transferā ad poetas mittā iniustū. Ouidii exiliū. Mittā qd musici esse taminis causa nero suū lucanū diu quidē odio habuit & deniq̄ iter fecit. Mittā qd domicianus nescio q̄ ambitiuncula impulsus in suo illo muscarū ludo familiarē eius statiū interemit. Sed vt orationē meā cum phylosophis iam cōcludam nemo vsq̄ adeo sit humane facultatis ignarus vt confidat se posse rite libereq̄ philosophari ac simul secure tutoq̄ vitam apud principes agere.

Solus in amando laudandoq̄. Nunq̄ fallitur cui amandi laudandiq̄ lex deus est.

Marsilius Ficinus Georgio cyprio legitimo medico. S.D.

q Vis nam seruit turpissime: Qui seruo suo seruit: Quis miserrimē: Cui merces seruitutis est pena. Igit̄ turpissimus & miserrimus ē qui seruit corpi. Rursus q̄lis qui seruit vulgi rumoribus: Vanus inquietus: infortunatus. At q̄lis qui sese his mācipat qui vulgo vident̄ egregii: Parū prudēs. Quippe diligēdi sunt homines nō adorādi. Sed diuturno ac saltē trilustri examine iudicādi & diligētissime diligendi anteq̄ diligas. Aliogn & amor iudiciū fallit & euentus frustrat̄ amorē. Laudādi autē paucissimi & hi quidē iam ꝓrsus adulti: atq̄ iam diu ꝑfecti: & ii rursus moderatissime. Aliogn laudādo vituperamur ac sæpe penitet laudauisse. Solus nunq̄ fallit̄ cui & amādi & laudandi lex deus ē: Vt solū deū suiipsius gratia veneret̄: homines amet in deo: i hominibꝰ laudet deū. Quorsum hæc: Nempe vt cū viro ꝑceptis moralibꝰ instituto de præcipuis morum institutionibus disseruerim. Vale.

Fides gignit specie. Spes charitatem. Charitatꝭ ardor affert intelligentiæ claritatem.

Marsilius Ficinus. D. Bernardo Bembo Patritio veneto iuriscōsulto & equiti clarissimo. S.D.

p Aulus apl'us diuinæ sapientiæ vas electissimū cū in cœlū terciū raperet̄: vnde terrenoꝝ mentibus cœlestis amor accendit̄: solē inde illū inuisibilē subito vidit: cuius splendorē nemo priꝰ suspicere potest q̄ꝫ p eius flāmas diuino quodā accendit̄ amore. Solus autē eiusmodi flāmis ꝓrsus accendit̄: q & radiis eius oīa illustrantibus verā semp adhibet fidē: Et in eiusdē calore benignissime cūcta fouēte spē omnē firmissime collocat. Cū vero quantū luminis ex eo mihi sole nup illuxerit haud satis intelligerē Bernarde clarissime: Iudicē ad hoc Ioannē adhibui caualcātē. Verū qm̄ & hic silr vna mecū caligare videt̄ iccirco eadē ambo sententia Bernardum bembum nostrū linceis præditum oculis hac in re iudicem constituimus.

Amore humano nihil infirmius. Diuino nihil firmius.

Marsilius Ficinus Hieronymo amatio. S.D.

q VĀ diuersa ē amoris ratio atq̃ alio͝ʒ pene omniū amātissime & amātissime mi amati: Cætera siquidē quāto maiora sunt: tanto etiā firmiora censent̄. Amor aūt & gratia cōtra: quo apparet ingētior: eo videt̄ infirmior. Crebrioribus eñ sæpe leuioribusq̃ causis ingens amor q̃ mediocris offendit̄. Aut affectus ipius ardor igneā incitat bilem: q̄ paruo quodā afflatu nōnunq̃ magno irarum fluctuat estu. Aut cogitatio fixa bilem pcreat atram: oia tuta timentē. Aut certe auaritia ci⁹ q̄ totū alteri dedisse se putat: ideoq̃ totū vicissim exigit ab amato: nūq̃ habet oio: tota q̄d mēte petebat. Sed aduersa hæc merito patit̄ puersæ mētis affectus: vl' mollis penitus vl' mercēnari⁹. Qui cū terreno solū vēto pascat̄: qñ adolescere videt̄ maxie: tūc timescit potiusq̃ adolescat. Ideo q̄ appet grādior: eo reuera ē imbecillior. Human⁹ ergo: Res ē solliciti plena timoris amor. Diuina vero charitas virtutū flāmis accēsa radiisq̃ cœlestib⁹ cūcta sublimia repetit culmina cœli. Vbi nulla sollicitat vnq̃ terreno͝ʒ formido malo͝ʒ. Talis ē mutuus amor noster amati. Ergo q̃ certus es amorꝫ erga me tui: tā certus esto prsus amorꝫ erga te mei. Absit a nobis: vt pectus humanū hūano pectori nō respondeat sæpe vocāti: qñquidē & fides fidib⁹ silr temperatꝫ rñdere vident̄: & cithara consonans citharæ sonante altera reboat: & certus aliquando paries vocitantibus resonat eccho.

Nemo vere fuit nisi q fuit volēs: nemo dñat̄ vere nisi q volētib⁹ dñat̄

Marsi. Fici. raphaeli Riario. cardinali. s. Georgii supplr se cōmendat.

p Ostq̃ a nobis heri discessim⁹ nō potui me cōtinere qn tuā ɔsuetudinē ambrosia (vt ita dicā) & nectare dulciorē domesticꝫ tuis vehemētius īuiderē. Ergo ne inuidia pereā: redeo celer ad illos hodie qb⁹ datū ē epul' (si dicere fas ē) accūbere diuū. Ac ne vlteri⁹ istinc cogat abire rursūq̃ liuore torq̄ri. eo nūc ad vos duce reuertor: q nunq̃ abs te lōge discedit: a q̄ nūq̃ ipe discedo: q mihi impat: tibi paret. Quis nā iste ē: inges. Quis hic sit paulopost (si voluerꝫ) audies. Hesterni qdē itineris dux mihi fuit pulcerrima Venus ī Tauro: comitāte Luna: plagā cœli mediā obtinēs. Q̄d petrus leo physicus & mathematicus optim⁹ tibi (vt arbitror) cōfirmabit. hodierni vero nobis itinerꝫ dux erit Venerꝫ natus ille cœlest' gratissim⁹ amor Igit̄ amatorio q̄dā (si vis) affectu amatorē tuū Marsiliū excipe. Qñquidē mira quadā benignitate naturæ amas (vt audio) etiā nō amātes. Vide venerāde pr̄ quāta libertate siue potius licētia tecū agā. Amatorē mō appellaui me tuū. Forte seruuꝫ potius dicere debuissem. Hei mihi erraui. Ve͝ʒ tu ipe ī causa es mi dñe. Nam talem vbiq̃ te singulis p̄stas: vt qui libertate fiduciaq̃ maxima non vtitur tecum proculdubio seruilissimus diffidentissimusq̃ omnium videatur. Forte etiam non erraui. Satis enim me seruum suum confessus: vbi me pfessus sum amatorē. Nemo vere seruit nisi q seruit volēs. Nemo dominatur vere: nisi qui volentibus dominatur. O q̃ mira-

bile est Veneris & amoris imperium. Si quidem: vt tradunt poete: necꝫ Mars venerem ferocissimus: necꝫ omnipotens domat Iuppiter ipse cupidinē. Sed oīa ꝓrsus apud poetas numina amoris ipsius vel flamis vrunt: vel saltem radiis micāt & splendore refulgent. Vale.

Veritas de Institutione Principis ad Raphaelem Riarium Cardinalem.

n Vlla te p̄cor fœlix Antistes ammiratio teneat: ꝙ hominis nullius nomē tanꝗ̄ auctoris huic epistolæ legas inscriptum. Quid mirum? non enim humanus affectus: immo veritas ipsa tecum in præsentia loquitur. Veritas nunc ad te non solum inermis verū etiā nuda: vt vides: incedit. Non argumentationum argutiis aculeisꝗ munita. Non elegantium verborum ornamentis induta. Scit enim se esse potentissimam omniū atꝗ pulcherrimam. Scit quemadmodum quicquid luci accedit extrinsecus: nō lucem illuminat: sed obfuscat. Sic veritatem ipsam alienis additamentis debilitari: vt ita loquar: & deformari. Hæc in præsentia verbis plurimis obsecraret: vt eam mente benigna parumper audires pro tua causa declamantem: nisi te sciret: hanc ipsam semper audire libēter: præter quam quicquid auditur: male infœliciterꝗ auditur.

VERITAS Cardinali Riario Dilectissimo filio Salutē plurimā dicit. Et verissimam pollicetur. Falso me philosophi sceptici aliiꝗ ꝑmulti calumniant: ꝙ tanꝗ̄ rerum omniū obscurissima nusꝗ̄ pateam: Longe se res aliter habet. Quid enim lucidius mea luce? ꝑ quam sol ipse mundusꝗ lucet: Quid rursus satius pōt clariusꝗ patere ꝗ̄ veritas? Per quā solā patēt quotcūꝗ vsꝗ̄ patēt. Extra quā q̄cūꝗ patere dicūt. Nihil aliud sūt ꝗ̄ tenebræ: qbus oīa latēt. Non igit̄ auara sum vllo pacto: nō inuidia. Passim cunctis vltro libentissimeꝗ occurro. Verum multi nubila mente me prēsant: quæ sola capiar mente serena. Plurimi putant me alta principum palatia colere. Ego cōtra: sæpius cogor tuguria petere atꝗ humiles habitare casas. Sane nō obstant hic tecta mihi plena spiraculorum. Non obstant parietes rimarum vndiꝗ pleni. Aperta hic hostia mihi. Me excipit vacua domus. Contra vero solidis ditissimarum edium tectis parietibusꝗ repellor: Ac si quando mihi hæ patent fores occurrit repente innumerabilium turba mendaciorū. Ego autem inter hostes nō censeo ꝑmanendum. Igitur subito inde fugam arripiens: domum ipsam auri quidem falsiꝗ plenā: veritatis autem inopem vacuāꝗ relinquo. Sed venio ad te fœlix Antistes hodie: tecum libēter: si modo volueris: semper habitatura. Properaui equidem in ipso tuæ dignitatis initio: anteꝗ̄ hostes mei: id est pestifera adulatorum obtrectatorūꝗ mendacia tuos lares obsideant.

PRINCIPIO tam excelsum dignitatis gradum: neꝗ meritis tuis attribuas. Quæ in tā paucis ætatis tenerioris annis: tam multa (vt ve-

rum fatear) esse nō potuerunt. Neq; rursus fortunæ sortiq; ascribas. Sacra enim mysteria ordinesq; diuini: nō a temeritate fortunæ: sed ab æterna sapientia dei ꝓficiscunt: Diuina igit̃ ꝓuidentia statuit: pfectum quēdam gregis christiani pastorem seculis nostris ab ipso (vt aiunt nido) assidue ꝓprio fouere sinu & sacra solum alimonia educare. Atq; anq̃ pu erilibus ludis irretiat̃: rebusq; vel prauis vel paruis applicet animū viri libus imbuere moribus. Ac maximis optimisq; officiis erudire. Deus igitur (sicut audisti) deus ipse te nuper nouū hominē genuit. Tu q̃s vicissim terra dimissa cœlestem genitorem tuū cœlestib⁹ amplectere moribus omnia complectentē. Tamdiu (mihi crede) stabis: q̃diu illi q nō mouetur herebis. Noli altitudinis magnitudinisq; humanæ viribus vllo pacto confidere. Altissima quæq; ventis atq; fulguribus sæpius q̃tiunt̃. Molesq; ingentes casu concidunt grauiore: difficiliusq; resurgunt Surge age in eum qui cadere nequit: nec ipse decides vnq̃. Tunc enim homines ipi se deserunt infœliciter: quādo ipm: sine quo esse nullo mō possunt: stultissime & ingratissime deserunt. Heu quisquis tutorē eiusmodi relinquere tentat: haud quaq̃ relinquit omnino. Simul.n. in eundem recidit sed vltorē. Quicūq; patrem benigne lucentem impie negligit interim eundē tanq̃ iudicem experitur vrentem. PROINDE. Scis legitimos Cardinales nihil aliud esse q̃ quosdā Christianæ ecclesiæ cardines apostolorūq; vicarios. Atq; idcirco debere: non ꝓprio vel suipius vel alterius cōmodo: sed cōmuni ecclesiæ bono cōsulere. Præterea nihil agere vel cogitare: vel loqui qđ non sit sanctitate apostolica dignum. Qui vero contra faciūt: neq; cardinales imo sacrilegos esse: neq; apostoloꝝ vicarios: sed inimicos: Dicā ne? & hoc insuper vnum multorum venia dicam ne? Dicā certe etiam absq; venia. Nam cui licebit vnq̃ dicere verum: si non licuerit veritati. Scito etiam nihil ferme a viris apostolicis alienius esse debere q̃ fastum pompā atq; luxuriā. QVANTVM Gaudes seruis extrinsecis dominari: tantū da operam vt & diuinis legibus seruias & seruis intrinsecis id est sensibus domineris. Memento seruos tuos homines esse: tibiq; equales origine: neq; metu aliquo sed amore humanum genus natura liberum & debere vel posse ligari. Quantum potentes pene omnes delectantur rebus singulis ordine quodam domi dispositis & ornatis: tantū ipse mente composita decorisq; verbis & moribus delectabere. Musica tua erit affectuum animi & actionum omniū temperatio: ne cui consonāt exrtinsecus omnia: solus dissonet animus: Ludus quoq;: scriptorū electissimorum lectio frequens. Ne forte in summis opibus solus esse inops anim⁹ videat̃. Venatores aucupesq; tui sint viri quidam penes te ꝓbatissimi atq; doctissimi. Qui prudētia humanitate mirifica omnium tibi gratiam & beniuolentiam comparent. Sola humanitas esca est: qua homines capiūtur

Sola hominũ gratia prosperę res humanę geruntᷣ. Nihil periculosi⸗ us est in principe: q̃ si q̃plurimi eum contemnant: vel oderint vł nimis inuideant. Contemptus quidem scientia: grauitate: integritate vitatur Odium vero innocentia & humanitate lenitur. Inuidia deniq̃: munifi centia: liberalitate: magnificentia q̃ sedatur. Cũ omnes homines & spe⸗ cie sint ęquales & arbitrio liberi: iniquissimo nimirum animo seruitu⸗ tem ferunt: nisi forte qui dominantur: quantum inferiores excedũt sub limitate: tantum eisdem equentur humilitate: ac longe magis sapientia q̃ fortuna excellere videantur. Natura membris: capite inferioribus solam dedit tangendi potentiam. Solum vero caput omnium sensuum iuribus exornauit. Qua quidem in te homines admonuisse videtur: il los qui cęteris tanq̃ caput pręesse conantur: tantum sapiẽtia reliquos superare debere: Quantum caput ipsum sensu membra omnia superat

Nullus omnino vir magnus confidere debet mores suos posse late re. Maxima enim quęq̃ maxime patent: & quibus inuident om̃es: & minime ignoscunt: & maxime detrahunt. Videat princeps quãdo qui dem ipse difficillime alios latere potest: ne quid ipsum domi forisue late at: imprimis ipse sit argus. Deinde lyncem quendã penes se nutriat. Ac (si fieri potest) edipo quoq̃ non careat. Periculosum admodum est in magnis contemnere parua. Parua sępe scintilla contempta maximum incendium excitat. Neq̃ decens neq̃ tutum est: vel hunc omnino se dedere somno: cui pro multis sit vigilandum: cui rursus plures inuigi⸗ lent: vel multorum hominum caput bestie mancipari id est ventri libidi niq̃ seruire. Optimum tutissimumq̃ est: irasci nunq̃. Quid enim ali ud est ira feruere: q̃ ebrium insanumq̃ euadere: Vbi vero ita frenũ ex⸗ cusserit: interea donec iracundia referuescat: freno cohibenda est lingua Ac velut insanis fieri solet: manus pedesq̃ ligandi: ne quid in ipso furo re aut dicatur prorsus aut agatur. Nullum in pythagora iracũdie signũ discipuli vnq̃ deprehendere potuerunt. Non aliud irati Socratis argu mentum familiares eius habebant nisi silentium. Plato phylosophorũ pater aliquando delinquenti puero subiratus inquit: Xenocrati: puer hunc ipse cedito. Ego enim dum iratus sum nequeo. SIT Tibi ani⸗ mus humilis pariter & excelsus. Grauitas comitati pmista vita sobria. Lingua veridica: sed parcissima. Largissima manus. Promissio non te⸗ meraria. Firma fides: obseruatio plena. Diuturnum consilium: pruden⸗ tum sententia diligenter examinatũ. Ne multi quotidie te facile fallant neq̃ multis ipse neq̃ facile credas. Non persuasio blanda vel leuis quę libet coniectura sed ratio dumtaxat certa te moueat. Neq̃ aggrediare principium nisi finem ipsum tam optimum q̃ certum ante prospexeris Malos & infames deuita ministros: ne malus ipse dominus habearis. Sed cur illud modo quod maximi momẽti est tam celeriter & quasi cõ

niuentibus oculis pertransiuimus? Amorem poetæ cæcū ideo pingūt: quoniam amator vbi vel de seipso valde amata re iudicat sæpissime fallitur. Cum vero neminem vehementius q̄ seipsos homines ament: certe a nullo magisq̄ a seipsis decipiuntur. Noli igitur tibi quicq̄ credere. Noli rursus vnico te totum committere cōsultori. Sed plures habeto. Atq̄ illos quidem admodum seniores. Quos experientia rerum diuturna docuerit: quorum mores tibi tanq̄ optimos cōstantissima fama commendet: Ac res ipsa manifestissime probet. Quotiens vna cum senioribus tuis de re grauiore deliberas: caue tuam intelligant voluntatem. Ne forte cupiditatem tuam potiusq̄ vtilitatem & dignitatem cōsulendo sequantur.

OMNINO Autem quottidie tuis edicito: tantū tibi veritatis donum (vndecūq̄ offeratur) fore iocundum: quantū solent tyrannis auaris preciosissima quæq̄ munera grata cōtingere. Aperi præcor monētibus aures: ne cor ipsum fortunæ telis aperire cogaris. Obstrue omnino aures laudatoribus. quasi maleficis cantibus syrenarū. Memento te hominem esse. Ideoq̄ nulla in te quæ redargui possint semper habere: Quobrem quicunq̄ domesticorum sine vlla exceptione te laudant: eos vel cæcos esse: vel tales: qui velint esse te cæcum. Si leges eos tanq̄ Veneficos seuerissime puniunt: qui vel oculis oculos fascinant: vl carminibus quibusdam captant aures: corpusue inficiunt: quidnā in illos agendum esse censemus qui assentando blandiendoq̄ mentis oculos obcecant: auresq̄ præripiunt. Ergo si videre: si audire: si viuere vis: adulatores omnes voluptatumq̄ mynistros velut hostes longius ammoue.

De his autem qui interdum nonnullos apud te criminantur: quid dicemus? Hi forsan aliquando parumper audiendi videntur: nunq̄ tamē exaudiendi. Si quando abs te audiuntur te cautum reddant potiusq̄ vltorem. Noc solo vltionis genere contentus esto si vlcisci posse mōstraueris. Detractores vero: maledicos inuidos non aliter q̄ canes rabie ꝑcitos a liminibus tuis procul expellito.

DOMVS Deniq̄ tua sit: dei templum. Prudentiæ oculus: Libra iusticiæ: Fortitudinis sedes: Regula temperantiæ: Honestatis exemplar: charitatis splendor. Fons gratiarum: Musarum chorus: Oratorum poetarumq̄ gymnasium: Phylosophorum theologorumq̄ sacratiū. Prudentum Senatus: Ingeniorum fomentum. Præmium litteratorū: Pauperum mensa: Bonorum spes: Refugium innocētum: Præsidium miserorum. Si hæc cæteraq̄ eiusmodi pro viribus obseruaueris: tandem vocem illam fœlicissimam audies. Super hanc petram fundabo ecclesiam meam.

COMMENDO Tibi Marsilium Ficinum Florentinũ: cuius ore tibi superiora narraui.

Tunc solum viro dignitatem nacto congratulari debemus cum dignitate dignus apparet.

Marsilius Ficinus Cardinali Riario suppliciter se cõmendat.

n Isi veritas ipsa tibi diebus supioribus precæpisset: vt aures obstrueres laudatoribus: miris nũc laudibus litteras tuas ꝓsequere. Quæ quidẽ: prob deus oĩpotens: quantũ? Sed ecce me cantilenam modo laudatoriam (vt ita dixerim) inceptantem ꝙuis non redarguat veritas: tñ (vt audio) Riarius modestissimus interpellat. Nõ vis coram laudari venerande pater. Esto sane. Verum permitte saltem vt hoc ipsum ꝙ ita laudari inhibeas ꝓ arbitrio laudem. An forte vetas & istud? Ne acrior glorie stimulus qui te a fronte non pupugit a tergo te feciat. obtemperabo equidem dño. Sed tãtulum mihi dabis interea vt si tibi minus: saltem tum ipsi gratuler dignitati: ꝙ eum virum tandẽ ornare statuerit: a quo ipsa ornari iam pene similiter videatur: tum fortune gaudeam meæ: ꝙ cum sim veritatis amator: eum nuꝑ patronum nactus fuerim: cuius patrona ẽ ipsa veritas: ipsius quoq; veritatis fœlicitati congratulabor: que cum inermis & nuda ꝓdierit non hostes reperit: sed amicos. Hæc tamen Venerande pater: his me diebus sæpe iã corripit: non quia inermen miserim sed incultam. Quis eam neget incultam nostris exisse liminibus? Quam haud quaꝙ̃ comitata ẽ ipsa religio: quæ cultũ omnem cõtinet veritatis. Ergo ne vlterius de me aut mecum aut apud te veritas conquerat̃: religionem insuper eius pedissequã ad te mitto. Sed inermen similiter atq; nudam. Non tamen opinor aut veritatem aut comitem illius religionem incultã vllo pacto fore penes cardinalẽ nostrũ sedulũ vtriusq; cultorẽ.

Veritas virum reddit dignitate dignũ.

Marsilius Ficinus Francisco Soderino Iurisciuilis peritissimo. S. D.

v Eritas ipsa soderine dulcissime nostris precibus exorata: superioribus diebus Cardinalem nostrum Riarium salutauit. Nõ tamen videtur hæc præcibus meis ad votum satisfecisse: nisi Soderinũ quoq; amicum verissimum salutauerit. Errat autem si quis putat veritatẽ hanc ad te posterius accessisse. Nempe quæ Riarium adit post dignitatẽ: eadem ad te ante dignitatem eo cõsilio ꝓficiscit̃? Vt vel reddat vel saltẽ declaret iam ipsa dignitate te dignũ.

Omne tulit punctũ qui miscuit vtile dulci.

Marsilius Ficinus Bernardo Bembo Veneto. S. D.

d Vm mei litteras Aeneæ cõsidero clarissime Bembe: videor mihi matrem illius Venerem suspicere Ioui cõiunctam. Si quidẽ noster Aeneas modo iura cum Ioue grauia dictat. Modo cum Venere amatoria concinit. Vbiq; vero luculentus apparet: vbiq; beui

gnus occurrit. Si forte quæsiueris quodnam leuibus animi grauibus sit cōmertium: natura ipsa rerum ꝑtinus respondebit. Sub cœlo quidē elementa leuia grauibus cōmisceri: floresq; & folia pomis. In celo autē tardis velocia fixa mobilibus tēperari. Summā quoq; cum Mercurio cum saturno: cum Veneri cum Ioue qualitatam inesse cōcordiam. Igitur omne tulit punctum: qui miscuit vtile dulci. Vale fœliciter mi dulcis vtilisq; Aenea.

Malo meis litteris mente responderi q̄ manu.

Marsilius Ficinus Ioanni Petro Appollinari peripatetico singulari Salutem dicit.

Vtrum causa eadem cōtrarios circa subiectū: idem effectus queat efficere. Ingens est apud philosophos cōtrouersia. Hanc nup litem noster nobis diremit amatius: atq; id effici posse: non verbis: vt dialectici solēt. Sed re ipsa monstrauit. Siquidem in contrarios nos eodē tpe affectus induxit. Laudat hic mirifice Ioannēpetrū philosophum singularē: & amat ardenter. Ego aūt dum ita laudātem audio ad scribendum aliquid prorsus impellor: dum video ardenter amantē: Amatum philosophū in amante: nobis angnosco præsentem: ideoq; reuocor a scribendo: existimans præsentes amicos epistolis non egere Quid igitur faciam: Scribam ne: Scribā certe: Vt ego quoq; in diuersos te affectus quodammodo distrahabam: Vt videlicet nō respōdeas simul atq; rn̄deas. Ego vir egregie q̄ tepipe scribo: crede mihi tam ardēter amo: Ergo mihi inepte scribenti rn̄de: calamo nihil. Sed apte amanti: responde p̄cor amore. Ac si nos amas: cura valitudinē tuā diligētissims. Non em̄ potest his philosophia tpibus: nisi ipse valeas: bn̄ valere.

Maiorem charitatem nemo habet q̄ vt animam suam ponat quis pro amicis suis.

Marsilius Ficinus Laurentio Medici Viro Magnanimo. S. D.

Salue magnanime Medices noster optime medice. Vere cœlestis medici solus officio fungeris. Ille siquidem eternū filium: e cœlo demisit in terras: morborum medicum humanorum. Tu quoq; charissimum ad nos filiū heri vltro misisti: qui egris admodum animis mederet̄. Ille ꝑ humani generis salute filio nō pepcit. Ipse etiā pro consolatione nostra nō pepercisti filio. Non em̄ tevulgata hæc epidimiæ suspicio tenuit. Quo minus merentes amicos ingenui filii præsentia consolareris: vt diuinū præceptum illud prorsus impleres. Maiorem charitatem nemo habet: q̄ vt animam suam ponat quis pro amicis suis. Laurenti dum vndiq; saluti nostræ adeo prospicis: nostra omnia trahis ad teipsum. Vt in te potiusq̄ in nobis iam viuamus. Quo fit vt vices tibi rependere nō possimus. Poneremus vtiq; & nos nostras pro te aīas. si haberemus: ipse has medices habes. Has igit̄ vbicūq; placuerit ipse pone. Vale fœliciter vnice patrone hactenus. Nūc vuice pr̄.

Fœlix est qui habet omnia quæ vult: habet autem omnia quæ vult: qui omnia vult quæ habet.

Marsilius Ficinus Francisco Saxetto fœlicitatem dicit.

S Olum Saxette fœlicem sapientes existimāt: cui ad nutum cuncta succedunt: Soli ad nutum cuncta succedunt: qui omnia quæ vult habet: qui omnia vult quæ habet. Ille singula vult quæ habet. i. quæcunq; vel natura vel sorte contingunt qui primū quidem intelligit nullum se bonum nolle deberet. Deinde iudicat: illū qui ab initio cūcta facit bona quotidie singula bene vbiq; disponere. Postremo vt nihil sibi dissentiat vsq: ipse cū omniū auctore consentit. Solum ego fœlicem existimamus qui cū summa pietate seipsum deo gubernatori commiserit quicq d acciderit: vel tanq; a deo factum probat: vel saltem laudat tanq; a deo in bonorum ordinem redigendum. Quæris forsitā qua ratione potissimum id ostendam. Vna hac dumtaxat ad præsens. Gaudet enim epistola breuitate: si vel solis lumē infinitum esset: vel ignis calor immēsus: neq; tenebris vsq; pateret locus neq; frigus vllum alicubi sentiretur: scimus vnum illum vnius mundi rectorem: qui tantā molem tempore tam bene regit & mouet: neq; vnq; defatigatur: bonū esse prorsus immensum: si immensum est pculdubio & infinito (vt ita dixerim) se spacio propagat: & infinito virtutis gradu omnia superat. Vbi nam igitur malum habitat: si nō potest esse cum bono: ac bonum ipsum occupat vniuersum. Non ergo veram alicubi malum: sed imaginariam habet sedem. Haud quaq; in ipa natura sed in ea potius mente quæ vsq; adeo de diuina bonitate mentitur: vt sub immenso bono posse res aliter putat disponi q; bene. Contra vero nihil contingit illi non bonum: qui nihil existimat esse non bonū. Vt autem ita res existimare possimus: ideoq; fœliciter viuere: sola nobis pt pstare religio. Prestabit autem id tibi quandoq; plus duplo q; cæteris mi Francisce si tātū ipse religione alios superabis quātum hac tuæ edes amplissime alias superant. Duplo tibi Saxette religiosior domus est q; cæteris. Alie certe sacellum vix vnum habent. Tua vero gemina & illa quidem speciosissima cōtinet: viue religiosior duplo q; cæteri mi Frācisce: vale duplo fœlicior.

Prosperis puersius vtimur q; aduersis.

Marsilius Ficinus Raphaeli Riario & Frācisco saluiato archiepiscopo Pisano. S.D.

S Cribit in libro de moribus Aristoteles difficilius esse dolores ppeti: q; a voluptatibus abstinere. Quod quidē hac forsitan ratione videt esse pbabile: quia dolor in destruēda natura potentior est q; voluptas in cōseruāda vel reparanda. Præterea vir sane mentis (si optio detur) eliget a voluptatibus abstinere potius q; pati vl' ferre dolores: veruntñ nescio qua stulta siue potius misera mortaliū sorte

contingat. vtinam plerique prosperis peruersius quam aduersis vtantur: & qui doloris nõ cesserãt minis cedant tñ illecebris voluptatũ. Mitto nũc achillem hanibalẽ Marcumantoniũ: aliosque permultos: qui borea quidẽ furẽte cõstiterant blandiẽte tñ aura cõciderunt: cumque emerserint felle profundo statim pauculo submersi sunt melle. Ac si liceret mihi muscas heroibus more homerico cõparare: adderẽ muscas acido quidẽ vino nũquam dulci mero sæpissime suffocari. At vero quis nõ valde miretur: si modo cõsiderauerit quam sapiẽter hebreorum sapiẽtissimus Salomon in labore durauerit: quam insipiẽter libidini succubuerit. Præterea gentiliũ fortissimus hercules quam fortiter summa quæque discrimina superauerit: quam molliter collum voluptatis iugo subiecerit. Si forte quesiueris quã ob causam res prospere magis molliunt franguntque animos quam aduerse. Philosophia sic breuiter rñdebit. Prosperitas vberiore afflatu animos inflat. Rerum copia immoderatos facit & negligẽtes. Licẽtia reddit deteriores. i. ad scelera cũctis procliuiores. Profecto appetitus quisque natura bonũ eligit atque sequitur. Malũ vero fugit & fugat. Voluptas quidẽ boni dolor cõtra mali imaginẽ præ se ferre videtur: Igitur vbi voluptas nobis occurrit non modo nõ repugnamus sed vltro velut amicã sequimur eique cedimus & obsequimur: Atque hoc (vt est apud Platonẽ) velut hamo capti: hostibus. i. malis. Deinde quæ sub voluptate latẽt: clam necamur. Vbi vero facies tetra sed doloris ostẽdit: tota protinus naturæ vis tanquam contra hostẽ in nobis armatur. Vnde strenue sæpe pugnamus: Faciliusque aptũ hunc inimicũ vincimus quam proditorẽ. Quobrem vt prospere prosperis rebus vtamur meminerimus mali naturam tanquam insidiatricem: quo miseros fallat & perdat. Sub prætextu quotidie boni: id est voluptate se nobis offerre. Alioquin malum ipsum præsertim animi initium sicubi nudũ nobis occurreret cum vel ipsa turpitudine turpius sit. Subito fugeretur sed voluptate quæ boni ipsius imago est opertum hospitio facilime a quolibet quasi bonum excipitur. At paulopost hospitem suum merito clam ferro incautum superat: Fugiamus itaque voluptatem: Vt dolorem procul effugiamus. Nocet empta dolore voluptas.

Nunquam adest amantibus scribẽdi materia.

Marsilius Ficinus Florentinus Bernardo Bembo Veneto Iuriscõsulto & equiti clarissimo. S. D.

Amdiu perquiro legitimam apud te diurni huius silentii nostri purgationẽ. Atque idcirco vlterius interim sileo: quia quam maxime afferam silentii causam non inuenio. Scribo tamen in presentia ob hoc ipsum optime Bembe: quoniam quid potissimum scribo haud satis inuenio: hoc ipsum videlicet scribens: me nihil habere: quod scribam. Quid nam facimus Bernarde dulcissime: Vides quid mali nobis expectatio faciat: Nempe dum ego tuas propediem expe

cto litteras: tuę meas: nouiter nostrum expectatissimas dat: neuter accipit litteras. Ergo certemus post hac epistolis inuicem præuenire. Præsertim cum nobis non sit expectandum quid musa scripturis dictare voluerit. Illis. enim musæ est expectandus afflatus: quibus nō afflat amor. Quibus autem afflante amore cor assidue flagrat iis eodem illustrante semper inuentio lucet.

Præstat dare superflua q̄ debita denegare.

Marsilius Ficinus Pierleono Spoletino cōphylosopho suo. S.D.

e Pistola tua comphylosophe noster misteria platonica petit a nobis: simul & platonica tractat. Tam belle petit: vt nesciā negare petenti. Tam bene tractat vt mittere nequeam. Si quidem nihil habeo prorsus: quod ad eum mittam: qui cūcta iam possidet. Ergo qd faciam? Parcus ne ero tam gratiose poscenti? An potius supuacuus largitor omnia possidenti? At qui malo aliquando dare superflua: q̄ debita forte negare.

Gratia naturalis plus persuadet: q̄ acquisita eloquentia: Humanitas plures vincit q̄ violentia.

Marsilius Ficinus Florentinus Marco Aurelio Oratori clarissimo. S.D.

q Vemadmodum occidente quidem sole: merere: oriente vero lætari cuncta videntur: sic Bernardo Bembo quondā hinc abeunte populus hic omnis manifeste condoluit: iamiā redeunte congratulat̄. Iuuat hic Senatū venetū parumper affari. Si quando diuinæ senatus vel sistere fluuios volueris vel saxa mouere: nō orpheos aduocabis: non amphiones: imo Bernardum. Non enim minus hic tacēdo ob mirabilem quandam gratiam persuadet q̄ illi canendo. Si longinq̄s aut rebelles oportuerit subigere nationes: nō Cæsares Pompeosue mittes: imo Bernardum. Plures eēm faciliusq; hic hūanitate capit atq; amore: q̄ armis imperatores. Quorsum ista tecum optime Marce? Vt ipse intelligas familiaribusq; significes: quantum apud omnes vestra isthæc probetur electio: atq; Bernardum ipsum: nostrorum præsertim litteratorum nomine roges: Vt & celer & alacer carpat iter. Meq; ipsum veniens fœliciter iam mihi restituat quem discedens facilime rapuit.

Excusatio de libro Astronomiæ serius reddito.

Marsilius Ficinus Anthonio Beniuenio Medico legittimo. S.D

l Ibrum stellarum: quem iamdiu commodo mihi dedisti: tandē tibi restituo: q̄ serior ad te redit non in me qui properantior esse soleo: sed in stellas ipsas reiice culpam. Omnes enim Anthoni cursum prius suum peragere decreuerunt: q̄ domum reuerterentur.

Excusatio diuturni silentii.

Marsilius Ficinus Florentinus Raphaeli Riario Sancti Georgii Cardinali suppliciter se commendat. S.D.

a N putauisses vnq̃ Venerande pater: tam diuturnũ inter nos silentium cadere potuisse? At desines id vnum (vt arbitror) forte mirari: si modo cõmunem rerum huius temporis oim sortẽ diligenter considera ueris. Prodigiosus nonne vides? Prodigiosus nimium agit̃ annus. Quotidie tot noua tam inaudita cõtingũt: vt sit quotidie verbum eiusmodi repetendũ non putarã. Verum vt dimissis publicis ad ꝑpria veniam. Cupieram equidem iam diu aliquem nansciscise quicq̃ principem: qui mihi placeret omnino: cuique & ipse placerẽ. Nactus sum tandem. Accersitus sum millies. Nõ sum sequutus. Hoc nunq̃ posse fieri putauissem: ha quotiens ipsam (vt ita dicam) impossibilitatem sum execratus. Tu quidem primo impossibilia iubebas mi Raphael cum me tua sequi vestigia obsecrabas. Non eñ priuate solum cause quas adducebam: sed etiam publice quædã & potentissime quas declarare non poteram retinebant. Ego aũt paucis post discessum tuũ diebus & tedio mei affectus & tui desiderio inflamatus impossibilia similiter exoptabam: me videlicet: nõ venisse solum sed etiã præuenisse. At iterum iisdẽ miser causis retinebar. Verum quod vel discindere vel dissuere temptauerat seuitia Martis atq̃ Saturni: interim Veneris Iouisq̃ benignitas resarcire vndiq̃ studens reduxit florentiam subito archiepiscopum nostrũ amalphiẽse: mihi quidẽ familiarissimum: tibi vero p̃ ceteris deditissimum. Qui cum ꝑ arbitrio possem totiens de Raphaele meo verba facere: quotiẽs ad id me ardẽs affectus vrgeret. Quẽ rursus ante oẽs haberem tui reciprocum laudatorem. Hic præcipuus egritudinis mee medicus extitit. Hic meum mihi restituit Raphaelem Siquidem vbicunq̃ fuut duo in tuo nomine cõgregati ibidẽ ipse ades Meministi q̃ sæpe q̃ multum Amalphiensis iudicium apud te ꝓbitatemq̃ laudauerim. Si quando amalphiensem ipsa præsentia noueris: affirmabis me vere quidem illum sed parcissime laudauisse: Frater eius Petrus Michołinus vir egregius. Illius causam cõmẽdabit. Marsilius tuus si bene quid vnq̃ apud te meritus esset ipsum tibi ꝓ cunctis suis meritis cõmẽdaret. Cumvero nulla sint merita quod quidẽ summopere dolet: saltem ob solam tum benignitatẽ tuã: tum virtutẽ amalphiensis: ipsius tibi rem iterũ iterumq̃ comendat:

Patientia sine religione haberi nõ potest.

Marsilius Ficinus Anthonio coccio insigni Iuriscõsulto. S. D.

t Ria præcipue: vt mihi videtur: patientia præcipit. Primũ vt mala libenter pati velis quæ ipsa natura: iubet: vt pati nolis. Secundum vt ipse tibi voluntaria facias: quæ fatum necessaria fore decreuit. Tercium vt mala quælibet vertas in bona. Quod dei est solius officium. In primo quidem repugnare naturæ. In secundo vero expugnare fatum. In tercio deniq̃ iubet equare se deo. Longe facilius olim fuit herculi euristei parere mandatis atq̃ indomita illa mõstra domare:

q̃ nobis patiẽtiæ ipsius præceptis obtemperare. Atq; id quidem quã ta moliamur difficultate: illud potissimum nobis ostendit: q ceteris in rebus quicquid frequentissime tractamus optime tandem facilimeq; explere solemus. At vero in officiis patientiæ quãtum ꝓficiat vulgus haud facile video. Tota nimirum hominum vita in hac mũdi regione maligna cœlestibusq; contraria mentibus nihil aliud esse videt̃ q̃ mor bus quidam dolorq; perpetuus. Veruntamen cum assidue patiamur mala: ferme continue male patimur. Atq; ad reliqua mala quæ innume rabilia sunt: impatiẽtia ipsa nobis accedit summa malorum. Quæ adeo mala est: vt nihil nobis absq; illa sit malum: nihil cum illa sit bonum: So la enim impatientia facit vt aduersa quæ ad externa corpusq; tantũ per tinere possent: in animum quoq; pertranseant. Facit insuper: vt bonis a natura vel fortuna paratis minime perfruamur. Patientia vero & ma- la bene ferendo transfert in bonum: & bonis vtendo bene fœlicissime fruitur. Profecto q̃ male. id est difficile & infœliciter ferimus mala: cum a bono summo seiungimur: tam bene. id est facile fœliciterq; perfe rimus: quando bono summo coniungimur. Vbi enim est omne bonũ ibi solum reperitur omniũ medicina malorum. Coniuniungimur antẽ quando cum ipsa dei gubernatoris omnium voluntate libẽtissime cõ sentimus. Consentimus deniq; si amamus. Immo si in singulis bonis amãdis: agnoscamus: nihil reuera aliud nos amare q̃ summi ipsum di- uinumq; bonum: vnde & singula hoc ipsum habent vt bona amãdaq; sint: & nos id ipm: vt & debeam⁹ amari & amare possimus. Agnosca- mus igitur: o amice precor agnoscamus tandem: quãdoquidem nihil vsq̃: nisi ob ipsam dei placet imaginem nihil in his quæ placent aliud nobis placere q̃ deũ ipsum: ex quo singula: hæc id ipsum habent vt pla ceant: sic vtiq; in omnibus amandis: deum a nobis ipsum animaduer- temus amari: sic cum ipsius voluntate libenter cõsentiemus: sic deo cõ- iuncti fortunam naturam fatum fœliciter superabimus. Profecto intel ligemus: quemadmodum singula quæ vel calida sũt vel lucida ad sum- mum calorem lucemq; referri coguntur: ita quæcunq; partem boni ali quã habent. id est cuncta in vno mundi ordine bene sapienterq; dispo- sita ad vnam summamq; bonitatem & sapientiam manifeste reduci: cui cum nihil desit boni vita prorsus adest æterna. Intelligentiam rerũ om nium summa: summa quoq; benignitas: Integra beneficentia: perfecta fœlicitas. Cumq; omnia inde quãto fieri potest melius disponant̃ quic quid acciderit in melius semper accipiemus. In hoc vno patientiæ vis tota consistit vt bñ patiamur tanq̃ bonũ: quicquid sub infinite bonita- tis gubernatione cõtingit.

Sola malorum medicina est patientia.

Marsilius Ficinus Florentinus Bernardo Bembo Iurisconsulto & Equiti clarissimo Venetorum oratori. S.D.

q Voties his temporibus summo calamum quod facio sæpe: to-
tiens in mentē venit vt nō nihil de patientia scribā. Nihil ferūt
aliud hæc ferrea secula nobis nisi malum. Nihil afferūt musæ no-
bis aliud nisi patientiam: malorum virtutem perferēdorum. Nunc me
tammorphosea illa est opus alchimia: quæ ferrum vertat in aurum. Vt
secula pessima: quæ ob passionem ipsam ferrea veniunt nobis saltē pa-
tientiæ munere aurea pagent.

Accipe igit vir patientissime exemplaria trium epistolarum de pa-
tientia breuiter disputantium.

Nihil magis vel necessariū vel voluntariū est q̄ȝ amor.

Marsilius Ficinus Florentinus Anthonio vincinguere viro doctis-
simo venetorum scribe. S.D.

l Ege fœliciter vna cum Bembo nostrum de religione librū. At-
qȝ viue semper Marsilii tui memor. Immo vero (vt rectius lo-
quar) Bernardi bembi. In eum me iam diu deus ille: vt ita dixe-
rim magicus: trāsformauit: qui inter numina solus habet in liberas vo-
luntares imperium: Cœlestis amor Anthoni amantissime solus sæpe
voluntatē efficit necessariam: dū sic amo: vt nō amare nō possim. Ac
vicissim voluntariam interdum reddit ipsam necessitatem: quando sic
amo vt neqȝ nō amare velim: neqȝ velim etiā posse nolle. Ergo siue mar-
silium Bembū: siue Bernardum Ficinū cognominare libuerit: recte ad
moduȝ vtrinqȝ cognominabis. Eadem tu quoqȝ vobiscum: non ne ad
uertis ratione vinciris. Funiculus Anthoni triplex difficile soluit: sed
omnibus in rebus obseruandus nobis est Bembus noster. In hac vna
forsitan aliquando parte vitandus. Dicam ne: Dicam certe: vbi em̄ ex-
uberat amor ibi abuudat & venia. Aueroicus videtur esse Bernardus
quodāmodo potius q̄ȝ platonicus esiquidē hic vnus illā auerois here-
sim tacēdo ꝑsuadet multo magis q̄ȝ omnes aueroici disputādo. Quip-
pe dum mirabili quadam gratia & amore conflante vnam in pluribus
conficit voluntatē. vnū quoqȝ: vt est apud aueroē: significare videt in
pluribꝰ intellectū. Verū ne quid ominemur impii vbi de ipa pietate dis-
serimus: dauidicus sit bembus noster non Aueroicus: o q̄ȝ bonū: o q̄ȝ io-
cundum habitare fratres in vnum.

Excusatio vbi serius respondemus.

Marsilius Ficinis Locterio Neronio. S.D.

n Oli optime mi Locteri mirari si tardius ep̄las nostras q̄bus tu-
is r̄ndemus accepis. Nam & lr̄æ tuæ sero ad nos deueniunt ex
ipso (vt ita dixerim) cœlo demisse. Et nostræ vicissim seriꝰ a ter-
ra cœlestia petunt. Veruntā̄ inueni nuꝑ: nescio quō: qua potissimū rōe
me possim tollere humo. Ipsaqȝ parumꝑ scādere culmina cœli. Frendā
igit vtcūqȝ potero radios ab ipso sole terras vsqȝ porrectos. Quibꝰ ali-
q̄n quasi funibꝰ q̄busdā ꝑ viribꝰ ethereas plagas ascēdā. Atqȝ ibi locte-

rium complectar meũ:pene iam cœlestia cõplectentem.Q̃obrem mitto ad te opusculi illius exemplar qđ iamdiu de lumine cõscripserã ad pbœbũ Venetũ oratorẽ:Lege fœliciter:sed ne interim epistola sileat:qđ nũc animus loquit̃ Locteri:nisi tu mihi esses alter ego ammonerẽ te ne ita post hac amplius amicos mihi meos surriperes:Ioannẽ certe Caualcantẽ meũ heri nescio qbus filtris tibi adeo deuinxisti:vt nisi tu quoq; me⁹ esses ille iã desinat esse me⁹:Vale fœliciter.verũ qd hic resistis inepte mi calame:Quid cessas ingrate:Age nup: pgredere paulo vlteri⁹iã grate calame:Exprime nũc gratissimũ nobis illoꝝ nomẽ quoꝝ imagines animo iamdiu meo ipe amor impssit.Tomã valoriũ & Georgiũ anthoniũ vespucciũ insignes doctrina & probitate viros saluere iubeto.Sed lege iam Locteri:si placet:

Non ex humanis diuina:sed ex diuinis humana sunt iudicanda.

Marsilius Ficinus Hieronimo Rossio Pistoriensi.S.D.

Lege fœliciter nostrũ de pia fide volumẽ:pie amice noster atq; si de fidelior.Si qd in eo laude dignũ repperis deũ lauda absq; cuius munere:nihil ẽ reuera laudandũ.Si quid min⁹ tibi forte placuerit:caue ne ob id ipa tibi minus religio placeat.Noli rerũ altitudinẽ diuinarũ ex hũani ingenii hũilitate metiri.Nõ.n.ab humanis diuia:sed a diuinis humana depẽdẽt Viue fœlix nostri memor amãtissime frater

Non cortex nutrit sed medulla.

Marsilius Ficinus Florentinus Reuerendo in christo patri &.D. suo Ioanni Nicolino archiepiscopo amalphitano.S.D.

Non eodem oculo phõrum Theologorũ scripta legenda sũt nobis:quo poetarum vel oratorũ.Alibi quidem & si non nihil oblectat extrinsecus:nihil tamẽ ferme reperitur: quod nutriat. hic autẽ nõ cortex nutrit aliquos:sed medulla.Aliud ẽ olfacere flores.Aliud carpere poma & sugere succos.Igit̃ diligẽter enucleandi sunt sapiẽtiæ fructus vt nutriãt.Quãta sit vis in vino nõ qui tantũ vidit:recte iudicat:sed qui bibit.Quantũ sit caloris in pipere:Non qui solum tractat manibus:sed qui lingua gustat insup ꝓrsus agnoscit.Quam ingens sit splendor solis in ethere non citra:sed vltra nubes: imo potius discussis nubibus intuemur.Lux in tenebris lucet & tenebræ eam nõ cõpræhenderunt.Q̃obrẽ familiares tuos sæpe monebis:vt meminerint apud priscos mineruam peplo velari.Atq; vt mira minerue ipius opera haud q̃q; cõniuentibus pcurrant oculis:sicut cætera solent:sed :vt ita dicã: lynceis vigilantius immorent̃.Verũ de his hactenus. Audio te Ioãnes suauissima archiepiscopi florentini consuetudine familiter vti: Beasti me: nuper mi Nicoline. Beasti certe me nimium. Vaticinatus es: arbitror: q̃ vehementer optarem iamdiu penes aliquem Iouialem vitam agere. Quo nescio quid amari:atq;:vt ita dixerim:Saturnii quod mihi vel inseruit genesis vl' adiunxit phylosophia aliquando dulcissimo Iouis ali-

cuius commertio leniretur. Tu ergo vt voti quandoq; me compotem redderes: Rainaldo vrsino Iouis ipsius alumno: te totum Nicoline dedisti: Nempe sciebas vbi amalphitanus sit alter ego: ibidem me prsus adesse. Vis me saluum fore: Hunc saluta frequenter. Eiq; marsilium totiens commendato quoties salutaueris. Vale foeliciter. Sed dic amabo. Putasti ne nunc e memoria nobis nostrum quarqualiũ excidisse: Quisquis Quarqualii mei me putat oblitum: me quoq; putet oblitum esse mei. Scribo igitur ad illum nescio quid philosophicum ex eadem certe officina: sed vtinam bona depromptum.

Prospera in facto fortuna. Vera in virtute foelicitas.

Item Simbaldo filio Pini foriliuii domini.

Marsilius Ficinus Laurentio medici Iuniori. S. D.

Ingens amor erga te meus egregie Laurenti iubet iamdiu me tibi dare ingentia dona. Contemplator coeli nihil inter omnia quae cernit oculis existimat ingens nisi coelum. Ergo si coelum ipsum tibi hodie dedero Laurenti: en quid erit praecii: Sed nolim modo pretium commemorasse. Nam gratiis natus amor omnia dat accipit ve gratis: neq; pro coelo quicq̃: sub ipso coelo pari lance rependi potest. Tradunt Astrologi eum nasci omnium fortunatissimum cui fatum ita Signa coelestia temperauerit: Vt luna primum haud male aspiciciat Martem atq; Saturnũ. Deinde aspiciat bene Solem & Iouẽ: Mercuriũq; & Venerem: Quantum Astrologi faciunt fortunatum: cui fatũ bene coelestia disposuerit: tantum illum Theologi beatum faciunt, qui ipsemet sibi similiter eadem temptauerit. At vero magnum id esse nimium inquies. Magnum certe. Aggredere tamen bona spe ingenue Laurenti. Maior admodum est ille coelo qui te fecit. Maior coelo eris & ipse cum primum aggredi constitueris. Non eñ sunt haec alicubi nobis extra quaerenda. Nempe totum in nobis est coelum: quibus igneus vigor inest & coelest origo. Principio luna quidnam in nobis significat aliud praeter nostram illam continuam animi & corporis motionẽ. Mars deinde celeritatem. Tarditatem vero Saturnus: Proinde sol Deum: Iupiter legem: Mercurius rationẽ Venus humanitatem. Eya accingere iam generose adolescens: atq; hunc in modum vna mecum tempera tibi coelum. Luna tua. id est continuus animi corporisq; motus deuitet nimiã Martis celeritatem: tarditatem ve Saturni. id ẽ singula mature & oportune pertractet. neq; citius q̃ par est properet: neq; serius differat. Praeterea Luna haec in te tua respiciat continue. id est deum ipsum: a quo almos semper radios accipit vt vbiq; colas praeceter illum a quo habes: & tu id ipsum vt sis colendus. Intueatur quoq; Iouem hoc est diuinas humanasq; leges: Quas nunq̃ transgrediatur. Siquidem abire a legibus quibus omnia constant: nihil est aliud q̃ perire. In Mercurium iterum. id est in consilium: & rationẽ scientiamq; aciem dirigat. Neq; abs

q̃ prudentum consilio quicq̃ aggrediatur: neq̃ dicat agatur quippiã cuius non possit rationem probabilem reddere. Rursus hominem sciẽtiæ litterarumq̃ expertem quodammodo tecum arbitretur & mutum. Demum in Venerem ipsam: id est humanitatem figat intuitum. Qua videlicet ammonetur vt meminerit non posse a nobis in terris magnũ aliquid possideri: nisi homines ipsos possideamus quorum gratia terrena omnia sunt creata. Homines autem alia prorsus esca q̃ humanitate capi. Eam caue nequando contennas forte existimans humanitatem humi natam. Est enim humanitas ipsa præstanti corpore nympha. Cœlesti origine nata. Et hæreo ante alias dilecta deo. Siquidem eius anima spiritusq̃ sunt amor & charitas: Oculi eiusdem grauitas & magnanimitas. Manus præterea liberalitas atq̃ magnificẽtia: Pedes quoq̃ comitas & modestia. Totum deniq̃ temperantia & honestas decus & splendor: O ægregiam formam: O pulchrum spectaculum. Laurẽti mi: nympha tam nobilis in tuo tota arbitrio posita est. Si hanc ipse tibi connubio iunxeris propriamq̃ dicaueris: omnes tibi dulces afferet annos & pulchra faciet te prole parentem. Deniq̃ (vt summatim dicam) si hac ratione prudenter tibi ipse in te cœlestia tum signa tum munera temperaueris: omnes fatorum minas procul effugies: auspiciisq̃ diuinis vitã absq̃ dubio beatam ages.

Cœlum pollicetur bona. Virtus præstat.

Marsilius Ficinus Georgio Anthonio vespuccio suo. Item Naldo. Salutem dicit.

[S]cribo ad Laurentium iuniorem Epistolam de fatali prosperitate: quã a stellis q̃ extra nos sũt plerũq̃ sortimur ac etiã de libera fœlicitate quã ꝑ arbitrio a stellis q̃ in nobis sunt adipiscimur. Tu eã (Si opus erit) interp̃tabere. Monebis quoq̃ vt eã ediscat & seruet alta mente repostam. Quod magna isti nos pollicemur tam magna sibiipse præstabit: si modo eadem ipse mente legerit: qua nos scripsimꝰ.

De salute phylosophorum ante christi aduentum.

Marsilius Ficinus Anthonio hyuano Serezanensi. S. D.

[P]ræcepta mosaica in duo genera apud theologos distinguũtur. Alia ad naturale moraleq̃ ius pertinent. Alia ad cerimonias & iudicia. Prima illa a deo moysi data sunt atq̃ populo. Secũda moyses ipse constituit diuinitus inspiratus. Rursus prima omni hominum generi semper seruanda mandantur: Secunda iudeos solos astriugunt: videlicet vsq̃ ad messie ipsius aduenrum. Prima quæ diximus adeo cõmunia sunt: vt cuiq̃ etiam minus liberaliter instituto vl' solo naturali iudicio cognita esse potuerint. Quid enim in eis aliud continetur præter dei vnius culum vitamq̃ moralem. Pythagoras & socrates & Plato atq̃ similes alii dei vnius cultores optimisq̃ moribus instituti. Eiusmodi siue mosayca siue naturali disciplina inferos deuitabãt. Superna vero si

ne superni christi gratia mereri non poterant. Quobrem in mediã quan dam regionem perferebantur. Vbi in ipso limbo de messie aduentu si ue per prophetas: qui ibidem similiter seruabantur siue per angelos cer tissimi reddebantur. Hinc gẽtiles similiter atq; iudei sub ipsa christi spe primum: deinde præsentia christi superos repetebãt. Legisti quæ de pa ce nuper in ipo bello scripsimus ad pontificem. Lege iterũ quæ de bel lo quondam in ipsa pace paucis ante bellũ diebus Romam scripsimus ad Pacem quẽdam florentini archiepiscopi scribã. Transcribo tibi epi stolæ illius exemplar.

Exhortatio ad Respondendũ.

Marsilius Ficin⁹ Phœbo capelle Veneto oratori clarissimo. S. D.

p Hœbe nisi responsa quandoq; mihi dederis iam sæpe vocanti forte negabimus esse te phœbum: cuius præcipuum munus fu isse ferunt dare responsa. Forsitan inquies: non tantus es Marsi li cui phœbus ipse respondeat: sed age mi phœbe: responde modo. Nã subito tantus ero. O si tantum dicere possem Phœbus ipse semel mihi respondit. O quantus essem.

Fœlix ẽ qui vere gaudet. Solus gaudet vere qui sola veritate gau det.

Marsilius Ficinus Florentinus Bernardo Capponio Nicholai fi lio. Salutem Dicit.

c Omposui declamatiunculam quandam ad genus humanum de vitæ institutione breuiter disputantem. Tunc demũ me be ne rem tãtam tractauisse putabo: cum tibi rectissime instituto: recte hominum genus instituisse videbor. Transcripsi tibi illius exem plar lege fœliciter. Sʒ parum dixero nisi hoc vnum insuper addam: & vi ue fœliciter. Quidnam aliud est fœlicitas nisi verum gaudiũ? Cui⁹ gra tia omnia omnes agunt. Ergo vt viuas fœliciter: vere gaude. Vt autem vere gaudeas sola veritate gaude.

Pictura pulchri corporis & pulchræ mentis.

Marsilius Ficinus Florentinus Familiaribus suis: Rursus Lauren tio Medici. Item Bernardo Bembo. S. D.

m Vlta phylosophi disputant: oratores declamant: Poetæ canunt quibus homines exhortentur ad verum virtutis amorem. Hæc laudo æquidem & admiror. Alioquin (nisi bona laudarem) es sem ipse non bonus. Sed puto virtutem ipsam (si quando producatur in medium) multo facilius meliusq; q̃ verba hominum ad se capessan dam cunctos ad hortaturam. Frustra puellam adolescentis auribus lau das verbisq; describis: quo stimulos illi amoris incutias: vbi ipsam pul chræ puellæ formam adolescentis oculis quæas offerre. Monstra (si po tes) formosa digito: nihil amplius hic tibi opus est verbis. Dici.n. non potest quãto facili⁹ vehemẽtiusq; pulchritudo ipsa q̃ verba puocet ad

amandum. Ergo si mirabilem virtutis ipsius speciem in conspectũ hominũ ꝓferamus haud opus erit suasionibus nostris vlterius. Ipsamet citius q̃ cogitari possit persuadebit. Finge hominem vegetissimis perspicacissimisq; sensibus præditum: Robusto corpore. Prospera valitudine. Forma decora: congrua membrorum amplitudine: Proceritate decenti. Finge hunc prompte sese mouentem & dextere ornate loquentem: dulce canẽtem: gratiose ridentem: neminem amabis vsq; neminẽ admiraberis si virum eiusmodi (cum primum videris) nõ ames: non admireris. Age igit̃ vt facilius diuinam animi speciem ex cõgrua pulchri corporis similitudine cogites redde singula singulis. Corpus enim animæ ipsius est vmbra. Forma vero corporis vtcunq; potest: refert animæ formam. Q̃obrem viuacitas illa & perspicatia sensus in corpore quodammodo sapientiam animi referat atq; prudẽtiam. Robur corporis animi fortitudinem corporis sanitas quæ in humorum temperatione consistit: animi significet temperantiam. Pulchritudo quam membrorum ordo constituit colorq; decorus. iusticie ordinem & splẽdorem nobis ostendat. Amplitudo quidem liberalitatem atq; magnificentiam. Magnanimitatem vero proceritas. Dexteritas illa vrbanitatem & comitatem ornatus sermo oratoriam. Cantus dulcis poeticam facultatem. Deniq; risus ille gratissimus perfectum gaudium repræsentet: quo nos virtus ipsa perfundit. Atq; securam vitæ fœlicitatem: Collige iam singula quæ narrauimus virtutis membra muneraq; in vnum Venerandum subito admirandumq; spectaculum manifeste videbis. O q̃ amabilis: O q̃ mirabilis est hæc animi forma: cuius vmbra quædã est forma corporis: tam vulgo amabilis: tam mirabilis. Quantum vero virtus ipsa vbi oculis cerneretur gratissima specie ad seipsam singulos statim alliceret tantum proculdubio vitium (si manifeste cernat̃) deformitate sua deterrebit protinus & fugabit. Agite igitur: o amici diuinam ipsam virtutis ideam formamq; semper ante oculos habeamus Hæc nos gratia splendoris statim alliciet suauitate ordinis atq; harmoniæ iugiter oblectabit: bonorũ copia ꝓrsus implebit.

FINIS

Sextus Liber Epistolarum.

Oratio christiani gregis ad pastorem sixtũ Suadens vt ouibus suis dicat Pax vobis. Christianus Grex Sixto beatissimo pastori suo suppliciter se commendat.

b Aud facile nunc inuenio pastor optime: vnde potissimum in primis exhordiar. Hinc eñ miris sanctitatis tuæ bonis prouocor ad laudãdum. Inde flebilibus miseriæ meæ malis reuocor ad quærelas. Quid igitur in præsentia faciam narrabo ne laudes tuas? An nostras potius erumnas dinumerabo? cæterum (vt videtur) nihil te laudando proficimus. Non eñ crescit vulgaribus laudibus præstantia singularis. Præstat igitur vulnera nostra medico nostro detegere: hac ratione potissimum curaturo: q̃ laudes eius notissimas atq̃ innumerabiles frustra dinumerare. Et si misera quadam necessitate cõpulsi importunius hunc obsecrabimus: suæ tamen misericordiæ potiusq̃ obsecrationibus nostris confisi speramus eum omnem ab ouili suo pestem penitus expulsurũ. SI totus essem lingua beatissime pater explicare non possem: quanta nunc calamitate præmar: quanto dolore conficiar. Dici non poss et q̃ ingenti olim gaudio sim perfusus: quando te mihi pastorem deus ipse præfecit. Audiueram æquidem te esse phœnicem phylosophie: sublimem ipsam mineruæ arcem ante alios possidentem. Quod quidem adeo manifestum est omnibus vt negari non possit. Verum sperabam cum summa potestas summæ sapiẽtiæ iungeretur seculum illud aureum rediturum: quod fore tunc plato vaticinatus est quando in idem potentia sapientiaq̃ concurrerent. Demum q̃ vera de sapientia tua iam pridem audierã fermæ tam falsa de mea speraui fœlicitate. Vereor neq̃ nimis contumeliosus vel minus patiens aliquando Sic audeat exclamare. Heu quantum hac in spe: mea me miserum fefellit opinio. Conuersum est mihi gaudiũ in mœrorem. Nõ aurea (quæ sperabam secula) sed ferrea sub pontifice sapientissimo: quis credidisset? Ferrea secula redierunt: nihil vsq̃ video nisi arma in meam perniciem fabricata. Nihil audio nisi armorum sonitũ equorum strepitum tonitrus boardarum. Nihil vsq̃ sentio nisi fletus: rapinas: incẽdia. Cedes. Adde q̃ & angor fame & epidimia: indies magis magisq̃ consumor. Et tanq̃ desint: quæ me intus sine fine fatigent: imminet assidue capiti meo lupus omnium voracissimus. Leo rugiens Vastus elephas. Draco pestilens Teucer (immanis hostis ecclesiæ) iam iam nisi tu præsto affueris: misellum hunc gregem tuum teq̃ in primis deuoraturus. Ex te vno tanq̃ capite tota christiana res pẽdet in te vnũ summa redundat vel gloria vel infamia. Te maximum omnium manet vel præmium vel supplicium. Ergo nequid eiusmodi vel casus ferat: vel in patientia conqueratur: consule tibi in primis sanctissime pater nobisq̃ prospice: serua te primum nobis oramus. Conserua nos tibi vicissim

beatissime pater. Ignosce quæsumus filiis tuis pater indulgentissime atque fons indulgentiæ: si partim vrgentibus malis impulsi: partim charitate: tum nostra vsi: tum tua freti: monere sanctitatem tuam tanque sus minervam aggrediamur: Charitas omnia credit sperat substinet Charitas nunque excidit summa quoque benignitas nō potest quicque accipe nō benigne.

MEMENTO Esse te christi mansuetissimi clementissimique vicarium: obliuiscere (sicut solebas) iniuriarum: Quarum memoria: nihil est aliud homini que suiipsius obliuio. Odium si quod habes in tuos ponito: vt solitam recipias (si modo amiseri) ingenitam absque te ipso nō potes amittere. Charitatem igitur pristinam (scimus quod loquimur) retinebis: ne pium illum genium tuum amittere compellaris. Non patieris quemque tuis armis vlterius in gregem seuire tuum: ne ipse alterius culpa pro pastore lupus vel euadas vel saltem existimeris. Quisque arma in tuos exercet te proculdubio ante alios vulnerat. Non enim est vllus sine grege pastor. Et qui partem gregis aliquam vel abnegat vel amittit: pastor iam desinit esse communis. Si nullius fueris: eris omniū Si fueris alicuius. Nullius eris. Diuinum tibi christus in primis cōcessit imperium: non armorum præcipue sed animorum. Claues præterea dedit: nō galeam aut ensem. Claues quibus Iani plutonisque hostia claudas. Regni vero cœlestis fores aperias. Ter edixit tibi: nunquid amas me Deinde subiūxit: si me amas pasce oues meas. Si quæ errauerint septuagies septies illas ignosce. Relinque ad horam nonagintanouē obediētes. Vt centesimam redimas minus obedientem. Quam cum redemeris: vna hac magis gaudeto que cunctis. Non dixit: insequere illam imp̄cationibus vllis sed præcibus eam benigne prosequere. Non dedit virgam aliquam: qua deuias oues percuteres. Sed & blanda potius verba quibus benigne ad stabula reuocares: & claues quibus tutissime custodires. Mercennarius quidē alienas oues errantes: nonnunque rigide percutit. Pastor autem semper ignoscit suis & prospicit. Non mercennarium te dominus constituit: sed pastorem.

AT Video quid accusabis. Dices aliud esse errare a pastore de via aliud pastorem cornu lacescere. Atque ita de ariete inter nos aliquo forte quæreris. Circumspeximus vndique bone pastor. Nullum inter nos talem inuenimus arietem. Non ea vis animo: Neque tanta sup̄bia ouibus cœlesti & insolubili caula vinctis. Tu vero quoniam nescio quid arieti succenses: pene totum tuum quodammodo vel perdis vel amittis ouile. Latet (nescio quomodo) oculos tuos: grex tuus: o pastor siluis rupibusque dispersus: O vtinam hunc parumper aspiceres. Non enim posses cladem tuorum tantam oculis siccis aspicere: om̄is proh dolor grex tuus omnibus vndique morbis malisque vexatur. Passim incusatur pastor

passim vituperatur: vndiqꝫ interim me miserū angustiæ præmunt. Hinc infamiam tuam doleo. Hinc lugeo miseriam meam: Si tibi fame ipsius aures ad horam saltem suggererentur: quibus & infamiam tuam & fletum meum audires: profecto non minus sortem ipse tuam defleres: q̄ꝫ ego meam: O pastorem meum hac in re (vt ita loquar) infortunatum: O gregem penitus infœlicem: proh nefas. In te quidem nonne audis? In te summe pontifex satyri passim mordaces amantur. In me vero tragedi tristiores incumbunt. Nulla legetur alicubi acerbior satyra licet falsa. Nulla verior tragedia vnq̄ꝫ vel luctuosior: si tragediæ materiam demis: demis simul & satyre. Dele de infamiæ libro nomen tuum iamdiu scriptū a deo in libro vitæ. surge custos noster aliquando surge iam custos legittime. Dic vna cum domino tuo: dic amabo pax vobis. Dixit & facta sunt. Pax erit & gloria tibiqꝫ & tuis. Aureum nobis vna tecum agetur seculum. Ferrum ab ouili tuo sub cōstantini militia in lupos barbaros conuertetur. Tantum absqꝫ dubio: tunc laudabitur pastor: quando trucidabuntur lupi vel domabuntur: quantum nunc vbiqꝫ vituperatur dum agni præcipitantur. Cadent a latere tuo vel inermi armati mille & decem milia a dextris tuis omnipotens pro te deus ipse pugnabit

SED ECCE Accusas iterum arietem. Accusa rursus (si accusandus tibi forte videtur) Sed accusatio tua sit christiana potiusqꝫ hostilis. Nō ad perniciem aliquam sit: sed potius ad salutem. Nō venit dominus tuus: vt perderet aliquem: sed seruaret. Medicum te esse voluit: non carnificem. Sed nolim coram sanctissima maiestate tua atrox illud verbū carnificis protulisse. Cuius quidem vitium de pietate tua ne carnifex quidem vllus audeat suspicari. Dedit deus omnipotens arma tibi (vt paulus apostolus inquit) Non carnalia: sed spiritualia potius & diuina: Iussit te quidem subiectis ouibus prouidere simul & parcere. Lupos vero superbos. id est barbaros hostes fidei Constantini manibus debellare. Non belli quidem: sed pacis gratia. Vt domitis feris seruatisqꝫ pecudibus: sub vno pastore: tandem vnum sit & ouile: sed parce tuis primum alme pastor? Parce tuis: Ne dum inter nos de lana herbaqꝫ certatur. interea lupi vitam ipsam ouium & pastoris facilius ferociusqꝫ inuadant. Non dabitur tibi dedecori: si tuorum alicui (etiam septies) erranti peperceris. Cum tibi mandatū a domino fuerit: vt etiam septuagies septies illis ignoscere debeas. Officium tuum est (vt te non latet) cognoscere singula: vt ignoscas. Purgare egrotos: vt restituas sanitatem. Victoria tua non tam in bello: q̄ꝫ in pace consistit. Quinimo si christianos homines vincis in bello. ipse interim (quod a te ꝓcul absit) a demonibus & publica infamia vinceris. Si benigne emendas atqꝫ indulges vincis omnis: atqꝫ integrū tibi seruas in tuos omnes singulosqꝫ imperiū. For-

titudo tua ferendo claret:nō inferēdo. Omnis tua sublimitas est humilitas. Tunc maxime mansuefacis omnes cum ipse es omniū mansuetissimus. Facile quocunq; placuerit mouebis omnes:si nusq; ipse moueberis. Vis ne subita simul & fœlicissima potiri victoria? Noli tuos bello vincere. Sed potius ipsum vince bellum. Prouidentia plusq; cœlesti motibus cœlestib9 impera. Doma benignitate tua malignum ac sæuū Martem:rigidumq; Saturnum. Non est victoria magna minima superare. Quid nam magnū est in terris? Cū tota ipsa terra sit minimū. Ergo cœlestis Antistes terra dimissa vince cœlū. Satis em̄ terrena vinces si celestia viceris. Vbi est regnū tuū ibi victoria tua. Regnum vero tuū:nō tā mūdi huius inferioris est(vt inquit Iesus)q; supioris atq; diuini. Vide vtrum malis sanctissime Pater: vtrunq; in tua dilectione cōsistit. In terris quidem:miles ne haberi an pontifex; In celo aūt respui ne a xp̄o prsus inermi ipse armis onustus tanq; dissimilis. An potius armis positis excipi ab eodem tanq; similis.

INQVIES forsitan Non licere gregi:monere pastorē. Esto sane: fatemur em̄ patrem nostrum puidentia summū admonitiōibus nullis egere. At liceat saltem oportunæ præcari:immo vero etiā importune: vbi cōpellit necessitas:obsecrare: Liceat rursus timere illi quē & timemus vnicum:& amamus vnice:atq; instar numinis veneramur. Suspice(obsecramus)cœlum parump:sicut solebas olim anq; animo prælia hæc terrena conspiceres. Videbis Petrum illum pontificem primum vulnera:hæc mea(quæ forte nō vides)ipse:clare vidētem. Videbis misericordem Petrum meo grauiter dolere dolentem. Forsitan necesse ē illum(nisi caueris)irasci tibi dum nostri adeo miseretur. Sed absit a nobis absit pcul: vt vel petrus irascatur. Sixto vel Sixtus ouili suo huic indigne? Nefas est vel pastori bono mali aliquid ominari. Vel ab ipso tādem sperare aliquid:nisi bonum. Non em̄ est suiipsius oblitus pontifex noster omniū prudentissimus. Non amisit sapientiam singularem quando sapere cunctis incepit: Non exuit naturalem illam benignitatem:qñ benignissimi petri palliū induit.

QVID ergo dicemus? Placuit forsan solerti gubernatori:suis interdum minitari. Ne ppetua illa & inādita clementia sua segnities putaretur. Atq; vt incomparabilis sua illa suauitas post austeritatem quandā suauius gustaretur: Forte etiam permisit hactenus gregem suum præliis insuetum iccirco ad certum tempus inter se dimicare: vt hac exercitatione ad prælium contra lupos barbaros committendum fiat instructior. O Sixte noster tantū iam siste prælium. Satis iam satis exercitati sumus: quando prorsus defatigati iam sumus: Sixte benigne miserere tuorum: Dic age quandoq; beatissime pater. Dic iam bona voluntate tua ouibus tuis: Pax vobis: vt oues tuæ vicissim tecum vna pclament Gloria in excelsis deo: & in terra pax hoībus bone voluntatis.

Adhortatio ad rusticandum.

Marsilius Ficinus Bernardo Bembo & Anthonio Vinciguerræ viris clarissimis. S.D.

s Alue semper Bernarde mi castor: Salue rursus Anthoni mi pollux Aut fugate gemini seruatores (si fieri potest) pestem istā cui pestem quilibet imprecatur. Aut fugite saltem. Heu fugite q̄ primum lætales terras. Fugite litus amarum. Recipite vos in ipsa suburbia precor (si modo licet) vrbe relicta. Ibi istos oculos meos: oculis quoq; sæpe reuisam: alta semper mihi mēte repostos. Hoc ego sum vobis: vnus sibi quisq; quod ipse est. Hoc mihi vos estis quod duo sunt oculi. Valete fœlices. Sed cur nam Christophorum Landinum nostrū modo prætermisimus musæ phenicem? Quia cum in ipsa salutatione Ficinū dixi: putaui me dixisse Landinū.

Quis ardenter amat nihil capit præter amatum.

Marsilius Ficinus Florētinus Raphaeli Riario Sancti Georgii cardinali suppliciter se cōmendat.

h Ac noctis eius hora qua summ⁹ nature creator: sine quo nihil nascitur: Deus homo natus est hominibus: vt homines deo diuini renascerent̄. Nascitur quoq; mihi hæc ad Raphaelem epistola. Verum queritanti mihi qua potissimū alimonia nascentem epistolam fouerem atq; nutrirē: nescio quis spūs inter eos qui nocte eadē diuinum verbum pastoribus cecinerunt: quid quæris inquit Marsili quod scribas? Penetra nūc singula animi penetralia. Vacuam quidem cæterarum omnino rerum mentem reperies. Solo autē Raphaele Riario plenam. Ergo Raphaeli nō poteris præter ipsum met Raphaelem aliquid scribere. Adeo te hic aliorum omniū tunc reddidit vacuum: qn̄ sua te fecit præsentia plenū. Tantus est em̄ tibi tanq; charus: vt nequæas aliud cape: dum capis ip̄m. Vis ergo quicquid habes: quicquid cogitas: quicquid loqueris: cōmodissime exprimere Raphaeli? Age eadem arte pingendi qua eum iam diu animo pinxisti tuo: tunc pinge tabella. Hec quidem spūs ille mihi mi Raphael. Ego aūt manibus id pingere nequeo. Animo ipse finge. Sed vbi nam? vbi est Amalphitanus noster? Hunc iam diu hac atq; illac (vt iubeam) saluere pquiro. Sed frustra extra te quærebam: quem nisi in te inuenire nō poteram.

Neq; tutum est incusare principes: neq; fas incusare fortunā.

Marsilius Ficinus Florentinus Reuerendo in xp̄o patri & dn̄o suo Ioanni Nicholino archiep̄o Amalphitano. Suppliciter se cōmendat.

p Roperaui modo ad pugillares certo quodā cōsilio venerande pater: vt plurima certe ad eum scriberem: quem amo veneror q; q̄ plurimum. Verum vbi cœpi calamum ita protinus omnis aufugit inuentio: vt non calamum: sed calamitatem inuentionis videar accepisse. Adhuc equidem ita mecum ambigo. Quid nam scribā? Cum

neq mali quicq velim scribere:neq possim boni. Nihil em̃ inter mala hec innumerabilia boni se nobis offert. Ergo quid faciam? Fortunam ne incusabo:nimium his seculis inimicam? An potius culpas hominũ criminabor? Neutrum tãdem. Neq enim illud decet. Neq istud licet Satis aũt multa dixero:si quecunq alias vna diximus recolueris. Scribo ad benignissimũ nostrum illum patronum sancti Georgii cardinalem ipse litteras reddito. Rogarem te vt me Papiensi & Senensi probatissimis dñis cõmẽdares: nisi te scirem quotiens te cõmendas:totiens vna tecum Marsilium cõmendare.

Inter mala minus læditur:quem tuetur deus.

Marsilius Ficinus Reuerẽdo in xp̃o patri & dño suo Raphaeli Riario sancti Georgii Cardinali suppliciter se cõmendat.

n Eq scribis Clientulo tuo: Neq rescribis quicq vnice mi patrone. Atq id quidem ille tam æquo patitur animo:q̃ equa patit̃ Ille si quidem tibi hinc abeunti suos negauit pedes. Tu quoq vicissim tuas iure negas scribenti manus q̃uis alter forsitã id neget volens:alter certe illud negarit inuitus. Verum infœlix eiusmodi negationis vicissitudo fœlici quadam affirmationis vicissitudine iuste rependitur. Nempe quemadmodum ille tibi suum iamdiu animũ dedit. Si ipse mutuo illi animũ ꝓ suo tuum magno cum phœnore reddidisti. Profecto in cõmuni hac generis humani miseria (quã narrare animus horret) in qua nostrũ nemo nõ miser:ille dũtaxat minus est miser:de q̃ clementissimus deus mandauit angelo suo:vt custodiat eum in oĩbus viis eius. Videtur & mihi hac in re deus ipse prospicere voluisse. Dedit em̃ Raphaelem viæ ducem vitæq custodem. O miram Raphaelis mei benignitatem. Tu mihi mi Raphael & vigilanti & dormienti propiciũ te semper offers:mente læta:vultu hylari:verbisq benignis. Atq inter multa quæ premunt vndiq mala:ita tu mihi passim vnicum solamen ades. quasi pulcer Apollo: discreta inter nubila lucens. Scribis autem marsilio tuo nihil:cui loqueris omnia. Quippe nihil habes deinde q̃d scribas cui iam fueris cũcta loquutus. Ego aũt patrono meo epistolas dedico. non tam (vt illi scribam) qui cũ assidue loquor:q̃ vt de illo scribam interdum:quem & cogito semper & loquor. Si quando humilia respicit qui habitat in excelsis: Marsilium tuũ quandoq pontifici summo commenda. Commenda quæso me totum venerande pater. Non potes autem integrum commendare si in ipsa commendatione Amalphitanum archiepiscopum prætermiseris. Quos deus coniunxit:homo non separet. Eius frater Angelus Nicholinus Iurisconsultus insignis ciuisq preclarus. Tam optat tuus esse q̃ suus.

Tunc solum nos ꝓbare debemus:q̃n a probatissimis approbamur

Marsilius Ficinus Dominico Bollano Veneto Iurisconsulto. S. D.

I amicicia cum clarissimo patritio Francisco Michiale: iam pri
s dem mihi contracta seruatoribus vllis egeret: obsecrarem te per
ipsum numen amoris: vt omni studio in eius beniuolentia me
seruares. Equidē explicare nō possem quāti faciā a viris amore dignis
amari. Nā nisi ipse mihi placeā: nō pōt aliud quicq̄ mihi placere. Tunc
vero solū mihi maxime placeo: cū a pbatissimis vi pbari me sentio.

Nemo infortunatior illo qui: neq̄ ipse videt neq̄ videntē videt.

Marsilius Ficinus Anthonio Cocchio insigni iurisconsulto: Item
Francisco Berligherio: & Petro Arenensi: & magistro Gergio Ciprio
& Laurentio medici iuniori.

Cripsi iam pridem epistolam quādam vaticinio similem ad pō
s tificē: sed vtinam pontificiam. Nec si tam diuina apud alios fue
rit: q̄ apud nos diuinās: certe intestinam: externamq̄ perniciē
iamiam xp̄iani gregis ceruicibus imminentem procul expellet Testor
amice deum: me hac in re meum pro viribus officium impleuisse. Re-
liquum reliqui viderint: quibus oculi quidem dati sūt: vt in primis vi-
deant. Aures aūt vt saltem audiant: Alioquin & si forte aliqn̄ exclama-
re cogentur. Heu non videram. Nunq̄ tamen licebit dicere: non audi
eram. Idibus Ianuariis. M.cccc.lxxviii.

Cognosce alia vt te cognoscas. Cognosce teip̄m vt cognoscas deū.

Marsili. Fi. Flo: Reuerēdo in xp̄o p̄ri: & dn̄o suo dn̄o Ioāni Ferdinā
di Serenissimi Regis filio: Cardinali Aragonio suppliciter se cōmēdat

Cripsi tres sup̄ioribus diebus declamatōes venerāde p̄r plato
s nicas potiusq̄ tullianas: q̄bus familiares meos a vicis deterrerē
ad virtutē p viribus cohortarer. Prima q̄dē miserā quādā vm
brā improbe vite describit. Scd̄a vero vite probæ fœlicē refert imaginē
Tercia deniq̄ diuinū exprimit pbitatis ipsius exēplar. Tria hec quasi
specula q̄dā mittere ad te iccirco decreui: q̄a sciebā formosissimos q̄sq̄
specul' p delectari. Speculare parū admodū: inhisce ip̄m venerāde p̄r. In
p̄mo q̄lis nūq̄ fuer. In scd̄o q̄lis iā pridē euaser. In tercio q̄lis iā sis sta
tim agnosces. Gaudebisq̄ bonis tuis n̄ mediocriter. Sed vt fœliciter tu
is gaudeas bonis: in oībus gr̄as age deo bonorū oīm largitori. Cur nā
p̄cepit deus cognosce teip̄m nisi vt in te cognoscēdo: quicquid habes
boni: habere ab eo p̄rsus agnoscas.

Si nūc tibi Marsiliū cōmēdauero: intellige archiep̄m Amalphitanū
pariter cōmēdatū. Quos deus coiūxit hō nō separet.

Sp̄ūs vbi vult spirat.

Sixto pontifici Marsi. Fi. Flo. atq̄ vna oēs cōphi sui cœlestem victo
riam dicunt.

Bsecramus te p illum qui audit semp oēs etiā nō loquentes: &
o exaudit sepissime non vocātes: vt filiorū tuorū vocē audias pa
rump mentē benigna p̄r oīm benignissime. Nam deus omp̄s:

cui parent omnia: cui quidem parere libenter: nihil aliud est q̃ regnare. Deus ipse & clamare nos in p̃sentia: & audire te iubet. Praeterea si nos patiēter audiueris nō mō nō poenitebit: verumetiã (vt speramus) iuuabit audisse. Anno superiore Beatissime Pater in ipso omnipotentis christi natali: reliquiae quaedam apostoli Petri in vrbe Volaterrana repte: miracula duodecim mense vno ingentia ostenderunt: omni populo manifesta. His ergo nouis commoti signis conuenimus vna compbylosophi quattuor: & Prophetiae & Astrologiae pariter studiosi. Primum quidem ꝓphetico⁊ examinatione mysteriorũ consensimus ex illis reliquiarum Petri miraculis portendi. Sixtum successorem Petri effectu rum quandoq̃ miracula cunctis populis gẽtibusq̃ notissima. Deinde nos ad astrologica conferentes: considerauimus diligenter praeteritam illam rursusq̃ futuram coniunctionẽ. Saturni ac Martis in virgine. Iterum proximum solis accessum ad Arietem. Quartarum quoq̃ anni totius initia. Eclipses praeterea Lunae quidem in aquario: Solis autem in Leone futuras. Aliasq̃ rursus anni sequẽtis Eclipses: Martis deniq̃ dissonam cum Ioue permixtionẽ: caeteraq̃ q̃plurima. Inde conclusimus: ꝓximum biennium fore adeo miserabile (vt vulgo putetur) supmum illud mundi exicium imminere. Communẽ. s. & extremam generis humani calamitatem: bello: peste: fame: praementem. Principũ cuiusq̃ generis interitum plurimorum: Nouam deinde sub falso ꝓphetam heresim surrecturam. Horret hic anim⁹ narrare qđ sequitur. Mox Tiberinis vndis (quod absit) Petri nauiculã nataturã. Barbaros demũ ytaliam vastaturos. Quoniã vero mars illi dux saturnũ pestis famis ꝓditionis heresis auctorẽ in oibus illis quas narrauimus coeli dispositionib⁹ superabat cõuenimus ex ipso bello reliq̃ mala oia euentura. Hic ergo admirabundi inuicẽ dicebam⁹. Vbi nã igit̃ salubria illa sixti miracula: Quae ex illis Petri miraculis nobis portendebant̃ si vt & nos iudicamus & caeteri deinde Astrologi totius Orbis existimant tam dira sub eius Pontificatu clades priuatos passim & principes ecclesiamq̃ vexabit.

IN HANC tandẽ (quã narrauimus) sententiã disceptatio nos longa certa rõe ꝑduxit. Quoniã videlicet medico⁊ gubernato⁊ũq̃ virtutẽ morbi tempestatesue demõstrãt. Iccirco ꝓuidentia diuina ꝑmisit curãte & gubernãte Sixto: stellas aliquãdo plurimas & elemẽta inuicẽ cõspirare: cũ in cõmunẽ generis humani perniciẽ: tũ vl' maxime in nauem xp̃ianam saeuis admodũ fluctibus agitandã. Vt sixtus q̃si Neptũnus ĩ media tempestate surgens ipso: potentiae: sapiẽtiae: benignitatisq̃ tridẽte iratũ temperet aeolum furẽtes sed ventos. Mare placet tumidũ. Virtute plusq̃ coelesti motib⁹ coelestibus imperet. Mirifica benignitate sua domet saeuum Martem rigidumq̃ Saturnum. Atq̃ id quidem Sixtum breui facturum non solum oracula ꝓphetarum: Verumetiam coelestia quaedam signa manifeste demonstrant.

HIC igitur oēs christianorū populi ꝓclamabūt. Quis nam est iste? Quis iste est? Cui tam facile obtemperāt elemēta: cui sydera parēt. Hic est ꝑfecto legitimus ille clemētissimi xp̄i vicarius. Qui clauibus acceptis a xp̄o statutis ab eo tp̄ib⁹ Iani Plutonisqꝫ hostia claudit. Almæ pacis templum filiis patefacit. Nam cum intelligat nō esse victoriam magnā minima superare. Nihilqꝫ esse in terris magnum cum tota ip̄a terra sit minimū: statuit iam terra dimissa cœlestia superare: ac nō tam bello suos vincere q̄ȝ ip̄m vincere bellum.

SIXTSVS sublimis Theologiæ phœnix: excelsas Palladis arces ante alios possidens: diuinū ibi oraculū in singulis consulit. Neqꝫ humano in rebus diuinis administrandis: sed diuino potius cōsilio nitit̄: Preterea suspicit inde deum omnipotentē oīa & bonitate facere & benificētia sibi cuncta subiicere. Igitur ipse similiter statutis ab eo tp̄ibus bn̄fica iam victoria gaudet. q̄ȝ bene vincit oēs dum bn̄ficio sibi omniū corda deuincit. Profecto intelligit eum: cui imperiū in belluas demandatur. anxium ministeriū quoddā nancisci potiusq̄ȝ imperiū. Corpa vero hoīm quæ sola in nobis violentia capiunt̄: nihil ferme aliud esse q̄ȝ belluas. Animos certe natura liberos nō posse aliter: q̄ȝ liberali quadā beneficentia vinci. Magnanimus Sixtus iam non sollicito in belluas ministerio: sed solo in homines ipsos. i. in animos imperio gaudet. Sixtus noster insignis pietate pater piorum parentū more filios suos post minas obiurgationesqꝫ paternas blandius osculatur. Propitio fouet sinu: almis vlnis amplectit̄. Et quantū paulo ante falso maleficentia quadam insequi filios videbat̄: tantū mox beneficētia reuera ꝓsequit̄. Audite nunc omnes audite vocem pastoris nostri ꝓpriam. Aspicite attentius Hylarem pastoris vultum qui cuncta serenat in bn̄dictione nonne videtis. Os operit suū: ita suis ouibus cū dn̄o suo iamiam clamaturus.

PAX VOBIS o filii vere nouo. Nolite timere nō lupus sum: sed custos. Nō mercenarius sum: sed pastor. Pastor ab eo missus in mūdū p quem factus est mūdus: qui & in mūdo erat & missus est in mundū: non vt oues suas pderet sed seruaret. Atqꝫ vt animā suam poneret pro ouibus suis. Mundi seruator: ad vos me misit: vt ei sine quo nihil seruatur: nos seruarem. Voluit quidē ad vos venirem: ab eo non abirem. Si quidem abire ab eo p quē sumus nihil est aliud q̄ȝ perire. In eius nomine qui vsqꝫ ad cōsummationē seculi semp est nobiscum: iterū pacem meam do vobis o filii vere nouo inuito mūdo: missam Sixto ab eo ꝓmouet sistitqꝫ mundū. Deus lux cara est in qua tenebræ non sunt vlle Deus charitas lucens est: in qua odium nō est vllum. Qui in luce chara & charitate lucida manet in deo manet & deus in eo. Ergo filii diligite inuicem quemadmodum vos ego dilexi. Filii mei in eo inuicem diligamus: sine quo nullus habet vnq̄ȝ vt sit diligēdus. Nulla pars mūdi absqꝫ concordia consistere potest. Cum ipsa concordia solum cōstet

mundus. Nullus in mundo sine concordia potest illi placere: qui ipsa concordia fecit: seruatq; mundum. Nos ergo vt vere beati simus vere inuicem diligamus. At vos abite a meis crudelia fata. A meis q deo parent superanti fatum. Abite procul fata crudelia vires. alibi post hac vestras in fatuos exptura. Migrate hinc ab ouili meo repente arma ferocia. In lupos iam vos cõuertite Barbaros. Accelerate inquã: dum viget æstas: anteq; lupi ferocius me simul ac meas oues inuadãt. Contra Teucros diuinæ legis hostes omnipotens nobis deus ipse pugnabit. Nobis militabit ether. Et cõiurati venient ad classica venti. Cedẽt a latere nostro mille: & decem milia a dextris nostris. Vnũ breui sub vno pastore erit ouile. Ferreum seculum mox in aureum conuertet̃. Si quidem Marte domito qui xp̃ianis minabat̃ prœlia: rapinas incendia: cędes: domitus quoq; Saturnus erit: qui inde pestem famem proditiones hereses falsas machinabatur.

DIXIT Sixtus & facta sunt: ad benignissimam illam pastoris vocem pax vobis: oues cunctę clamabunt Gloria in excelsis deo: & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Hæc est dies quam fecit dñs: Letemur & exultemus in ea. Cantate Sixto canticum nouum hodie nostrorum pontifex animorum: Sixtus in pace sistit ecclesiam. Sixto cantate vates: claudent̃ belli portæ. Sixto legitimo messiæ vicario. Cantate ꝓphete in diebus eius erit copia pacis. Venite oĩes & videte opera domini: quæ posuit ꝓdigia sup terram: Auferens bella vsq; ad fines terræ Arcum conteret & cõfringet arma: Scuta comburet igni. Vacate & videte: quoniam ego sum deus: exaltabor in gẽtibus: & exaltabor in terra. Dominus virtutum nobiscum susceptor noster deus Iacob.

CLEMENTISSIME deus qui ab excelsis humilia respicis: atq; humilibus largiris excelsa. Deus omnipotens mundi seruator: qui eadem virtute: recreas seruasq; assidue quæ creasti: serua ꝓpicium nobis oramus pastorem nostrum: tui gregis egregiũ seruatorẽ. xxv. Decembris. M. cccclxxviii. Florentinæ.

Fœliciter vincit qui animos bñficio sibi deuincit.

Marsilius Ficinus Florentinus atq; vna comphilosophi sui: Sixto sanctissimo in xp̃o Patri suppliciter se commendat.

f Vit apud nos beatissime pater hactenus Nicholinus Antistes plenus gratiæ & veritatis: homo nuper isthuc missus a deo: cui nomen est Ioannes. Hic Romam venit in testimonium: vt testimonium nobis inde phiberet de numine Sixti qua gratiosa mente: Sixtus noster filiam suam Florentiã complectat̃. Quandoquidem virum Florentinis gratissimũ primo aduentu clementissime sit complexus. O legitimũ Petri apostoli successorem: o verum hoĩm piscatorẽ. (Proinde si dicere fas est) in hoc vno rhetium iactu videt̃ quoammodo Petrum ip̃m supauisse. Non eñ centũ quinquaginta tres pisces hic

cœpit:immo ferme quotcunq̧ arnus alit æquorq̧ pisanũ. Sixtus certe legitimus xp̄i vicarius meminit dn̄m suum xp̄m cum esset discipulos electurus: primos præcipuos plures e piscatorũ numero elegisse: eos se qn̄q̧ piscatores hoim effecturũ. His deinde tris escas potissimũ & rhetia tria dedisse: quibus in ꝓfundo hoc humani generis pelago fœliciter piscarent̃. Esca profecto prima fuit singularis in deum pietas atq̧ religio. Secũdo sobrietas vitæ morumq̧ integritas. Tercia erga homines: tam operum exemplum bonũ q̃ vera doctrina verborũ. Rhetia quoq̧ addidit tria. Rhetæ primũ fuit charitas ardens qua cunctos in deo nō aliter q̃ seipsos semp amarent: Secundũ intelligẽtia summa: p quam omnibus tanq̧ filiis si qñ errauisse putent̃ tam libenter ignoscerent: q̃ facile ipsi optent sua sibi errata a patre nostro qui est in cœlis quasi filiis cōdonari. Tertiũ rhete benificẽtia tam abundãs: vt non modo bn̄facientibus: sed etiã malefaciẽtibus bn̄faceret. Et quos vel minus bonos vel etiam inimicos existimauerit eos bono quodam: ac beniuolentia superaret: cœlestemq̧ patrem imitaret̃: qui almum Solem oportunasq̧ pluuias æq̧ omnibus: etiã si minus videant̃ amici: abunde largitur: hac igitur triplici esca allicere omnes: his quoq̧ rhetibus tribus irretire & xp̄s ipse suis quōdã mandauit discipulis: & vicarius xp̄i Sixtus similiter ipse decreuit vt ei dn̄s ille suus eiusmodi quandoq̧ vocibus lætus gratulabũdusq̧ occurrat. Veniam Sixte: Veni inquã fili benedicte patris mei. Intra in gaudium dn̄i. Kl'is Decembribus: M.cccc. lxxviii. Florenitæ.

Surgunt e cœno quotidie qui rapiant nobis cenã.

Marsilius Ficinus Reuerẽdo in xp̄o patri &. D. suo Ioanni Nicholino Archiepiscopo Amalphitano. S. D.

S Cribo ad te multa paucis ad pontificem. Tu vero cõtra de me pauca multis suplex pontifici dicito. Non potes de bonis meis multa narrare. Multis tñ verbis in meo malo forsitan debes certe potes orare. O q̃multa hic de meipso ꝓloqui vrget anim9. Verũ nō capit ep'a. Tu ergo mẽte cape. Ineptus ero si tua tibi cõmẽdare tentauero: haud equũ esse videt̃ in aduersitate Florẽtinũ mihi apud istos nomen obesse: si mō obesse pōt qđ in ꝓsperitate alias mihi nunq̧ ꝓfuit. Fortunatiores alii: ne dicã fœliciores: gaudẽt nr̄is. Nos numerus sumus fruges cõsumere nati. Fruges dixi: modo nō desint fruges. Vale. Sed anteq̧ valeas: iuuat hic Riariũ cardinalẽ nostrũ parump affari. Tu vero mi dn̄e: memẽto iam serui tui: si qua videt̃ memoria dignus. Venisti in regnũ tuũ heu q̃ inuitus nũc petere cogor tẽporũ malignitate cõpulsus: quæ nnn q̧ alias censui philosophantibus esse petẽda. Dicã ne? Quod sorte philosophũ min9: at vero decet egenũ. Disperẽ Herde nisi dixero. Surgũt e cœno quotidie qui rapiãt nobis cœnam.

Nihil est occultius q̃ humana voluntas.

Marsilius Ficinus Ioanni Nicolino Archiepo Amalphitano. S. D.

m Itto Vaticinium quoddã ad Pontificem. Spiritus vbi vult spirat. Neq3 hominis alicuius voluntate: neq3 humana perturbare sum motus: sed nescio quo spiritu: scio qua charitate cõpulsus. Si eodem quo scribitur animo legeretur: neminem prorsus offenderet Si quidem neminẽ offendere debet diuina veritas charitati coniuncta. Tradunt pleriq3 phylosophorũ rerum veritatem esse omnium obscurissimam. Ego autem puto longe obscuriorem esse hominũ voluntatem. Veritas quidem rerum propriis vestigiis nonnũq3 inuestigatur certisq3 discerni potest indiciis: quoniã determinata pendet ex causa: semperq3 permanet eadem. Voluntas autem humana cum ob libertatem non habeat causam terminatam: ac momento quolibet permutetur neq3 vestigiis neq3 indiciis certis inuestigatur. Præsertim cum ob simulationẽ dissimulationemq3 indicia sæpe sibimet contraria præferat Ergo anteq̃ ædas consule cum teipsum tum eos maxime qui pontifici cari sunt maxime. Ita demum pontifici cæterisq3 legatur: si tam bona omniũ gratia censeatur legi posse: q̃ bona nobis est voluntate compositum. Sin minus penes te ipse seruato. Equidem vbi nihil mihi prodesse potest: nihil obesse volo. Deus humilem mihi fortunam dedit. Fortuna olim tenuem: nũc tenuissimam facultatem. Deo pareo: fortunæ cedo. Consentio facultati. Exigua sum sorte cõtentus: modo tuta. Fortunatus cui fortuna obtigit mediocris. Fœlix q sua ẽ fortuna contentus: Ego certe iccirco paucis cõtentus sum: & si multꝭ sum sæpe cõtentus: qui & hi multi sunt paucis: multi præcii contemnendi. Beati pauperes spiritu. Beati pacifici. Prodigiosus hactenus agitur: ꝓdigiosior iminet annus Quottidie dices: Quottidie audes. Non putaram.

Marsilius Ficinus Reuerendissimo in Christo patri & Domino suo Domino Ioanni Cardinali Aragonio Ferdinandi Regis serenissimi filio suppliciter se commendat.

a Lfonsus Rex fœlicissimus auus tuus Venerande pater nuꝑ Ferdinando patri tuo fœlicissimo Regi oraculum effudit ex alto anglica lingua. Marsilius Ficinus (nescio quo spiritu raptus) interfuit Audiuit: seruauit: atq3 oraculũ ipsum angelica tũc ab Alfonso lingua ꝓnunciatum: ipse in linguã humanã tibi hodie transtulit. Eo videlicet consilio vt primũ (si placet) ipse legas. Deinde ad patrẽ tuum Serenissimum mittas vt quæ superioribus diebus ab Alfonso solis mentis oculis auribusq3 percepit: iã nr̃a oꝑa ipis quoq3 corpis auribus oculisq3 accipiat. Nemo aũt mireẽ oraculũ eiusmoi q̃uis in excelsum Regii cardinalis Serenissimiq3 regis ipsius cõspectũ sit ꝓditurũ: tamẽ absq3 humanis ornamentis vllis incedere. Quod eñ diuini solis: id ẽ supne veritatis splendore vestiẽ conari vestibus humanis induere: nihil esse aliud arbitror: q̃ purum solis ipsius lumen crassiore quadam caligine nu-

bium circũfundere.

COMMENDAREM tibi patricꝫ tuo archiepiſcopũ almaphitanũ noſtrum longe omniũ commendatione digniſſimũ. niſi eum ſcirem merito tantæ apud nos auctoritatis eſſe. vt ipẽ & Marſilium ſuum & alios ſæpe permultos ſit vobis cõmendaturus. Pridie kl'as Martias. Mcccclxxviii. Florentiæ.

Oraculum Alphonſi regis ad regem Ferdinãdum inter illos primum anglica lingua pronũciatum. deinde vero in linguã humanam a Marſilio Ficino tranſlatum.

a Lfonſus Rex fœliciſſimus Fœliciſſimo regi Ferdinando filio ſuo: pacis olim ſeruatori iamiam auctori congratulans in ipſa pace. Veram ſalutem victoriam certam. integram gloriã gaudium plenum vaticinatur.

Deſcenſus animorum.

q Vid nam adeo ſtupes. o fili quid horres. Tam facile tam propitius huc aduolo quotiens mihi placet ꝙ facile. ꝙ ꝓpicii ſtellarum ſoliſcꝫ radii iugiter ad nos vſcꝫ deſcendunt. Necꝫ radii ſiderum dum ad vos dimittũtur ſua ſidera deſerunt. Necꝫ ſupne mẽtes. dum vobis aſpirant. ſuperna relinquũt. Animaduerte queſo fili du ciſſime. quantũ cœlicole pace tanꝙ cœleſti alimonia gaudeãt. Nẽpe cum primum de pace. quæ iam pridem inuida quadã ſorte turbata eſt. omnino reconciliãda cogitare cœpiſti repente vel ſola hac cogitatione tua quaſi eſca ſuperis ſuauiſſima prorſus illectus huc aduentaui. Ergo ſtupore omĩ atcꝫ horrore procul expulſo intentis auribus aſta & ſerua quod cœlitus audis. velut oraculum alta mẽte repoſtum.

Quam grata pax ſuperis.

q Rincipio dilectiſſime fili necꝫ de mea ſorte hactenus audiiſti quicꝫ: necꝫ tuam plane vnꝙ intellexiſti. At hodie tanꝙ pacis non modo ſeruator (vt olim) verumetiam maximus auctor iam factus es celicolarum iudicio dignus. cui ipſa pondatur domus omnipotentis olimpi. atcꝫ tam tibi prouidentie ipſius ordo pulcerrimus ꝙ inde conſonans fatorum ſeries referetur.

Animus diuinus.

a Ge iam mentem Ferdinande tuam in ſeipſam relictis ſenſibus circulari quadam ſuiipſius animaduerſione reflecto. Videbis protinus mentem tuam quando in ſeipſam dimiſſo corpe flectitur. eſſe incorpoream quandam ſperam: cuius circũferentia quidem. id ẽ intelligentia & voluntas per incorporea voluitur. Cẽtrum vero. id eſt vita atcꝫ ſubſtantia corporis alicuius cardini nõ innititur.

Deus. Angeli. Animi.

a Ge iterum tuo iſto lucidiore mẽtis circulo quaſi ſpeculo quodam ſpeculare ſpeculando ꝗ attinge in mundo vbicꝫ atcꝫ vn-

diq; extra mundum spericum intellectum. speramq; intelligibilem. cuius centrum quidē sit vbiq; dum infinite penetrat vniuersum. sed circūferētia nusq; dum infinite supeminet vniuersum. Eia speculare diuinam formam formarū omniū fontem formam vniformē omni formē. Formam mētibus omnibus passim præcipue puris tāq; speculis obuiam. Hic tibi coruscat deus ille deorum. p̄ter quem nullus verus est deus. Hic exuberat æterna bonorꝝ bonitas malorꝝ penitus expers. Hic lucet immensa lux luminū solq; mētiū reliquarū. In quē ferme nō aliter & angeli q̄ stelle & aīq̄ luna ī solē vndiq; reuoluūt.

Immortalitas animorum.

Terni huius solis radii quidam sempiterni sunt hominū mē e tes caliginosa nube corpis circūfusæ. Sed in suū se solem cogitatione & affectu p arbitrio reflectentes. Ita profecto resiliūt. sicut ab initio suo inde psilierunt. Ergo cum possint aliquando medio quouis sublato in solem suum tam rite contēplando q̄ recte amando refluere pculdubio inde absq; medio effluxerūt. Videlicet ab ipa æternitate proxime sine dubio sempiternæ. Quæ tūc immortalitatem suā clarius patefaciunt. quando mortalia tanq̄ minima p̄cipue æternorum gratia paruipēdūt. Præterea immortalia put sunt immortalia capiūt. Immortalitatemq; ipam. i. deum sub ipa immortalitatis ratione certa quadam argumētatione percipiūt.

Prouidentia dei.

s aūt deū cūcta vidētem vidētibus puidet an omia deus. Sa b ne si deus ē (vt certe ē) oim cā sup oia nimirū ē & oia. Si ē simplicissim⁹ qd summa ptās ōndit certe nō aliud ī eo est videre q̄ esse. Igitur quia omia est ideo facillime in se cūcta discernit. si optimus est qd nemo dubitat. merito videre in eo nihil ē aliud q̄ prouidere. Quapropter cūcta videndo pfecte puidet vniuersis. Præcipue vero mētibus. q ipm & in singulis videt. & super omia colunt:

Fatum & arbitrium.

Aeterū vt ad sortē nr̄am deniq; reuertamur. deus ille deorꝝ p̄ c ter quē nullus verus ē deus. solus mihi mentē largitus ē. mētem sese in deū pro arbitrio cōuertentē. Corpus aūt lucide mētis vmbrā (iubente deo) Capricornus adiunxit. spūm vero q mentis corpisq; nodus ē. Capricorni dn̄s saturnus infudit. genius thronorꝝ comes me q̄ntū deo pui rexit & duxit. Vixi eqdem apud mortales olim inter laborē sp & gl̄iam. Laborē qdē (vt plerūq; fieri solet) intulit ardētior imperādi cupiditas. Gl̄iam vero singularis magnificētia & incompabilis magnanimitas attulit. demum mirifica tū pietate in deū tū clemētia in hoies tanq̄ duabus alis (genio duce) in cœlestem p̄riam reuolaui. Vbi meo oimq; p̄ri fœliciter restitutus vitā beatam thronis quodāmō sīlem ago. q saturni sperā in primis exornant.

Paradysus cœlestis.

q Ic nobis inter innumerabiles spūs qui ambrosia vescuntur & nectare. datum est epulis accūbere diuū. Hic & si suum cuiq3 certum sydus familiarius esse videtur. singulis tamē pro arbitrio non aliter q̄3 radiis quibusdam peruiū atq3 perspicuū est vniuersum: Putatis o ceci vos in terris cœlum ipm & stellas videre sub crasso aere non aliter q̄3 si pisces idem arbitrentur sub gurgite vasto. O quantum vestra hæc ridicula nimium vos fallit opinio. Sane pisces imo non celum ipm sed aquam nō pura cœlestiū lumina sed exiguas eorum ymagines quasdam vident in aqua semper lutulenta iam fuscas. Idem: contingit vobis o miseri sub aere crasso & tamē cœlestia valde miramini iam vobis facta terrestria. Quātum & diurnū lumē noctis tenebras & circūferētia centrū superat. tātum ætherea: nobis sunt lucidiora & maiora q̄3 vobis. Quid de stellaꝝ innumerabilium copia dicam vobis ignota. Quid de mirabili motuū diuersitate & ordine vobis incognito. Quid de inestimabili harmonie illius suauitate. Quā reddit varius speraꝝ motus globoꝝq3 omi cōsona tpatior.

Paradysi supercœlestis.

s I forte domũ custodiendã vel seruandũ depositũ vel pascendas oues:aut agrũ colendũ sis alicui traditurusq̃ res ne ditissimũ quẽlibet vel potentissimũ:An potius illũ p̃ceteris eliges: q ea ipsa(quã tua res postulat)p̃ditus sit facultate:Hunc ipm dũtaxat (si sapiẽs)igit̃ custodiendã domũ:depositũq̃ seruandũ soli prudẽti:forti iusto fidoq̃ committes.Pastori siỻr ea irreprobatissimo pascendas oues: Agrum quoq̃ optimo cuidam agricultori colendum(si sapies)cõmẽdabis.Præterea si quem tibi filium cupies adoptare nunq̃d fortunã ei9 externam potius q̃ ingenium & virtutem considerabis:Empturus seruum nũ serui vestem pluris q̃ corporis firmitatem animiq̃ fidem & diligentiam æstimabis: Empturas equum falleras ne pictas pulchrũue frenum an multo magis æquæ mẽbra dexteritatemq̃ diligenter inspicies Fundaturus domum nunquid in harenis q̃uis aureis an potius in saxis iacies fundamenta. Filia tibi(vt audio) nubilis est:filia his omib9 quæ supra narraui:longe tibi carior atq̃ præciosior.Animaduerte quæso quid facias diligenter.Ibi enim grauissime erramus:vbi palam semp q̃ repræhendi errata potiusq̃ corrigi possunt.Ibi periculosissime cadimus:vbi ruenti semel deesse videtur omnis resurgendi facultas.Ibi dolemus amarissime vbi & nostra culpa dolemus & semper opinamur nobis fore dolendum. Quid est autem:filiam nuptui tradere:Nisi eam marito custodiendam seruandamq̃ & pascendam colendamq̃ committere:Hæc autem oĩa fortuna mariti pollicebitur quidem:sed sola virtus ipsa præstabit. Nemo magis cæcus:q̃ qui cæcam fortunam q̃si du-

cem sequitur. Nemo sæpius fallitur q̄ qui fallacissime credit: fortune p̄missis. Proinde eligere generū nōne ferme idē ē: atq̄ filiū tibi aliquē ad optare? Aut hominem emere qui tibi obsequio: imo & ornamento (q̄tiens oportuerit) esse possit aut tanq̄ edificiū quoddā affinitatē ipsa m tuis commodis stabilire. Superiora exempla satis ostendere possunt: q̄ em vir prudens generum sit quæsiturus: qualem quoq̄ ducturus vxo lrem: Epistolam iam vna cū Themistocle Plautoq̄ concludam. Siue generum electurus es: ita sapiens Themistocles consulit. Malo virum qui pecunia egeat: q̄ pecuniam: quæ viro siue accepturus daturusq̄ nurum aut vxorem ducturus (scitus sic admonet Plautus) Satis dotata venit Si morata venit Vale.

Magnos magna decet.

Marsilius Ficinus Reueren. in Christo Patri. Dn̄o Francisco Soderino Episcopo Volaterrano Se commendat.

Scribo frequentes (vt fit quotidie) ad multos epistolas: Sed audi venerande pater quid iamdiu hac in re mihi contingat: atq̄ id quidem proculdubio mirum. Nunq̄ meus me stimulat genius: vt quæ scribo ad multos: aliquando ad soderinum exscribam meum: virum certe perpaucorum. At quotiens ad principes & antistites magnos molior aliquid ad Cardinales ad Pontificem: ad reges: totiēs munus idem ad Soderinū mittere subito genius ipse iubet atq̄ impellit: vtpote qui nescio quid magnum Soderino meo iamdiu augeretur; & optet. Forte etiam hac ratione monet: ne putem me magnis vnq̄ verē satisfacturum. nisi huic vni qui reuera muneribus dignus est magnis pro viribus satisfecero. Lege igitur nostram hanc quam mitto ad Mathiam Pannonie Regem epistolam: vtinam regiam. Cura valitudinem diligenter rebusq̄ te serua secundis. xxx. Nouembris. Mcccclxxx.

Nihil magis adhortat̄ nos ad virtutis amorem q̄ species ipa virtutis.

Marsilius Ficinus Bernardo Bembo Veneto. S. D.

Cum vellem superioribus diebus familiares meos ad ardentem vere virtutis amorē verbis (vtcunq̄ possem) q̄ breuissimis cohortati: conatus sum pulchre mentis imaginem ex cōgrua quadam formosi corporis similitudine Platonicis quibusdam (vt soleo sæpe) coloribus pingere. Verum dum pulchri animi corporisq̄ simℓ imaginem exprimere conor inter pingendum ob imperitiam: & inertiam pingendi meam: non tam imago ipsa (quam optabam) exprimitur q̄ vmbra resultat. Vmbram vero omnem cogi semper rem ipsam: cui⁹ ēst vmbra: sequi adeo certū: est vt si quis id ignorauerit is solus non homo esse reuera sed vmbra hominis videat̄. Igitur vmbra eiusmodi (vt idem iam sæpius repetam) cum primum apud nos oritur: relicta Florētia: ve

netias vsq Bernardi Bembi hinc abeuntis vestigia sequi compellitur. Si quando Bembus eam retrouersus a tergo sequentem aduerterit repente in ipsa seipsum quatum ex vmbra datur: Cognoscet. Praeterea ob similitudinem quandam. Subito Hermolai Barbari recordabitur: Hieronimi quoq pencii nostri (vt arbitror) interea non oblitus. iii. Nouembris. Mcccclxxx. Florentie.

Commendatio non vulgaris: Ciuis institutio non vulgatur.

Marsilius Ficinus Reueren. in Christo Patri Domino Gentili episcopo Aretino se commendat.

Vicunq venerande pater intelligunt q antiqua simul & q viridis semper sit amicitia nostra: putant Marsilium gentili suo varias plusq mille amicorum necessariorumq causas iamdiu commendauisse. Nullam tamen hactenus commendauit. Vtpote q nescio quo siue instinctu siue spiritu praesagiret causam Ioannis marie auunculi sui necessariorum omnium dilectissimi se quandoq commendaturum. Ipsiq auunculo quicquid esse momenti in decem commendationum millibus potuisset iam designaret. Si igitur huic vni gratificaberis in hoc vno decies certe millies te mihi gratificatum existimato: Neq tamen id peto nunc ab episcopo meo atq eo quidem iustissimo: vt ob amicitiam nostram quae iustitia ipsa coepit & permanet: aliquid vnq quod minus iustum cuiq videri possit: efficiat. Absit Venerande pater: absit procul a nobis: quo placeamus homini: Deo interim displiceamus: sine cuius splendore vel gratia: neq alia nobis: neq nos aliis: neq ipsi nobis: neq deniq deo possimus vllo pacto placere. Sed de his hactenus.

Dici non posset quantum probem Laurentium medicem Petrum primogenitum suum gentilis magistri quondam sui discipline dedicauisse. Spero enim puerum istum educatione eiusmodi: senem breui vel in ipsa puericia euasurum. Quo nihil antiquius: nihil magis necessarium Plato noster esse illis existimat: qui reipublice gubernacula sunt foeliciter accepturi (Neq id quidem iniuria) Nempe si quaelibet ars vel minima statim ab ipsa puericia nobis discenda est & pro viribus exercenda nimirum publica gubernatio omnium artium domina atq difficilima a teneris vnguiculis quantum per aetatem licet ediscenda est: atq vt ita breuissima pro viribus longissime arti & discipline sufficiat: facultas eiusmodi vna cum ipso spiritu cum ipsa vita (vt ita dixerim) est incohoanda. Conandumq in primis: vt qui caput aliorum quasi membrorum futuri sunt: tantum saltem sapientia prudentiaq caeteros superent: quantum caput ipsum subiecta sibi membra sensuum copia & perspicacia superant: vt rationem ipsam modo pretermiserim solo in capite dominantem. Meminerint quod semper nos neq pedibus neq manibus vnq sed solo capite cogitare. Ideoq qui student esse caput: eos necessario vt & sibi & aliis omnibus cogitare atq consulere pos

sint:nunq̄ prudentum cogitationum vacuos sed plenos semp esse debere. Alioquin quisquis cogitationum pōdus tanq̄ difficile nimium (dum ipse caput ipsum est) ponere cogitet: ponere simul & caput necessario compellat. Verum quid ego hæc de gubernādi facultate prudentiaq̄ tam multa ad eum virum. Qui nō modo prudētius hæc intelligit q̄ marsilius: sed & facit ergo Vale.

Commendatio non vulgaris.

Hemo ardētius amandus q̄ qui musas ardenter amat.

Marsilius Ficinus Angelo Politiano Poetæ Homerico. S.D.

Lamannus Donatus noster iam pridem ore illo Politiane suo
a (nosti hominem) ore rotūdo: altius hunc in modum nostris auribus insonat. Commenda præcor p humanitatem Marsilii tuam: Commenda obsecro p sacrum istum amorem in me tuum: qua obsecratiōe nulla sacratior. Commēda q̄ primum alamānū tuum Politiano: cum vero tam ardentis tamq̄ ptinacis petitōis siue flagitatiōis potius ab eo causas diligēter exquiro: ille similiter rursus ingeminat. Cōmenda Ficine modo. Commenda q̄ primū. Causam aūt tam exoptatæ cōmēdationis adhuc explicat nullam. Ego igitur causam eius: qui nullam petitionis suæ causam affert: sine causa similiter tibi cōmendo. Sed caue Politane putes præsentem. Commendationem ob hoc ipsum q̄ carcere causa videatur esse leuissimā. Ego em̄ contra ob id potissimum tibi grauissimā videri volo. Nempe summū apud philosophos i quolibet rerum genere illud habet: quod in eo ipso genere causam nullam habet quasi nō ab alio vllo sed a seipso dependeat. Quobrem cōmendatio præsens cuius nulla præter ipsammet tibi adducitur causa summa apud te cōmendationum omniū censeatur. Et si alamannus ipse (sicut plerumq̄ solent) quia quodvis concitatius efferuntur clamitat solum eundemq̄ clamorem sæpius iam auribus nostris ingeminat: clamoris autem sui rationis vllas: lingua sub rapidissimo cordis affectu hesitante: plane explicare non potest: Ego tamē indiciis certis adductus: opinor eum in sano quodam amore musæ alicuius formosioris accēsum ardere iam totum: Atq̄ vehemēter optare: saltem gratia Politiani musarum sacerdoti amicitiamq̄ inire. Quo quidem cōciliatore amata qn̄ q̄ musa facilius potiatur. Omnes vt secum studiis p talibus annos Exigat: & pulchra faciat se prole parentem. Vale sed anteq̄ epistolam obsignē (Teste angelo) te p̄dico huic alamāno: si qn̄ tāto huic officio meo minus officiosus gratusq̄ videbit: qd̄ absit: ei me sic prsus exprobaturū. Ha nimis ingrate: dicā. Nōne satis a me tibi factum quondam existimabas si te musarum saltem sacerdoti conciliauissem: At ego quando te Politiano meo cōciliaui: nō tam musarū sacerdoti q̄ ipsis musis (quod multo magis est) videor cōmendasse.

Pictura malæ mentis & bonæ. Item ignorantis & doctæ.

Marsilius Ficinus Laurētio Medici Iuniori Viro Magnanimo. Salutem dicit.

Vdiui Leurenti iam diu homines malis imbutos moribus tibi admodū displicere. Audiui & nuper te ob hāc præcipue causam placere bonis: quia displicent tibi mali. In illo equidem te valde ꝓbo: In hoc autem tibi magnopere gratulor: Nulla eē ad bonū via breuior: nulla cōmodior q̄ odisse malum: Nullum certius sani gustus iudicium: q̄ sapores illos: qui sanitati noxii sunt: aspernari. Nulla vel securior vita vel glīa firmior q̄ a bonis prudētibusq̧ amari. Quos enim probi prudentesq̧ viri amant: praui etiam tandem honorare coguntᷣ. Vt aūt mali hoies non tantū tibi odio; sed etiam horrori sint: cupio (si modo placet) parump attēdere teterrimam miserrimamq̧ flagitiosiorum vitam tibi (vt aiunt) digito demonstrare. Talis Laurenti est animus moribus peruersis infectus: qualis silua passim sentibus aspera truculentis feris horrida venenosis infesta serpentibus: Rursus quale est mare tumidum: contrariis inter se ventis seuisue ꝓcellis fluctibusq̧ iactatum. Præterea quale corpus humanum tam extra omnino deforme: q̄ intus ingentibus diuersorum membrorum doloribus cruciatū. Contra vero mens moribus optimis exornata: talis est ferme: qualis exultus ager & fertilis Quale trāquillum pacatumq̧ mare. Quale corpus humanum tam pulcerrimum q̄ firmissimum. Vidimus amice primum: quandam male mentis vmbram: deinde contrariam bonæ mentis effigiem. Illam cum primum ꝑspicue cernimus non vehementer horrere non possumus. Hanc vero nō mirabiliter amare venerariq̧ nequimus. Quid est autem aliud virum bonum euadere? Quam & hanc obnixe sectari simul & ab illa pœnitus abhorrere. Cæterum dic amabo optime Laurenti: vis ne quemadmodum malum bonūue animum pauloante considerauimus. Ita deinceps mētem aliquam ignorantem. Rursusq̧ doctam aliam: vna mecum clarius intueri? Immo vero desideras vehemēter (vt arbitror) atq̧ ego itidem tibi breuiter ostēdere cupio. Talis certe est mens ignara veri: qualis luna quando inter ipsam solemq̧: interposita terra: æclipsim patitur. i. solis splendore priuatur. Iterum qualis ē nocturnus nubilus frigidus aer. Postremo quale corpus humanū cecis oculis: surdis auribus: linguaq̧ muta. Contra vero mentem: & scientia rerum ꝓditam: & verborum copia pollentem haud aliter se habere putamus q̄ vel lunā solis lumine plenā: vel diurnum aerem & serenū abūde lucentē moderate calentē. Vel deniq̧ corpus acutis sensibus expeditaq̧ lingua. Quisquis aūt imperitā mentē cum primū turpissimā eius effigiē siue vmbrā videt non subito fugit: nihil fugiet. Quicunq̧ vero peritā: vbi apparuerit: nō sectatᷣ ardenter: nihil vsq̧ video quod sectetur? Perge igitᷣ mi Laurenti. Perge queso:

Fuge (vt cepisti) iam pridem. Heu fuge ꝓcul terrā illam & miserabilē improbe ignorantiſq; mentis imaginē. Eya sectare totis viribus (sicuti facis) magis semp magiſq; in dies: boni sapiētiſq; animi speciem lucidā atq; beatā. Vt quantū & ab initio natura: te & deinde fortuna locupletauit: tantum ipe saltem tua te industria locupletes. Ne forte cum cæte ra omnia tibi ad votū tam natura q̄ fortuna suppeditarit: aliqn̄ tibi ipe tantū defuisse alicui videaris. Atq; cū circa te tua omnia agri edes. suppellectilia: vestes: membra deniq; corporis singula splendeāt ferme tā q̄ stelle: tu quoq; animo & morū & lrarum radiis refulgere: non aliter inter hæc oia videaris: q̄ inter stellas sol ipse lucere.

Commendatio litteratorū nō vulgaris.

Marsilius Ficinus Iacobo Lanfredino ciui legitimo. S. D.

s I vulgari ad Iacobum meū lingua scripsero: ꝓculdubio bis erra uero. Si quidem & ad virū. & ad amicū nō vulgarē: vulgaria mi sero. Ergo latina: vtcunq; potero: scribam: modo ne sim Barbarus dum latinus malo esse q̄ Florentinus. Sed quid nam potissimum scribam? Si res meas in præsentia commendauero: forte in amicitia diffidentior sim minus: certe in re familiari confidentior esse videbor. Sed malo nimis rei familiari confidere: q̄ vllo pacto amico diffidere. Q̄obrem nō ṗcabit: nunc epistola sed gratulubitur. Haud tamen Lanfredino meo cuius humeris: q̄ vis robustis: pondus ingens nup senatus imposuit: immo potius litteratis. Quibus em̄ humeris atlas celū substinet stellis ardētibus aptum: iisdem certe Iacobus noster viros cœlestium cōtemplationi deditos substinebit. Profecto cum & ipse primū a musis nutritus fuerit: & deinde filium suū Anthoniū musis almis alēdum a tenera ætate deuouerit: atq; ille patri fœliciter hūc aluerint: nimirum vtpote musis gratus oēs earū alumnos: tanq̄ fratres vbiq; libenter agnoscet: eosq; omni studio opaq; seruabit.

Non verbis amori: sed fide respondendū.

Marsilius Ficinus Anthonio Lanfredino. S. D.

a Ccepi ab Iacobo patre tuo simul atq; abs te litteras elegantie amoriſq; plenissimas. Quoniā vero iesum sæpe clamantem audio: ego & pater vnum sumus: icirco vna tantū patri filioq; simul epistola respondebo. Amor omnis amici optimi (queadmodum ꝓuerbio fertur) fidem postulat. Igit̄ amori summo erga me vero summa quadā fide ꝑ viribus respondere decreui. Quod si illis ꝑfecta fides testibus indiget: certe fidei erga vos mee hoc potissimū mea ep̄la testimoniū feret secū volumen ipm̄. s. a nobis de vera fide cōpositū.

Frustra scribit: qui ita scribit: vt a nullo intelligat̄.

Marsilius Ficinus Bernardo oricellario. S. dicit.

ç Vm meo libro: quē de curāda lrātorū valitudine nup cōposui: multa nouaq; de atræ bilis humore: ea qua potui subtilitate dis

putauissem: nonnulli familiariũ obiecerũt me frustra duabus de causis tam multa de hoc humore disseruisse. Tum quia forte nullus cõprehẽsurus ea pœnitus videret. Tum quia nusq̃ fœlix illa melancolici ingenii tẽperatio: quã ibi effingere potiusq̃ narrarẽ repiri posset: haud aliter q̃ beatus ille Zenonicus vł platonica illa resp. vel Tullianus orator Itaq̃ mi Bernarde grauiter nõ dolere non poterã meã hanc diligentiã siue potius curiositatẽ fore vanissimã. Sed heri Petrus Guicciardinus noster Iacobi ciuis clarissimi filius & obiectiões illas cõfutauit facile & me ea (quã inde cõceperã) molestia liberauit. Siquidẽ librũ nostrũ vno (vt dicit̃) spũ plegeris: tam subito singula cõprahendit: tam memoriter retinet vt & illa omnino intelligi posse ostenderit & fœlicissimũ ingeniũ illud a nobis optatũ extare iam in eo potissimũ hoiem: qui ita intelligit meminitq̃ plane mõstrauerit. Et si mihi is vnus sufficit testis locupletissimus me videlicet aut vana cõposuisse tñ quia iudex duos saltem in causa testes solet exigere. Lege p̃cor & tu librũ nostrum optime mi Bernarde (quod quidẽ si feceris) spero alterũ mox meæ causẽ testẽ nõ defuturum. Vale.

Quod immũdus sit hic Mundus q̃ falsus q̃ fallax.

Marsilius Ficinus Locterio Neronio compbilosopho suo. S. D.

IAm pridẽ verus & verax ipse genius noster Marsiliũ iubet ad locteriũ Neroniũ & virũ humanissimũ & amicũ verissimũ omniũ scribere nõ nihil quod sit inter humana maxime verũ. Verũ quærenti mihi eiusmodi aliquid quod tanq̃ verissimũ ꝓbari possit neq̃ facile satis inuenienti genius idem ostẽdit: nihil inter hæc inferiora: cum reuera sint falsa posse vnq̃ verius inueniri q̃ id vnũ: videlicet hec omnia (ita vt sũt) ꝓculdubio falsa putare. Quo eñ pacto in mũdo põt mundanũ (vt ita loquar) aliquid esse verum: Cum mũdus ipse sit falsus: siquidem est immundus. Forte cum creauisset deus eiusmodi globum: quasi rotundũ pomũ aliquod: quale id quod pomũ malum vulgo nominare solemus: videretq̃ esse nimis immundũ: vtpote qui ex immundissimo chao (vt poetarũ aliquis diceret) esset eductus: statim ab ipsa sup̃ficie mundi q̃si mali pomi mundare purgareq̃ cœpit. Putamina vero in centrum medium ad nos miseros suo põdere deciderũt. Si qua igitur in vniuerso sunt munda cœlestibus tamen donata sunt. Nobis aũt sicuti par est: non munda: sed (vt loquar) quisquilie quædã & putamina cõtigerunt. Hinc xpiani illud. Ve terræ ac mari qm̃ ad suos cecidit diabolus ira furens. Rursusue mũdo a scãdalis. Necesse eñ est vt scandala veniãt. Hinc illud platonicũ: cõtraria bona mala esse necessarium est. Cum vero apud superos esse mala non possent regionẽ hanc inferiorẽ necessario circũeunt. Nullũq̃ nobis aliud dat̃ remediũ q̃ hinc illuc q̃ celerrime purissima quadã vitæ diuinæ similitudine fugere. Nã (vt ẽ apud hesiodũ) Plena malis tellus plena & sũt eq̃ra ponti.

Sed nec cœlestia etiam corpora esse purissima Platonici opinant: si ad illa quæ sup cœlũ sunt cõparent. Nã multomag quæ sunt sup cœlũ puritate cœlestia supant q cœlestia illa hæc quæ supercœlestib collocant. Quobrem & si non licet idem omino cum maniceis sentire de mundo liceat saltem cum iisdem aduersus eum ita clamare. O immundissimũ mũdum. Qui eos inquinat fœdatq potissimũ qui ipsum auidius: & arctius amplecti conantur. O mundum falsissimum. fallacissimum ingratissimum: qui tanq totus (vt ait Iesus positus in maligno) illis mentitur: sæpius illos fallit magis & maxime lædit: qui fidem spem: amorẽ obsequium in eo præceteris collocant: & quasi anguilla quædam: immo lubricus anguis infortunatas nimium constringentium palmas celerius: q exprimi perlabitur simul & in faciem eorundem inuolans mordet ptinus atq fugit: & absens absentem morsu paulopost perimit venenoso. Verum ne forte declamatores quidam audatiores siue inepti poti videantur: missa hæc oratoria in præsentia faciamus: & quibus potissimum rationibus primum: deinde quorum præcipue auctoritate freti: hæc de immunda mundi huius inferioris machina sentiamus in mediũ ea breuitate (quã exigit epistola) pducamus.

Anima in corpore dormit: somniat. delirat: egrotat.

e Xperimur in nobis non solum quotidie verũ ferme qualibet hora: quotiens pauculus quidam vapor aliquanto crassior: & humidior ab inferiorib corporis partibus exalans caput ipm petit: Cerebiq meatus opplet statim nos somno grauari mox etiam in somniis ymaginibusq deludi: Experimur quoq nonnunq (si vapor aliquis bilis atre quam melancholiam græci vocant arcem corporis obsederit expugnaueritq) statim reginam inde nostram ipsam videlicz rationem (vt ita dicam) præcipitari: ac manifesta homines insania corripi Si fumus quidam exiguus: tãtam in nobis vim habet. Si tam leuis motus nos tantum mutat: quantomagis censendum est cœlestem immortalemq animum: quando ab initio ab ea puritate qua creatur momento delabitur: id est quando obscuro terreni moribundiq corporis carcere clauditur: tunc (vt est apud platonicos) e suo illo statu mutari: qppe qui tunc non vno & consueto tantum humoris alicuius fumo: Sed omnibus pariter nouisq humorũ omnium vaporibus atq ipsa insup humorũ membrorũq insueta mole grauat. Præterea informi illa materia quæ a formosissima mentis forma diuersissima est: tanq flumine lætheo submergitur. Quobrem totum id tempus quod sublimis animus in infimo agit corpore: mentem nostram velut egram ppetua quadam inquietudine hac & illac sursum deorsumue iactari. Nec nõ dormitare semper delyrare pythagorici & platonici arbitrant: singulasq mortaliũ motiones: actiones: passiones: nihil esse aliud q vertigines egrotantiũ

dormientium somnia:insanorum delira menta:vt non iniuria Eurypides hanc vitam:vmbre somniũ appellauerit. Proinde cum fallãtur omnes ii tamen minus falli solent:qui interea quãdoq;:ita vt interdum fit in somno:suspicantur secumq; ipsi dicunt. Forsitan non sunt vera: quæ nunc nobis apparent. Forsitan in præsentia somniamus. Quicunq; inter somniãtes sic est affectus talis certe est ad alios qualis apud inferos ab homero dicit̃ esse Tiresias. Solus inquit iste sapit. Cæteri vero oẽs velut vmbre volitãt imo vmbræ volitãt. Hic diuus dauid ĩ excessu mẽtis exclamat. Oĩs hõ mẽdax. Hic sapiẽtissimus Salomon parump ante alios experrectus & resipiscens vociferat̃. Vanitas vanitatum dicit Ecclesiastes. Vanitas vanitatum & omnia vanitas: Hic Hieremias ita sapientes insipidos admonet. Vidit deus cogitationes hominũ vel sapientum esse vanas. Hic xp̃s vitæ magister:nõ est inquit in hoc mundo regnum meum. Xp̃s ipse cum esset omniũ rex æternus vtpote & p quem & ad quem facta cuncta fuissent ideoq; esset heres ab eterno. Rerum omniũ constitutus:tamen quæcunq; sub rapidissima cœli vertigine absq; vlla stabilitate fluunt & fluctuant:atq; aduersa quadam mixtione contrariorum confundunt̃ & prorsus inficiuntur talia inquam xp̃s sua esse negauit:quasi talia reuera nõ sint:sed falso nobis esse appareant:egrotis videlicet & dormientibus atq; delirantibus cum hæc tẽporanea haud quaquam res ipse sint:immo rerum vmbre duntaxat rerum:scilicet eternarum. Quicũq; vero simulacra pro rebus ipsis admittunt:hi sine controuersia tanq; ebrii vel phrenetici vel dormientes vmbris:& in somniis illudunt̃. Hi nimirum: Errant obscuri sola sub nocte p vmbras: Perq; domos ditis vacuas & inania regna. Platonem inquit orpheus in somniorum populo apud inferos dominari. Inferos autem pythagorici omnẽ sub luna regionẽ præcipue nuncupant. Noluit xp̃s noster (vt arbitror) se somniorum deliramẽtorumq; regem similiter appellari. Iure igitur optimo mundi huius inania regna respuens ita nostris auribus insonare videtur. O demẽtes nimiũ mortalium mentes. O pectora ceca: quo ruitis? Quid tam trepide hinc expauescitis phanatice mentes? Quid anxie inde sectamini? heu misere nõ ne videtis? Insanus vbiq; vos agitat furor. Hinc false malorum vmbre vos terrent. Inde vane rapiunt vmbre bonorum. Passimq; inter ludicra sp & terriculamenta iactamini. Neq; minus bonorum vana cupiditas q̃ falsorum formido malorum solicitat incensos furiis animos & fatigat. Vnica vero tot tantisq; morbis medicina est: diuino medico credite vt expgisci prorsus & vigilare semper vel saltem eos qui dormiunt dormientes existimare. Q̃obrem Surgite iam e somno miseri tam profundo. Surgite inquã ex infœlici somno fœliciter. Respirate filii tandẽ. Vigilate filii mecum: Resipiscite iam & sapite mecũ. Vt eadem qua & ipse quandoq; ipsi quoq; pro viribus fœlicissima luce & veritate fruamini.

Aut saltem interea donec expergiscamini: interdormiendum nonunquam ita vobis cum dicite. Forsitan non sunt vera quae nobis occurrũt. Forsitan somniamus. Sic enim vos in somnia vestra vel quae bona videntur minus fallent incendent defatigabunt: vel quae apparent mala: minus certe terrebunt.

Res vere sunt in mundo inuisibili: In mundo vero visibili sunt vmbre rerum.

Pere praecium fore arbitror iam Platonis ipsius verbis ex septimo de rep. libro translatis mysteria quae supra narrauimus: confirmare. Finge inquit quandam sub terra speluncam. In ea homines nutritos a puericia ita ceruicem & manus a tergo pedesque colũnis quibusdam alligatos: vt neque moueritque vsquam neque alia nisi quae: e cõspectu in opposita speluncae parte apparent aspicere possint. Post tergum vero superne lampas accẽsa sit. Atque inter lampadem & illos qui ligati sunt: alii multi deambulent: loquanturque inuicem: ferentes manibus varia arborum animaliumque simulacra. Qui igitur ita vincti sunt nunquam reuera vel seipsos vel alia eorum quae narrauimus vlla videbũt. Sed solas vel sui vmbras vel aliorum quae propter ignem a tergo accẽsum tantum ante suos oculos in aduersam partem spelunce resultant. Quobrem nihil aliud aut se esse quam sui vmbras: aut alia aliud esse quam vmbras illorum existimabunt: aut lumen ipsum esse aliud quam exiguum illud quod ibi reflexum apparet opinabuntur. Si quis autem horum qui vincti sũt forte soluatur subitoque lampadem & alia sub illa quae sequũtur a tergo retrouersus intueri cogatur caligabit: protinus & dolebit. Ac propter splendorẽ intueri non poterit illa quorũ vmbras pauloante cernebat. Multoque magis id illi malum contiget: si a spelunca sursum ad coeleste diuinumque lumen repente trahatur. Quare non subito sed paulatim conuenientibus gradibus ab vmbris rerum ad res ipsas. Item a luminis imagine ad lumen ipsum est producendus: ita vt quae in spelunca sunt apud illos prius illic in aqua videat quam ibidem in seipsis inspiciat. Rursus quae extra speluncam apud nos sunt primo noctu hic ad Lunã in aqua similiter: deinde in seipsis terrena haec similiterque in coelo coelestia noctu itidem solum intueatur. Postea vero die tam solem ipsum quam quae sub sole videntur prius in aqua: post in seipsis illa: demum solem in coelo suspiciat Hac potissimum rõne singula sincere facileque discernit atque existimabit se caecum: deceptum miserumque fuisse. quando sub specu vinctus exiguis rerum vmbris fuerat occupatus. Proinde quae cõparatio est spelunce illius ad hunc mundũ quem visibilem nominamus: eadem ferme mundi huius ad illum quem inuisibilem diuinumque vocamus: Si quidẽ hic animae misere moribũdi corporis clausae tenebris & carcere caeco: neque seipsas vnquam neque alia vlla reuera neque verum solẽ: immo sui aliorumque vmbras & exilem quandam veri solis imaginem

intuentur. Veræ enim mentes: veræ res quælibet verus sol in mundo solum sunt inuisibili quæ si absq; congruis educationis disciplinarũq; gradibus repente intueri conerem: caligamus ptinus & dolemus. Cõuenientibus vero tum morum tum doctrinarũ tum tpis pducti gradibus sincere discernimus iudicamusq; cæcos illos & miseros qui falsis mundi huius vmbris imaginibusq; falluntur occupantur atq; premũtur. Veruntamen quando animus ab immenso inuisibilis mundi lumine in corpus obscurum regendum mouendumq; descendit nouis suæq; naturæ cõtrariis obrutus tenebris cecutire allucinariq; & diu titubare compellitur. Adde q; propter rapentinam maximamq; in deterius mutationem diu cogitur egrotare. Atq; ferme sic affici: vt ii qui propter amentiam vel somnum vel ebrietatem falsis imaginibus illudunt atq; vexantur. Aut certe nominaliter se habere q̃ si quis a solis lumine in cauernam illam quam descripsimus repente præcipitetur. Adeo eñ nouis tenebris offundetur vt aut nullo modo aut vix tandem sub exiguo illo cauerne lumine vmbras illas tantum quam narrauimus discernere possit. Præterea ob subitam illam & in peius mutationem ĩ morbos tam sensus q̃ corporis varios incidet. Hactenus Plato. Gaudeãt ergo mortales temere nimium gaudeant absq; inuidia: quando in scenis vel inopes ipsi personas diuitum induũtur vel etiam cum serui sint temen regum ibidem referunt maiestatem. Doleant quoq; frustra sed non absq; misericordia quadam doleant nimium quando in tragrædia nonnunq̃ alioquin ipsi forte non miseri: tamen miserorum eiulantiũq; gestus agere atq; egrotantium paruas gestare iubentur. Nos autem si varios illos miserosq; prorsus existimaremus qui decipiantur adeo vt tanq̃ in veris bonis malisue: sic in scenis modo gestiant & exultẽt modo etiam lamentẽt: multo certe vaniores ac miseriores mortales omnes esse censebimus: qui somno profundissimo consopiti vmbratilia bonorum malorumue simulacra pro veris bonis aut malis accipiunt: præcipue quouiam & si falso breuiterq; lætantur bonis falsis atq; volãtibus: tamen id quod admodum miserabile est: falsis mobilibusq; malis & vere dolent & diutissime cruciantur. Et merito quoniam vsq; adeo stulti se falsi permittunt vt anxiam hanc cœlestis immortalisq; animæ habitationem in terrena regione mortis veram esse vitã existimẽt Quam tamen manifeste vident a fletibus vagitibusq; statim auspicantem perpetuo deinceps quærimonia & extrema miseria confici. Contra vero quando animus immortalis mortali solutus corpore reuiuiscit tunc mortem subire putant quod falso nimis putãt. Tunc enim solum crebra morte iam mortua vera vita & sempiterna resurgit. Quapropter non absq; ratione apud gymnosophistas indorum philosophos atq; etiam apud getas Thracie populos lugebãt puerperia: na-

tiqꝫ deflebantur. Funera vero festa erant: & veluti sacra lusu cantuqꝫ cele brabant. Qđ quidē ab Hesegia & Plotino pbis cōfirmari videt̃ opinā tibus optimū esse mentibus moribundū corpus nō ingredi. Proximū vero postq̄ ingresse fuerit statim egredi. Sed de iis alias. Interea accedit alius quidā rursusqꝫ alius error. Nempe vel peregrinationē hanc tā sol licitam tanqꝫ laboriosam: stulte nimiū suam esse patriam opinantur Vel saltem & si perigrinari se dedicerūt sperant tamen interdū aliquā in ipo itinere se quietem cōsecuturos. Cum tamē ab ipsa repacissima cœli ver tigine iam satis superqꝫ admoneri & possint & debeant se ne momētū quidem vnū sub rapidissimo cœli cursu posse quiescere quandoquidē momentū quietis nullū ipsa mūdi machina naturaliter vnqꝫ habeat. Er go errare multum a vero mortales miseri se iam & agnoscant & desināt Sic em̄ iam pculdubio desinent laborare. Ergo incipiant quādoqꝫ imo vero qꝫ primū sapienter viuere: Nam ita demū vere viuere incipiēt atqꝫ fœliciter. Vale. iii. decembris. M.cccclxxx.

Marsilius Ficinus florētinus fingit Florentiā cōgratulari Danti pia Xp̄ofori Landini opa: iā rediuiuo & i patriā restituto & coronato.

Florentia iamdiu mœsta sed tandē læta Dāti suo aligherio post duo ferme sæcula iam rediuiuo & in patriam restituto ac deniqꝫ coronato congratulatur. Vaticinatus es quondā mi dantes in exilio constitutus forte tempus quo pietas superans impietatē fœliciter te patriæ redderet: atqꝫ in excelsa baptiste Ioannis æde sertis appollineis coronaret. Nō frustra auguriū uam docuere parētes. Si quidē nuper tuus pater appollo: & longū fletū meū & diuturnū tuū exiliū miseratus mandauit Mercurio vt pie xp̄ofori Landini diuini vatis mēti prsus illaberetur. Landineosqꝫ vultus indutus. Alma primū virga dormientem te suscitaret: deinde alarum remigio te sublatū membris Florentinis inferret: deniqꝫ phœbea tibi lauro tempora redimiret. Hodie tandem diuinitus impletum est mandatum phœbi: Mercurii Landiniqꝫ pium opus. Vaticinium Dantis: Florentie votum. Venisti tandem iter monstrante minerua: vie duce Mercurio. Clarissima poetarum omnium comitante caterua. Deniqꝫ ingredientem gratiæ te fœliciter ex ceperunt. Amplexus & oscula tibi pierides: tibi nymphe dedere. Venisti tandem modoqꝫ expectata parenti. Vicit iter durum pietas: dat̃ ora tueri Nate tua & natas audire & reddere voces. Sic æquidem ducebā animo rebarqꝫ futurum. Tempora dinumerans: nec me mea cura fefellit. O qꝫ pulchriorem qꝫue beatiorem nunc te dulcis nate recipio q̄ amiserim: Conuersus est tibi mortalis prior ille vultus in immortalem atqꝫ diuinum. Conuersa Florentiæ tuæ nox in diem. Conuersus Florētinis tuis mœror omnis in gaudium Gaudete omnes & exultate fœlicissimi ciues. quibus iam mirabiliter pro vno sole Sol gemin⁹ oritur: neqꝫ flāmis tamen sed radiis geminatis. Hodie fœlicitati nostræ cœlum ipium:

(nonne videtis) apertissime gratulatur. Suspicite o ciues parumper suspicite coelum. Ecce nūc ecce dum noster hic coronatur: Dantes panditur interea domus omnipotentis olympi. Empyræi cœli flāme nullis amplius visæ hodie nobis manifeste coruscāt. coronato danti gratulabūde: Proinde quem nam putatis esse tm̄ hunc. tam nouum tam dulcē: sonū aures nuuc vestras implentem. Profecto sonus sperarū musarumq; nouē nullis aliis auditus sæculis. hodie palā coronatōni Dantis applaudite. Eya audite dulces dominationū cantus a phœbi globo. audite rursum miros archangelorum hymnos ab ipso mercurii globo canentium. Gloria in excelsis Apollini summo. Gloria musis semper. Gloria gratiis. Pax lætitia fœlicitas florentinis. gemino iam sole gaudentibus.

FINIS SEXTI.

Prohœmium Libri Septimi.

Marsilius Ficinus Francisco Berlinghierio Nicolai fillo. Litteris & moribus ornatissimo. S. P. D.

l IBER epistolarum nostrarū septimus caput habet epistolam de curanda litteratorum valitudine disputātem ab eaq; tanq; & optima & omniū maxima iter auspicatur. quo pcipue ipsa ducit eodem ipsæ libentissime pficiscitur. hæc vero ad illum in præsentia ducit in primis cui achademia prosperā valitudinem in primis exoptat. Salue igit optime mi Francisce. Salue totiens quotiēs non hic solum. sed omes epistolarū mearum libri saluere iubent amicos. Sed ita salue vt saluere ipsas non a Marsilio tm̄. sed etiam ab achademia tota amantissima tui accepisse te putes. Oia inter nos (Pythagoricorum more) cōmunia. Quod ipæ volo cuncti volunt. Quod cupiunt singuli & ipæ percupio: Neq; id quidem mirum videri debet. Nam omnes in eo vnum sumus qui ipsæ re vera solus est vnus. Omnes in eo stamus: qui sua virtute permanet solus omnes in eo amamus inuicem qui solus est ppter seipm amandus. Si cuius solius causa singuli sunt amabiles. & cuius gr̄a tm̄ sunt amādi. Soli qui se inuicem in vno hoc amant exclamare vna cū prophe ta posse videntur. o q̄ bonum: o q̄ iocundū habitare fratres in vnū.

Marsilius Ficinus lectori. S. D.

p Romittebam modo lector huic libro septimo caput epistolā de valitudine litteratorum disputaturam. hæc vero deinceps adeo nobis excreuit. vt non iam caput tam exigui corpis. sed ipsa seorsum totum aliquod corpus foræ velit. Itaq; secessit iam cōsilio meliore. Si in librum de vita fœliciter adoleuit.

Sapientia a solo deo.

Marsilius Ficinus Ioanni Caualcanti amico vnico. S. D.

P AR AMICE ſaltē pari referto, Vix quidē a me ſcripta Vix tu quoq; legito. Scripta tamen qualiacunq; ſint, lege tamen, vtcunq; legas. Sumpſi equidem his diebus ſepe calamū eo propoſito vt ad hominē multa cogitātem pauca ſcriberem. Verum ſubito ſuccurrebat me ſcripturum fruſtra ad hominē non lecturum. Tandem fruſtra loqui malui, q̄ nihil loqui. Audi igitur. Multa ſunt apud poetas figmētorum genera. Sed quid ego nugis nūc hiſcæ meis pium hominem interpello in ip̄is auguſtini ſoliloquiis cōmentandis cum deo ſolo loquentem Miſſa igitur poetica facie atq; id tantum in p̄ſentia moneo. vt memineris quando ſermonem formamus. non tam linguam quæ aliunde mouetur loqui ſolere. q̄ mentem ipſam. quæ & mouet linguā & diſtinguit voces: Et ad exemplar ſui verba ꝑ arbitrio format. Qđ autē eſt ad mentem lingua id ferme religioſa mens eſt ad deum. Itaq; nō tam mens nūc tua deo q̄ deus per mentem tibi tuam loquitur: Quapropter quādo deo te loqui putas mi Ioannes re vera tūc audis deū Memento igitur te diuinam maieſtatē frequenter audire; Vitaq; ip̄a ſapientiſſime inſtituta declara nobis atq; (vt cœpiſti) confirma te tan q̄ diſcipulum diuinam ipſam ſapientiam audiuiſſe. Volui hic (vt vides) hac hora diei tercia epiſtole finem imponere. Ne diutius diuinum iſtud Soliloquiū tuū interturbarem. Sed cum primū calamum poſuiſſem rediit in mentem non decere ſtomacho omnino ieiuno. ieiunam prorſus epiſtolā ſpuere. Sed vt eructet cor meū verbū bonū, Bonum quidem (vt arbitror) ſi ſuperiorē illam de ſummo bono ſententiam breuiter confirmauero. Omnes apud iudeos xp̄ianoſq; ſacre littere clamant ſapientiā (niſi docente deo) diſci non poſſe. Ideoq; ab eo ſolo eſſe fide quærendam ſpe petendam charitate pulſandā, Quod quidem cum plato noſter animaduerteret ſuis ſtudiis nō confiſus in quotidianis ad deū præcibus ſolam a deo ſolo ſapientiā ſepe poſcebat. Hac in re pulcerrime fabulatus orphœus ſapientiam ſolo Iouis ſummi capite natam canit. Muſas quoq; ab Ioue habere principium. Iouis oīa plæna: Tu vero ſi ab omnibus hanc adipiſci poſſes forte & ſi non abſolute tamen cōmode a familiari illo tuo conſequereris. At quo nam pacto ab illo ſapientiam conſequeris cui corpore nūq̄ ſano mens ſemper eſt inſana & nuper cum animi primum deinde ſtomachi. Poſtremo membrorum omniū debilitate non mediocriter laboraret animo nō muto mutauit cœlum. & quoniam ab aere elementorum rerumq; omniū infirmiſſimo firmitatem quærit. Merito hactenus fruſtra quærit. Tu vero interim vna cū aurelio tuo clama. o deus omnipotens quando noſtra firmitas ip̄e eſt tunc ſolū ipſa firmitas eſt. quando vero tua eſt tunc eſt infirmitas. Ego quoq; tandem idem efficiam.

Vbi sapientia maior. Ibi sermo breuior.

Marsilius Ficinus. D. Bernardo Bembo Veneto. S. D.

S Olent qui siluere diu cũ demũ diuturna silentia rumpũt erumpere largius. & quasi qui diutius parturierunt aliquem tãdẽ cogitationis foetũ parere grandiorẽ. Marsilius vero tuus cõtra. Non enim longo silentii tempore concipit longiora. Vtpote q quanto diutius tacens secum ipẽ cogitat tanto discernit acutius præstare nobis tacere q̃ loqui. atq; esse q̃ paucissima quæ exprimere vel digne sciamus. vel debeamus honeste. vel tuto possimus. Ergo tuis tantum in præsentia breuissime respondebo. Primũ quidem prosperitate tua immo nostra gaudeo. Foelicitatem opto. Deinde vero q vasculum. Tyriace miseris. magnas ago gratias. certe ingẽtes acturus. quando vas pro vasculo miseris. Quãq̃ ingens in hoc etiam salutari vasculo minus me ab ipo phœbo simul atq; a te accepisse cõfiteor. Postremo q petis alcinoum scito hunc apud Caualcantem nostrum hoc tempore rusticari. Cum primum ad nos redibit vobis (vt par ẽ) redibit.

Et si litteris quandoq;. nũq̃ tñ animo: ab amicis abesse licet.

Marsilius Ficinus. & Georgius Antonius vespuccius. Ioanni Baptiste Boninsegnio. S. D.

P Lato diuinus amicicie vel potius necessitudinibus nostre cõciliator iamdiu iubet ne abesse vnq̃ a Boninsegnio nostro velimus. qui cum ille semper esse nos voluit. Vt ergo Platoni simul atq; necessitudini satis pro viribus faceremus sæpe iam nos accinximus ad scribendum. Verum quotiens calamũ sumpsimus. totiens conciliator ille noster inhibuit. id aperte mouẽs ne Boninsegniũ assidue cum illo loquentem litteris nostris interpellemus. Quid igitur faciemus dum plato noster & mandat simul & prohibet. certe vt & quicquid imperat impleamus. ipso semper animo tuum animum alloquemur. Et simul quicquid interim probibet deuitemus ore calamoq; silebimus: Sed liceat nũc saltem interpellare parũper: Platone videlicet semel id concedente. dũ ab athenis ad te in ipa eius achademia rusticantẽ accedimus. teq; Platonicorũ omniũ nomine salutamus. Præterea Roberto patri tuo insigni istic præsidi nos commendamus.

Qui vmbram amat transfertur in vmbrã.

Marsilius Ficinus Florentinus Bernardo Bembo Veneto. S. D.

E St mihi amic⁹ aliqs alter ego. tã nouo vir igenio vt cũ nihil i rebus hũanis affectet aliud q̃ amicos interim tñ vt ipe met sibi sit

amicus omnino nō curet. Immo id quot mirabilius atq3 etiā misera-bilius est tanq̄ aliis Pamphilus sibi timon ex alieno amore sp ip̄e se odit. Et tanq̄ Menedemus alter ad id solū uidet̃ natus: vt assidue ip se se cruciet. Ergo cæteros quidē Venere ipsa suauior: cōtra se Vero Marte sæuior: rigidiorq3 saturno. Hunc ego q̄uis frustra iamdiu ita sepe corripio: Quē fugis Narcisce miser. Te ip̄m fugis. ad demēs vt sequaris aliū celerius te fugientē. Quem assequi poteris nunq̄ vbi ipse te semel amiseris. Heu quē perdis narcisce demens: perdis omnino teip̄m quo cōsequaris vmbrā. vmbram certe volatilem quā miser amplecti nō potes. Sed cū amor amantem transferre soleat i amatum: amans Narcisce vmbrā breui uerteris in vmbrā. Ita ego illū sępe. Tu quoq3 mi Bernarde aut verbis aut lr̄is similiter admoneto.

De optimo viuendi genere.

Mar. Ficinus Florentinus Antonio Hyuano Serezanēsi. S.D.

r Eddita mibi est epistola tua Hyuane carissima qua mlta paucis de optimo viuēdi genere colligis. Optimū vero viuendi genus id præcipue iudicare te arbitror: quod longe sit a mortua vita semotū qua & mortale viuit: & quodāmodo morit̃ imortale: q̄ diu videlicet cœlestis animus terreno corpori nō solum natura semel cōiungit̃ ab initio sed affectu etiā quotidie mancipat̃. Quo efficit̃ vt solus vere viuat: qui a falso bac vita affectu: saltē remotissime viuit. Quod vero falsa bæc vita sit q̄ fallax platonica bæc tecū epistola disputabit: quā ad locterium ueronium superioribus mēsibus scriptam nunc quoq3 ad te libenter exscripsi. Vale.

Excusatio quando non salutatur amicus.

Marsilius Ficinus Ioanni Caualcanti amico vnico. S.D.

r Vsticari Ioannes: boc autūno scio equidem quo affectu. sed nescio satis qua ratione volebā. Verebar aūt ne nūc primum quod ego vellem: ipse nolens. Ergo rus abiens: quasi iam rusticus: nō dixi Amice vale. Ne tu cōtra om̄e quodā minus bono. forte ne valeas: responderes. Scis em̄ q̄ interdum (vt vulgo dicit̃) auguriosus sim. Haud facile spereuissem me posse vnq̄ valere bene bero au semel ꝓbibēte valere: Bene vale. Ac me firmioris valitudinis gratia dies insuper aliquot rusticari permitte.

Agriculturæ litterarumq3 studia inuicem fœliciter cōiungunt̃.

Marsilius Ficinus Laurentio Medici viro magnanimo. S.D.

c Vm bodie oriente Sole: summa vetusti montis fastigia peterem: montis inq̄ vecbii. quem Marsilio suo colendum Cosmus ipse mandauit. Atq3 in bac buius silua passim oberrans Caregiana palatia contēplaret repente venit in mentem festum Cosmi Damianiq3 diem iam illuxisse quot ānis ab ipso Cosmo eiusq3 filiis & nepotibus celebratum. Hic equidem non potui non dole

re dū inde nullos vſq̧ proſpicerem ciues ad Coſmica (vt fieri ſolet) ſolennia confluentes. Cum ſubito iouius ille Coſmus cui Iuppiter iam cōciliata iunone ciuile imperiū ſine fine dedit ab excelſa quercu propicius nobis aſpirans eiuſmodi merentes oraculis conſolat̃ .Sacra inquit hodie Marſili mea laurentius quid vrbana pius inſtaurat Tu vero ruſtica mox ſi mihi parueris eadē hoc in luco nobis inſtaurabis: Neq̧ te pudeat ſeniores iſtos ſaturnioſq̧ agricolas meos ſub montis huius vertice in ip̄a achademiola phœbo ſacrata cōuiuas excipere. Quandoquidem hodie (ſicuti vos aſtronomia docet) ſuſpice iam nonne vides. Hodie ſaturnus in cœlo phœbuſq̧ iunguntur. Hoc eſt Marſilii voluntas noſtra ſicut in cœlo fit hodie. ita fieri & in terra. vt appollinea nunc vtrobiq̧ ſaturniis cōiungantur. O fœliciſſimum genus humanum. ſi ruſtica ſaturnii fiſtula. panis vrbane phœbi cythare cōſonaret. ſemperq̧ vtriuſq̧ apud nos dei muuera iungerētur. Miſcent̃ hæc in cœlo (vt vides) apud ſuperos hodie. Tu quoq̧ apud homines ſemper miſcebis in terris: Vale Vera hæc ferme (vt narro) ſunt magnanime laurēti. Ita ego primū recordatus mecū ipſe merebam. Ita deinde viſus eſt & ſolari & monere me Coſmus. Ita demū appollineum. id ē philoſophicum ſaturniis hominibus. id eſt ſenioribus agricolis tuis paraui conuiuium: neq̧ id quidem abſq̧ delphica lyra. atq̧ ſolennia. Coſmica qualiacunq̧ pro tempore ꝓ loco pro facultate potuimus in phæbea ſaturnii montis achademiola libenter fœliciterq̧ celebrauimus. Quorſum hæc. Vt oraculis coſmianis ammoniti meminerimus (ſi feliciter viuere volumus) cæteris quoad fieri poteſt dimiſſis vel intermiſſis. phebum nobis ſimul & ſaturnium pana colendum. Ruſtica videlicet omnia quotidie dicāda muſis. Muſaſq̧ viciſſim ab vrbanis negociis ad cereris agros bachiq̧ colles ſepiſſime transferendas. Vale feliciter.

Imitatio ad Ruſticandum.

Marſilius Ficinus Ioanni Caualcanti amico vnico. S. D.

Vra qualibet leuiorem te eſſe putarem. ſi forte putares ipſe a me leui quadam cōmotum aura tum vere ſuperiore tum autūno præſenti ab vrbe in colles ſeceſſiſſe charegianos. Sed abſit vt eum vllo pacto leuem putem qui vel ſaxis eſt grauior. Nempe cū non abſq̧ ratione iudicauiſſem multo ſatius fore te huc ad me montem aſcendere q̄ me his temporibus ad te e monte deſcendere ſæpe appollineum obſecraui. vt lyre noſtre illa nūc orphei amphioniſq̧ dictare carmina quibus illi quondam quercus & ſaxa mouebant. quo ip̄e te arboreum. meo iudicio. ſaxeumq̧ traherē. Reſpondit phebus Erras Marſili nimium: Non enim arboreus aut lapideus (vt opinaris) eſt Ioannes. Alioquin iam pridem tua illum (mihi crede) Cythara rapuiſſes. Non lapideus inquam immo ferreus eſt Ioannes. Hoc

ergo maioris est artis opus. Quare post hac non loco. sed forma mutare. Saxa conabere: Ingēs istud vecchii montis saxum (si potes) metamorphosea Zoroastris arte transferas in magnetem. Ita demū ferreum illum huc hominem attrahes. Hæc modo nobis oriēte sole in ipa vecchii montis silua deambulantibus appollo cōsuluit. Hæc igitur in præsentia molior. vide precor amice q̄ ardua tui gratia moliar vide q̄ frustra te cogente laborem. O quanto melius. quantoq; facilius te sponte Ioannes mutari tua. q̄ meo saxa labore mutari. Cum primū ipe ferreus esse desieris. tunc ego frustra laborare iam desinā.

Amicicia inter pares & libera est.

Marsilius Ficiuus Alberto Liseo veronensi. S. D.

m Eministi cū superioribus diebus prope diui Ioannis ædem verba de te atq; Iacobo quodam apud Riciardum Theologum facerem me vos his verbis & ad me & inuicem compa nuisse: Ego Riciarde mi inq̄ Albertū īter & iacobū quasi aer īter ignē terramq; medius sum constitutus. Et si tunc alberte ioco quodā verba illa socratico more proferre visus sum. non minus tamen virtutis q̄ ignis continent nec minus ponderis q̄ tellus habent: Cætera quidem quæ sub hoc enigmate compræhendūtur tuo ipse iudicio satis interpretabere. Vnū dumtaxat egomet interpretari in p̄sentia volo. Quod videlicet quantum ignis præstat terræ tantum dignitate terreo igneum anteposui. Rursus quanto aer cum igne magis cōuenit q̄ cum terra tantum a me virum igneum q̄ terreum hominem ardētius amari significari. Tu ergo nunc tanq̄ dyalecticus plane concludes. si honor amorq; fidem pariūt vtri vestrum fidem potius seruare voluerim. Adde & alterum insuper argumētum. Quonam pacto verisimile est me philosophiæ platonice sectatorem cogitauisse vnq̄ tibi violare fidem cuius ego interim fidei quod nec ipse negabis mea omnia cōmittebam. atq; in posterum quod plane perspiciebas cōmittere statuebam. Cum vero hæc ita se habeant. Quid nam in causa fuit. vt in sacello Nouolano iam alter & alter sacrorum sub me minister potius q̄ albertus meus esse potuerit. Principio putabam terrenum quendam demonem amiciciam nobis cœlestem tunc inuidētem ministeriū illud inter nos constitutum inter turbasse. Quapropter ad litteratorum numina repente cōfugiens Mineruam scilicet & appollinem obsecrabam. vt phythonicum demonem tum illa tello tum iaculis ille confoderet. Deinde vero cōmunis ipe meus tuusq; genius errantem me ita corripuit. Non demon inquit Marsili vllus te ab alberto conatus est seiungere. Immo vos ipi vnū cœli opus indico quædam inscii quodammodo secabatis. Scito saturnū aquarii dominum vtrisq; aquario ascendente natis vnū pene spiritum infudisse amiciciamq; vobis inde cœlestem sine fine dedisse; Siquidē

quæ Saturnus planctarum omniũ altissimus stabilissimusq; cõstruit nullus (vt est apud astronomos) aut audet destruere vnq; aut potest Sed ipi vestrum iam errorem agnoscite atq; recognoscite. Si eñ amicicia equalitas quædam ẽ. quid nam illi magis aduersari potest q̃ inequalitas. Ergo cum cœlum vos amicos esse voluit etiá equales inter vos semper fore constituit. Vos aũt tãq; cœlestis mysterii huius ignari misteriũ cõmertiũq; iter vos quoddam statuebatis ĩ quo alter vestrum sub altero tanq; inæquales fore in posterũ videbamini. Sed absit imparitas ab amicicia celesti (celo iubente) Absit dominatio ꝓcul & seruitus. Pares vero inter se sint amici semper sint & liberi pariter libereq; se mutuo diligant: Hæc geniis. Tu vero Alberte mi dilectissime vale feliciter. Mementoq; ministeriũ quod nõ libuit superis merito nobis non licuisse: Atq; mysterium vicissim quod placet illis. nobis quoq; placere omino debere. xx. Octobris. Mcccc. lxxxi. ex agro Caregio.

De tribus gratiis & Genio.

Marsilius Ficinus Laurẽtio medici iuniori. V. magnanimo. S. D.

q Votiens his temporibus sumo calamum magnanime laurenti. quod equidem quotidie facio ad te scripturus. totiens subito secũdus admodum euasisse mihi videor plurimaq; ꝑturio. At uero cum primũ duo hæc tantum scripsi verba (Marsilius laurentio) idem ipe qui modo tanq; fecũdissimus mlta parturiebã mox quasi prorsus iam factus sterilis pario nihil. Hinc sepe iam stupeo nimium superosq; amens tanq; mihi inuidos auarosq; incuso. Video eñ qđ & natura & arte pauloante nobis ad te scripturis abũde suppeditabatur idem paulopost iam scribentibus non posse aliunde q̃ a superis inhiberi. Quapropter frequenter (vt dixi) illos incuso. tum quasi inuidos. ꝙ videlicet forte celestem in terris amiciciam voluptatemq; inuideant. tum velut auaros ꝙ vbi & natura & ars tam prodiga est. ibidem quodammodo videatur (si dictu fas est) parca diuinitas. Minerua. Tandem philosophoꝝ dux minerua hodie ne diutius tibi essemus steriles neq; in numina tam grauirer peccaremus. noli inquit impie incusare celestes q interim te vicissim inique temeritatis. & accusant & damnant. Nescis impie. Nescis Nihil sine summa ratione a superis vel iuberi vnquã vel prohiberi. Quã igitur ratione te his verbis ad medicẽ scribere (videlicet Marsilius Laurẽtio) sæpe iam vetent (me paucis docente) perdisce.

Tres gratie & tres Planetæ.

p Rincipio q̃s apud nos Poete tres gr̃as tãq; tris puellas pingũt quodamõ sese iuicẽ cõplectẽtes. tres po tissimũ apđ supos. planetæ sunt. mercuri⁹ iouis. i. bñficõ quodã iouis affectus. phebusq; & venus mutui ꝓpiciiq; sibi ĩuicẽ ĩ celesti circuitu comites tria quoq; il

la gratiarũ noĩa.s. Viriditas Lux Letitia: Stellis eisdem aptissime cõgruunt. Hæ stellæ sic affectæ inter cœlestia humano ingenio præcipue fauẽt. Iccirco nõ quorũuis anĩaliũ sed hominũ tãtum gratie nominant: nec re vera Veneris sunt pedissecꝫ sed minerue. Si qñ vero gratiarum primã esse Iouem audiueris: ne tam Iouem intelligas ꝙ mercurium Iouim. idest aliquo vel aspectu: vel munere alio Iouis adiutum. Mercurius enim Iouius vitali quadam promptaqꝫ mobilitate sua vt res ipsas assidue inuestigetis hortaẽ. Sol aũt inuentiõnẽ vobis omnem sua luce querentibus patefacit. Venus deniqꝫ venustate gratissima quicquid inuẽtum est: semper exornat.

Genius. s. demon ingenii dux a tribus gratiis ꝓuenit.

Res igiẽ hi planete cõmuni quodã inter se consensu: statim in ipsa genesi variis hominibus genios. idest duces ingenii, demones distribuunt varios prout ex alia atqꝫ alia cœli plaga quottidie nascẽtes aspiciunt: Quos quidẽ tanꝙ duces magis minusue sequi (vt plurimum) est in vestro arbitrio positum. Si quos autem ab eadem omnio ætheris regione similiterqꝫ respiciunt: eundem iis aut certe ꝑ similem Geniũ largiunẽ. Vbi vero Genius præest idem aut similis: in Geniũ quoqꝫ idem aut simile sequiẽ. Huc sæpe eadem sponte vestra voluntas accedit. Postremo vbicunqꝫ vna similisue mens est vnaqꝫ voluntas: & si animalia videnẽ duo: homo tñ intus est vnus. Quamobrem Marsili in superos immo in te ipm peccare iam desine. Agnosce quãdoqꝫ tuam medicisqꝫ genesim. Cognosces statim Iouium Mercuriũ Phœbumqꝫ & Venerem nascentibus vobis ab eadem ꝑrsus cœli parte scilicet Nona quã fidei Religionis ingenii sapiẽtiæ domum & phebi gaudiũ astronomi nominant vtriũqꝫ vestrũ similiter aspexisse. Quo efficitur. Vt uon modo similis sed etiam vnus idemqꝫ ambobus inde genius sit tributus: Appollineus scilicet demon nono siquidem ætheris domicilio gaudens Appollo Appollineos ad homines genios inde demittit. Ex horum numero demonum vnum vobis annuente Venere mercurioqꝫ phebus ipse præfecit. Hinc vna mens in vobis secuta est. Huc etiã vna voluntas: vtrinqꝫ se contulit. Si vbi singula hæc vnũ sunt: homo quoqꝫ sp ẽ vnus ne forte quos celum ratioqꝫ re ipsa cõiunxit tu verbis vlterius separes: memento quotiens ad medicem tuũ scribis oportere ita præscribere (Marsilius Narsilio. S.) Atqꝫ ita demum superis aspirantibus inuentionis tibi vena largissime profluet. Hactenus Minerua. Ita ꝑrsus amice alter ego sæpe mihi his temporibus obtigit (vt dicebam) Ita deinde dux illa philosophorum minerua cõsuluit. Ita et ipe vt illa monuit ne nobis exarescat inuentio post hac semꝑ efficiã. Bene Vale. Sed quid modo quasi alter alteri abiens abeunti. Vale dicebam: immo valeant: & male valeant omnes qui inter nos discidium

quærũt nobis vero nõ vale: ſed mane dicendũ. Igit̃ bene mane. Verum ne præſens epiſtola dum de gratiis & genio diſputat: forte minus grata noſtro genio ſit: ſaluere iam & millles iterum ſaluere Veſpuccium iubeamus: virum omniũ genio noſtro gratiſſimũ. xviii. octobris. Mcccclxxxi: In agro Caregio.

Apologus.

Diuinum genus diuina ſolum alimonia coaleſcit

Marſilius Ficinus De Apologo qđ ſit: Vñ genitus: Quo tẽdat

V Enerem quõdã in pythiis Apollinis hortis: flores ac fructus legentẽ varios: mercurius amore ſaucius ſequebat̃. Hic illam deniq; & indice & duce phebo ſub Lauro quadã feliciter aſſequutus ſũma cum vtriuſq; voluptate cognouit. Horum cõgreſſu ſcitus admodum formoſuſq; natus eſt puer. In quo ſtatim & pſpicacẽ mercurii ſenſum & gratam veneris venuſtatem Phebiq; ſplendorẽ facile quiuis agnouerit. Hunc igit̃ a mercurii patris cognomine quẽ ſuperi longum cognominant: ſuus Appollo patronus apologum nominauit. Iuſſitq; ipſum paſſim diſcurrentem tantum humano generi ſalubri quadã delectatione ꝓdeſſe: quantũ frater eius Cupido noxie voluptatis hamo noceret. Igitur locorum ignarus apologus dum extra pythios hortos in ꝓximis ſiluis oberrat: forte incidit in paſtores: qui diuina pueri forma & indole mirifice delectati. eum penes ſe diu detinuerũt: atq; cibis agreſtibus: ideſt glandibus & caſtaneis cæteriſq; id genus vrbanum apologum aluerunt. Quapropter tandem mutata forma ex vrbano ſubruſticus euaſiſſet: niſi eius patronus Apollo propitia nuper porrecta manu e ſiluis ad hortos pythios: quos hodie pinthios Florẽtini nominãt. feliciter reduxiſſet: Docet Apologus: diuinum genus diuina ſolũ alimonia coaleſcere.

Philoſophus tria potiſſimum deuitate debet. Venerea: Auaritiam. Ambitionem.

Apologus.

M Inerua quã priſci ſophiam nominant: cũ aniaduertiſſet ſolo ſe Iouis capite genitam opus hoc diuinum rata ſolo videlicet capite gignere patrẽ ſuplex orauit ac deniq; exorauit: ut ipſa quoq; tanq̃ parentis emula: ſemel ſaltem capite pareret. Peperit ꝗ filiam tum auo ſuo Iouitum matri Minerue perſimilem. Ea ſane ſtatim nata auitam quandã tum animo equitatẽ: tum vultu totoq; corpore dignitatẽ præſeferebat. Præterea materiam tam virilitatem q̃ pudicitiam & mente & geſtibus referebat. Hanc auus a ſophia matre philoſophiam voluit nominari: Edixitq; philoſophie vt queadmodum ex ſophia quæ ſummi rerum omniũ capitis filia exortũ habet. ita ſemper plantis mundi poſthabitis ſũma rerum capita peteret neq; vllũ cum inferiori venere vnq̃ veneficoq; filio eius cupidie haberet cõmertiũ. Alioquin ꝓ æterna philoſophia ſtatim tẽporaneã philocaliã tam re ipſa q̃ hoie euaſuram. Adiecit vt multo magis om

nem plutonis infimi eiusq; cultorū consuetudinē deuitaret. Alioqñ ambrosia nectareq; amissis: stygie paludis aquas & herbas quibus solis: infeliciter deinde vescat: reportaturam. Monuit deniq; ne ambitiosam Iunonem aliquando sequeretē crassiori aere peruolantē: ne forte cū caligīe serenitatē ꝓcellis trāqlitatē nubib⁹ sidera cōmutaret

Apolog⁹. Impuri nūq; musas vł grās assequūtē sed picas & furias

ORpheus delphicos aliquando lucos ingressus oraculū cōsulturus obuium statim quasi iam expiatus Apollinem habuit. Cū vero ad apollinis dexterā numen musas trisq; gratias comitantes cōminus cōspexisset: ad sinistrā aut q̄uis eminus sequētes picas & furias: ammirabūdus altius exclamauit: O q̄ diuersi o q̄ aduersi ducem hūc sequuntē exercitus. Sed noli o vates mirari: phebus ait: Nempe quotidie mihi multi sacrificant: quo musarum a me grārumq; munera impetrent. Ergo quicunq; puris sacra manibus operantē musas a nobis gratiasq; gratis accipiunt. Quicunq; vero pollutis attrectare sacra manibus audent: picas & furias: inuiti reportant.

Apologus. Potentia sine sapientia non regnat:

PRometheus cū ascendisset in cœlū ibiq; multa ab ipo Ioue rerum omniū auctore mysteria didicisset: hac vna de re curiosius supplex interrogauit: quā videlicet ob cām Solem Mercuriumq; præcæteris planetis tā ꝓpinquos assidue in cœlesti circuitu comites inuicē esse ab ipso rerū initio statuisset. Respondit Iupiter. vt quicunq; Solem siderum dominū viderint absq; sapiente Mercurio: in celo nusq; incedere plane intelligāt & in terris potentiā nunq̄ absq; sapiētia vel cōcedi debere: vel concessam diu posse regnare.

Apologus. In traductiōem libri de amore missam ab Alamanno donato ad Laurentium Medicem.

CVm Alamannus inter lauros nuꝑ (vt solet) sæpe deambularet in cupidinem Lauros circumuolantem sæpius inuolans deniq; compræhendit. Tenerū deinde puerū adolescens pi⁹ leuibus suauiter tractans manibus cōponebat: sertisq; & floribus deum iam plane agnitū exornabat. Atq; ita inter ornandū percūctabatē. Quæ nam noua huc aura formose Cupido tuas direxit alas. Est Paphos idaliumq; tibi sunt alta cythara: Tum ille suspirans. heu matrē inquit iādiu meā anxius passim quærito. Matrē mihi meā neq; Paphos idaliūue reddit: nec alta cythara. Solus tñ Apollo quādoq; longos miseratus errores: his me verbis admōuit. mater: O cupido. tua solebat quōdam cātilenis choreisq; lolum leuibus oblectari: Sed facta deinde ambitiosior cœpit aliquādo & achili Homerum & Enee Virgilium inuidere. ipsaq; sibi vatem per similem exoptare: qui artes laudesq; suas grandiori iam cythara ꝓsonaret: Talem deniq; vatem multa post secula laurentem nomine inter Lauros canentem na

cta Venus apud tuscos in ipso gratiarũ agro Caregio: ibi iam suarũ laudum cãtu suauissimo delinit. Cæterorũq; oblita omniũ iocũdissime cõquiescit. Ibi solum post hac musas inter pudicas requiescit Venus cupido tua: illuc igit̃ & ipse te cõferes vna cũ cum matre sp habitaturus. Ita qnq; mihi phebus alamanne consulit. Hoc g° Caregiũ relicta cypro has deniq; Lauros edera mirtoq; neglectis sollicitus iam diu quæro. Qđ si illuc ad matrẽ ipse me duxeris. ego tibi præceteris afflabo ꝓpitius Ego tibi perpetuo quodã nexu meã matre cõciliabo

Tunc alamãnus ꝑ oportune inquit manus intervolasti diue cupido meas. Nempe trita meis pedibus quæ ducit Charegium: via est. O me fœlicẽ cui⁹ inter manus hodie puer fœlicissimus puolauit. Ergo huc age diuiæ puer leues iã tẽde ala s. Per fauẽtina pomeria apollineis auspiciis petamus ambo Charegiũ. Ego quidẽ gressu sed ipse volatu. Apologus. Quod male se habeat lucilia: id est anima: quando a phebo. idest a deo discedit.

p Hœbus vitæ lumẽ medicineq; vitalis aucto filiæ suæ luciliæ quõdam e multis p̃ceptis id dedit potissimũ: Videlicet nevnq; a latere paterno discederet. Alioqn forevt i varios grauissimosq; morbos icideret. Pricipio lucilia instãtis hiemis aspitate quasi coacta paternis mãdatis obtẽperabat. Sed verni deinde tpis iã arridentis ꝓsperitate freta: cœpit puella lõgius a paternis laribus digredi: passimq; ꝑ pulchros blãde Veneris hortos & picta prata liberius ꝑuagari. Atq; ibi tum molli herbarum amenitate: tum pulchritudie florũ suauiq; odore pellecta: nõ solũ serta coronasq; sibi verũ etiã vestes iam integras ex edera. Myrto Liliis rosisq; & violis alisiisq; cõtexuit. Mox dulces fructus & mitia poma vndiq; carpẽs nõ degustabat solum: sed faucibus etiã plenis ingurgitabat: Iamq; insolẽter ornatu nouo lasciuiens: parentisq; ꝓrsus oblita (vt euaserat) puella vanior gloriabũda proximas vrbes adibat. Sed interia obiter & latentes angues in herba saltantis puelle mordebãt pedes: & floribus sertisq; suis apes inserte ceruicem & genas manusq; pungebant. Et aluus inmodico noxiaq; cibo tumescens moleste nimis distendebat̃. Quamobrem ingrata lucilia quæ antea voluptatis illecebris delinita Medicũ patrẽ neglexerat summo quodã cruciatu cõpellit̃ redire domũ: patrẽ agnoscere: paternumq; auxiliũ his ferme vocibus implorare Heu succurre filiæ tuæ succurre iam luciliæ phebe pater. Propera obsecro clementissime pater fer opẽ filiole iamiam sine tuo auxilio ꝑeunti: Sed phebus qđ nã inquit inanis flora patrẽ me tuũ vocas: Desine iã iproba desine. Nunq; ego te flora vanissima peperi: Abi hinc ad uenerẽ tuã o flora ꝓfana ꝓcul abi q̃ primũ. At vero cũ lucilia supplex diutius institisset m̃tisq; phœbum obsecrasset præcibus vt puellam cui solus ipse vitam dederat: solus a morte redime-

ret. promitteret præterea se nūq̄ in posterum paterna vel iussa vel cō silia neglecturā ita demū pater indulgens & increpuit pariter & admonuit: Haud te curandā prius recipiam q̄ istos cupidineos fucos ornatusq̄ Venereos deposueris: Disce iam temeraria. disce dū a paternis laribus procul erras. q̄ diuturno grauiq̄ dolore q̄ breuis leuisq̄ voluptas ematur. Disce parū mellis. quotiens veri medici mādata contemnis. q̄ multū fellis oportet.

Diuina lex fieri a cœlo non potest. sed forte significari.

Marsilius Ficinus Florētinus Fœderico vrbini duci semper inuicto fœlicitatem. S.D.

Stella quæ hodie magos summos orientis astronomos fœliciter duxit ad xp̄m. eadem me quoq̄ in eam duxit cōtemplationem. qua legitimos Astronomos xp̄ianis facile breuiterq̄ conciliarē. Hodie magi quidem apertis thesauris suis xp̄o deo myrram: sacerdoti thus. Regi aurū supplices obtulerunt. Marsilius autē Fœderico duci semper inuicto & apprime sapienti atq̄ clementi munusculum quoddam ex ipsis philosophiæ thesauris offert. Theologicum simul & astronomicū atq̄ phisicum. alias quando deus dederit ampliora daturus.

Communis religio non fit a stellis.

Genus ip̄um religionis quo nihil in rebus humanis magis cōmune firmumq̄ est. Nullus astrologorum a motu dispositio neq̄ cœlesti fieri vnq̄ existimauit. Sciunt enim quæcūq̄ motu fiūt. necessario mutabilia fore & q̄ certa quadā syde℞ dispositōe creant̄ positiōe tandē cōtraria dissipari. Genus aūt ip̄m religionis quo deus ab humano genere mundi gubernator agnoscitur atq̄ colitur. solū inter oia hoim studia operaq̄ vbiq̄ & sp̄ firmissimū p̄manere.

Xp̄iana religio non fit a stellis.

Verū siq̄s astrologus dixerit xp̄ianā legē exortā fuisse post aliquā saturni cū ioue coniūctionē. in q̄bus cōiūctionibus cōdēda℞ vim legū astronomi q̄dam maximā collocāt: ita in p̄ntia breuiter q̄tū exigit ep̄la r̄ndebimus. Alibi. n. a nobis de his latius & subtilius disputat̄. Principio saturnus & iupiter vigesimo quoq̄ anno iūgunt̄. atq̄ in q̄uis coniūctione vim cōiūctionis ip̄ius extēdere in q̄p̄ximos annos existimāt̄. Quo efficit̄: vt q̄ncūq̄ nobis a deo diuina lex det̄ astrologis æq̄ liceat cœlestē aliquā potētiam fingere legis h̄mōi v̄l auctricē v̄l saltē significatricē. Mitto q̄ raro religionum mutant̄ sp̄es. cū t̄n planetæ illi sæpe cōcurrāt. Præterea cū annis noningentis atq̄ sexaginta. ad easdē coniūctiones p̄petuo reuertāt̄. atq̄ in eo ip̄o interuallo q̄ter in signo quolibet coniūgant̄. mirū ē diuinam legē. i. moysaicā xp̄ianamq̄ tot mūdi sæculis aut nō prius extitisse aliq̄n. aut saltē post ea tanto iam t̄pe nō fuisse deletā. Præsertim

cum plurime inter se contrariæ coniunctiones iamdiu præcesserint. Proinde astrologi qui Christi temporibus proximi extiterunt. multo melius de xpiane legis fato (si fato subesset) q̃ posteriores iudicare potuissent. Illi tamen adeo a veritate procul aberrauerunt: vt temere nimiũ: illam cum primum annos trecentos sexaginta quinq̃ impleuisset ꝑculdubio ruituram. Qua etiam in re oraculum ipsum. Appollinis mentitum esse conuincit̃. Immo vero mentita est iniquitas sibi: nõ tamen mentita est diuina veritas: quæ Prophetas plurimos & sibillas exptes Astronomie ab ipso rerum initio: vt christianam legem præuiderent diuinitus & prædicerent: inspirauit. Deinde post Christum christianæ veritatis innumeros testes adbibuit martyres: videlicet inter quos q̃ plurimi cum in omnibus liberalibus disciplinis: tum in Astronomia præcipue docti. pro christi gloria mala oĩa & deniq̃ mortem libentissime pertulerunt. Sed iam ad astrologos redeamus. Profecto multo difficilius de rebus quæ ad cõsilium mẽtem deum spectant iudicare posse vident̃: q̃ de iis q̃ ad corporis affectus: actiones: passiones: opaq̃ corporea ꝑtinent. At vero de rebus huiusmodi difficile ad modum falsoq̃ sæpissime iudicant. Quod q̃dem non ipsa solum experientia patet: verum etiam iis rationibus quas sic breuiter perstringam. Alibi. n. de his diffusius disputamus confirmari videt̃. Plotinus & ex platonis s̃nia & Auicenne subtilissime disputant. Sub diuina potestate ꝓuidentiaq̃ & cuncta & singl'a cõtineri: Eo videlicet ordĩe vt cause incorporee. s. deus & angeli corporumq̃ cœlestium aĩæ rerum naturalium artifices sint. Cause vero corporee sint superioꝝ artificum instrumenta: deinde ostendunt. quecunq̃ terrena in terris accidunt ex cõmuni quodam cõcursu superiorum inferiorumq̃ simul causarum omniũ prouenire: Cum aũt cuncta hæc nullus vnq̃ cõprehendere valeat nimrum neminẽ certam vlla de re huiusmodi terre posse s̃niam. Astrologi vero tum diuinis tum inferioribus causis dispositionibusq̃ obmistis cælestia vtcunq̃ possunt: sola suspiciunt. Neq̃ illa quidem omnia sed paucissima: paucissimorumq̃ illoꝝ vim experientia quadã: remota rara fallaci potius q̃ rõibus vllis attingunt. Preterea certum natiuitatis nostræ momẽtum difficile ad modum dep̃hendere possunt. Conceptionis aũt etiã difficilius deniq̃ infusionis aĩe: difficillime: imo vero nullo mõ vatici nantur. Neq̃ parentum auorumq̃ nascentis pueri complexiones intelligunt. Neq̃ nutritionis: educationis. habitationis: cõsuetudinis discipline consilii rationem vllam vel habere student vel etiam si diligentissime studuerint ꝑrsus assequi possunt. Omnia tamen hec diligenter cõsiderari Ptholemeus ideo iussit: quia nouerat vim causarum superiorum. non aliter a nobis suscipi q̃ per sequentes causas: ac etiam per materiam per quæ habitum disponamur. Vnde inquit

stellarum effectus ex diuersa dispositione materiæ mobilis permutari apud nos sepius atq₃ impediri. Sane videbat eodem momento nasci quotidie res inter se: tum genere tum specie: tum numero: tã forma q̃ fortuna exituq₃ diuersas: vt nullo modo ex ipso solo vel natiuitatis terrenę vel cœlestis cõiunctionis momento sufficienter quicq̃ iudicare possimus. Præsertim cum vltra ꝓprias singulorum sortes cõmunes quoq₃ fortune & cõsiderãde sint & inter se diligentius cõparande. Nam duo hæc sibi inuicem: tum impedimento sunt: tum etiam adiumento. Cuncta vero que diximus nemo cõplectit̃. Quãobrem Ptholemeus astrologorum iudicia & circa cõmunia confusa q₃ potiusq̃ distincta & circa possibile potiusq̃ necessarium versari ꝓculdubio confitetur: Vt igitur illuc regrediamur aliqñ vnde digressi sumus. Si Astrologi tam obscure (vt ita dixerim) visibilia vident: q̃ obscure inuisibilia ipsa videbunt.

Religio forte potest a cœlo significari.

Ed ne videamus nimiũ ꝑtinaces demus eos videre nõ nihil. Nõ ꝑ signa quædã sepius q̃ ꝑ causas: & illa quidẽ ambigua cognituq₃ difficillima videant atq₃ tunc demum cernere non nihil possint: cũ quid potissimũ ex diuersis mũdane cithare fidibus vel consonum vel dissonum sequatur intelligunt: imo (vt verius loquar) vaticinantur. Plotinus Platonicus docet effectus infra Lunã pene omnes a cœlo significari: nõ tamen oẽs a cœlesti corpore depẽdere: sola.n. corporea posse vel a corpore cœlesti vel potius ꝑ cœleste corpus: quasi ꝑ instrumentũ ab ipsis cœli motoribus fieri. Si qua vero apd nos oio corporeũ genus excedũt atq₃ ad mentẽ diuinitatẽq₃ accedũt: Solũ a mente diuina mẽtibsuq₃ eã sequẽtibus ꝓficisci. Quarum quidẽ mentiũ cõsilia volũtatesq₃ sæpe posse cœlestibus figuris & motibus tanq̃ suis quibusdã oculis ac nutibus indicari. Sed iditia illa plane ꝑspicere: viri apprime sapientis opus esse atq₃ diuini: Hæc Plotinus Quamobrẽ mosaica xp̄ianaq₃ religio tanq̃ spiritalis penitus & diuia neq₃ a celestibus: neq₃ ꝑ cœlestia corpa vllo pacto effici potuit. Præsertim cũ cœlestes illi motus opa in terris sua terrenis (dumtaxat) adminiculis efficere soleant. Diuina vero lex nõ modo terrenis vbiq₃ auxiliis caruit: verũ etiam multis sæculis oi impedimẽtorum genere passim ꝑturbata afflictaq₃ fuit. Forte vero quodãmõ significari ꝑ sidera potuisse videt̃: eodẽ videlicet ipso deo & sic & ad illud tp̄s designandũ mouẽte spheras atq₃ tẽperãte q & sic & tali quodam tp̄e legẽ suã fore ꝓuidit atq₃ decreuit: qđ quidẽ i methaphysicis cõprobat. Auicẽna affirmãs morales diuinasq₃ leges certis sæculis ꝑ Prophetarũ aĩas sola dei ꝓuidẽtia missas atq₃ afflatas institui toto interim ad idẽ vniuersi ordĩe sub diuĩo motore eiusq₃ ministris ita redactor: vt & i terris ip̄m aĩe ꝓphetice corpus alicubi disponat̃: & i cœlis

pariter atq terris significet aduētus. Forte vero id voluit Dauid his verbis. Cœli enarrant gloriam dei: & opa manuū eius annunciat firmamentū. Forsitan & hic quodā mō tendit: quod iquit Albumasar: Egyptios indosq in patria Virginis facie Virginē quandā pulchrā cōsiderauisse sedentē: nutrientemq puerū cuius nomen apud quasdam gentes esse Iesum Albumasar opinat. Imago vero illa quæ in eo signo cogitat. imo fingit potiusq videat: si propria esset Iesu ipsius causa certe & ante & post Christi tempora sæpe alias vel Iesum ipsum vel quendam eius simillimum produxisset. Ergo si illic ē imago eiusmodi: signum quoddam est legis christiane: non causa:

Multa per cœlum significantur quæ nō fiūt a cœlo.

q Vod aūt a celo multa significent quidem. nec tamē ab ipso fiant: rursus ex eo constat: quod mala ordinisq experientia a rebus illis optimis ordinatissimisq prouenire nō possunt. Sæpe tamen p celestia videlicet tanq p signa nō tanq p causas pdicūtur: non aliter q in auguriis auspiciisq multa p aues portēdi putant quæ tamen per aues minime fiunt. Ideo Plato in timeo stellas non dixit facere: sed pronunciare futura: Non tamen omnibus: sed illis tantum qui ratiōe hæc assequi possunt. Preterea Astrologi in cuiuslibet genesi: consideranda plurima iudicare solent quæ ad patriam: ad parentes: auos fratres coniuges seruos: Amicos. inimicos pertinent: quorum sors nullo modo ab alterius genesi prouenit: sed potius indicatur. Quod etiam in interrogationibus iis plane perspicit quæ de rebus preteritis fiunt ab illis. atq tractantur: Profecto quemadmodum quotidie per oculos gestusq & verba alicuius præuidemus ipsum aliquid effecturum qui tamen nō iis indiciis: sed voluntate perficit quod elegerat: itaq per nutus spherarū cœlestium portenduntur sæpe neq ab illis cœli corporibus: neq per illa fiunt: sed a diuinis mentibus quæ globos illos regunt mouentq. per cœlestia quidem quasi per suos vultus significantur: verum per ipsa sua consilia vel ordinatissime disponuntur vel rediguntur in ordinem: vel saltem ab humanis causis prouentura & diuinitus præuidentur a superis: & nobis per signa quædam cœlestia demonstrantur. Qua in re Ptholemeus quoq & Albumasar & Zaeles & Manilius cæteriq pcipui auctores. Astronomiæ nobis cū sentire videntur Qn videlicet affirmāt: cœlestia corpora eē diuinis aiabus mētibusq pdita: ac tanq anialia quædam diuina ipsi deo omnium rectori parere. Neq id quidem iniuria. Nempe cum Ptholemeus ipē humanā sapientiā fateat alieno opi. i. stellis vsq adeo dominari: vt & minantibus repugnare & pollicētibus fauere sua sæpe industria possit. cui mirum si diuinā cōcesserit sapientiā operi pprio penitus dnari: Hinc illud Auicennæ. Cœlū est aial obediēs deo. Qm vero hi oēs itelligūt Singula hic a

diuina prouidentia fieri atque gubernari. Idcirco quando de cœlestiū corporum virtute loquūtur rarissime quidem aiunt cœlestia hoc aut illud facere. Frequentissime vero asserunt tale aliquid aut tale significare: Et quemadmodū per sydera portendi falsas humanasue leges putant. ita etiam sæpe veras atque diuinas.

Signa & testimonia de Xp̄i diuinitate.

Orte vero hanc ob causam. Magi in astronomia omniū sapientissimi. quo tempore natus est Iesus ab oriente Hierusalē profecti sunt. asserentes certo se admonitos. sydere eo tempe eaque regione natum esse puerum qui rex israel futurus eēt. atque adoratione dignus. Quod vero infantem inopem tanti viri tam longo itinere adoraturi veniunt plane demōstrat magos existimasse in puero diuinitatem esse a superiori principio quā a cœlo prouenientem præsertim cum stella quadam ducerentur miraculosa potiusque naturali. Calcidius Platonicus varias adducit hystorias de stellis q̄ cū raro videantur ingentes portendunt calamitates. Deinde subdit. Est quoque alia sanctior & venerabilior hystoria quæ perhibet ortu stelle cuiusdam non morbos mortesque denūciatas. Sed descensum dei venerabilem ad humane seruationis rerumque mortalium gratiam quā a caldeis obseruatam fuisse testatur. qui deum nuper natum muneribus venerati sunt. Hæc Calcidius. Neque id quidem magos animaduertisse mirum videri debet. Nam in eadem orientali plaga & (vt q̄dam aiūt) in vrbe eadem qua & magi diu ante illos propheta balaā floruit: prædixitque tum surrecturū messiā quasi virgam ex israel cum noua Iacob stella exoriret̄. his videlicet verbis. Oriet̄ stella ex Iacob & consurget virga ex israel: Quod aūt magi xp̄m adoraturi Hierusalem accesserint testimonio nobis est crudelis illa cædes īfantū sub herode: qua de re certiorem factū fuisse augustū Macrobius asserit ita scribens. Cum audisset augustus. inter pueros. quos ī syria herodes rex iudeorum intra bimatū iussit interfici. filiū quoque eius occisum ait. p̄stat herodis porcū esse q̄ filiū. Suetonius quoque scribit veterem fuisse cōstantemque opinionē oriente toto esse in fatis vt circa Neronis tempora ex iudea p̄fecti rerū summa potirentur. Ideoque oraculū ante obsidionē hierusalem scribit Iosephus in sacris l̄ris fuisse repertum Quod quidem aliis nullis cōuenientius q̄ apostolis accommodari posse videtur. Si quidem in his oraculis designātur iudei quales fuerūt apostoli ex iudea egressi gentibus omnibus leges vbique daturi. Quū etiā Sibilla Cumea tempe eadē descripsisse videtur: q̄bus magnus ab integro sæclorum nasceret̄ ordo. Ac floreret virgo. Nouaque p̄genies ex alto demitteret̄. Quāobrem sententia erat & vetus & constans & oriente toto & in astrologorum p̄sagiis & in sacris l̄ris: videlicet in p̄phetis atque Sibillis de xp̄i diuitate tpeque maxime consona.

Christiana religio a deo solo dependet.

S Ed de diuinis sibyllarum prophetarũq́ oraculis in libro de Religione latius disputamus. In hac autem epistola sic de diuina lege quantũ ad propositam pertinet quæstionẽ breuiter cõcludemus. Siquis fato quodam genesis vl' coniunctionis alicui? genesi suffragantis. Christum fecisse miracula nobis obiecerit interrogabimus quonam pacto innumerabiles inter christianos viri sancti diuersis temporibus locisq́ orti:ac diu post christum multa fecerint miracula & quotidie faciant. Præterea eclypsis illa Solis moriente christo præter ordinem naturæ facta apertissime declarauit christum ab altiori q̃ cœlesti ordine natum. Eclypsim quidem fuisse illud nobis argumẽto est: q̃ nõ licuisset christi discipulis passim ꝑdigiũ huiusmodi prædicantib? in re tam manifesta mentiri. Quid: q̃ Eusebius in ipsis gentiliũ historiis idẽ asserit se legisse idem & ante Eusebium Lucianus Antiocenus atq́ tertullianus. Flegro quoq́ olimpiadũ scriptor defectum solis ꝑdigiosum eodem quo & nos tempore comprobat contigisse. Quod autem ꝑdigiosus fuerit Dyonisius ariopagita Appollophanesq́ phylosophi iuxta Heliopoli vna deambulantes & oculis ipsis aperte viderunt & disputationes subtiliter ꝓbauere. Quod quidem in epistola Dyonisii ad sapientem Polycarpum legimus: Idem hinc quoq́ coniicimus q̃ nulli dubium Iudeos pascha ex lege semper Luna dumtaxat plena cælebrauisse eodemq́ ipso tempore Christum affixisse cruci. Vnde certissima ratione cõphenditur tum defecisse solem:tum præter oẽm naturæ ordinẽ defecisse. Vt videlicet cœlum morienti Christo ita nouis tenebris testimonium perhiberet quemadmodum & nascenti testimonium noua luce perhibuit.

Conclusio de Christianæ legis Diuinitate.

V Erum vt ad propositum redeamus cui mirum si mundi cõditor ita partes mundi singulas temperauit: vt & in mirabili dispositione siderum: & in summa totius orbis pace sub humana forma homines salutauerit. Quãdoquidem & diu antea p ꝓphetas suos cœlestia tum regredi iusserit contra naturam. Quæ quidẽ ꝑdigia Dyonisius narrat Babyllonios Persas tanq̃ diuina opa in annalibus suis adnotauisse. Similia quædã apud Platonẽ legimus in libro de regno. Quã quidẽ hystoriã poetæ (vt omnia solent) in Phætontis fabulas & alia q̃dam similia transtulerũt. Deniq́ diuina lex sanctaq́ religio: neq́ ab inferioribus neq́ a superioribus mũdi corpibus ꝓficiscit̃: Cum incorporei boni deiq́ gratia corporea cũcta tum vita contẽnat: tum affectu & cogitatione transcẽdat. Neq́ vlla rõe pẽdet ex fato: q̃ fatũ ipm semper & negat & damnat. Neq́ ab humana vel natura vel prudentia nascitur: quæ & eam negligit: & immenso quodã sup ipsam spatio in deum eleuatur immensum. Sed proculdubio a solo principio ꝓuenit infinito quæ finẽ

solum appetit infinitum: sed iuuat nostram sigillo Plato epistolam obsignare. Plato noster in protagora & politico duo religionum principia ponit. Quorum altero quidem statim in ipso rerum initio religio nata sit: Altero vero post multa saecula cõfirmata. Profecto nõ tam fuisse docet: instinctu quod animis ex deo manantibus insito: ob quam cognationem cum primum indusi corporibus sunt diuinitus ex terra vel creatis vel suscitatis subito deum tanq̃ patrem agnouerint atq̃ coluerint. Confirmata vero lege diuina quam aliquando deus solus ad solam clementiam suam per nuncium ab ipso electum ad homines miserit. Vale vi. Ianuarii. Mcccclxxxi. Florentiae.

Phylosophia & Religio germanae sunt.

Marsilius Ficinus Florentinus Anthonio Ziliolo. Sophronio Veneto. S. D.

SI quis opificium ingens aspectuq̃ mirum semper ante oclos habeat. Quod & ratione valde mirabili & arte admodum manifesta constructum sit atq̃ moueatur: ac praeterea spectantium vsui ad votum sit prorsus accomodatum. Neq̃ tamen ille animaduertat aliquando opificium eiusmodi summa quadam potentia: ratione bonitate: factum fuisse atq̃ moneri: nonne rationis oculis captum esse putabimus? Aut si forte q̃uis animaduertat interdũ: nunq̃ tam timeat venere tur: colat tanti tam pulchri tam commodi operis architectũ: an non necesse est illum cũ apud spectatores alios tum apud architectũ ipsum hac de causa extremo quodam odio dignum existimari. Sola vero ex oĩbus hominũ artibus facultatibusq̃ pia semp̃ phylosophia oĩ studio p̃uidet: ne vel in cecitatẽ tam miserã corruamus: vel tam graue odiũ subeamus. Nullũ eñ aliud veri phylosophãtis officiũ ẽ q̃ singulas tum partiũ tũ vniuersi rõnes & causas excogitare semper atq̃ docere. Deinde in ipsis rerũ rõnibus & causis assignãdis ad summã deniq̃ oĩm rõem causamq̃ ascẽdere. Praeterea caeteros ad sup̃na p̃ virib⁹ secũ ducere. Ac duq̃ q̃to sapiẽtia regat̃ mũdus õndit simul etiã quãta hũani generis cõmoditate ducat̃ cert⁹ p̃uidẽtiae rõnib⁹ demõstrare. Vt igit̃ agnoscamus deũ amemusq̃ & totus vndiq̃ mũdus clamat: & interpres mũdi deiq̃ phũs verus demõstrat diligẽter atq̃ exhortat̃. Adeo vt nisi oĩ penit⁹ sensu orbati simus: aptissime iã cognoscere debeam⁹: nihil in tanto vniuersi ordine oĩno eẽ fortuiti: nisi forte illi dũtaxat fortuiti sint: q opificiũ tã artificiosũ opinẽt̃ eẽ fortuitũ. Proinde phũs dũ ad cõtemplatiões dei nos erigit sapiẽs: dũ ad amorẽ diuĩae bonitatis inflãmat pius religiosusq̃ ẽ appellãdus. Quobrẽ tota priscoꝝ phia nihil ẽ aliud q̃ docta religio. Missa in p̃sentia faciã caetera. Nã innumerata sunt Plato diuinis Mercurii. Trismegisti mysteriis imbut⁹ in rep. & alibi saepe disputat nisi q̃s dei ipius & luce quodãmõ viderit & agnouerit bonitatẽ: neq̃ aliud quicq̃ veri posse videre: neq̃ aliq̃d bene vnq̃ agere vel publice vl' pri-

ũatim. Diuinũ vero solẽ: Solo eiusdẽ lumine ꝑspici. Lumẽ deniq3 illud menti solũ serenæ infundi solere. Q̃ ob causam & ipse Plato suã sꝑ Socratico more purgabat mentẽ: & cæteros vbiq3 purgare docebat. Proinde nõ in dicẽdo solũ verũ & in cogitãdo exbordiri a deo ꝑcipiebat in singulis atq3 ipe semꝑ exordiebatur a deo. Purgationis quoq3 eius modi gratia pythagoras imitatus orpheũ vltra singularẽ vitæ sobrietatẽ quotidie oriẽte Sole sacros superis hymnos cõsonante cythara cõcinebat. Idemq3 empedocli cæterisq3 suis facere ꝑsuasit: quo cœlestes globos sꝑ deo canẽtes imitarent̃. Præterea cũ inuenisset latus recti triãguli longius tm̃ posse q̃tũ duo reliq̃ simul iuncta. Ecatombẽ deo suppliciter imolauit. Vtpote q intelligebat nihil vsq3 veri siue summe veritatis lumine posse videri. Si ꝓ rei tam pusille notitia tam grandẽ victimã imolauit: nõne putas illũ ꝓ suiipsius cognitione seipm̃ dedicauisse deo? Rursus ꝓ vniuersi contẽplatione vniuersum quoq3 ipi totius conditori supplicẽ sacrauisse? Quid de Mercurio Trismegisto dicã? Cuius disputationes oẽs & a votis incipiũt & in sacrificia desinũt. Quid de zoroastre? Cuius (phĩa vt testat̃ Plato) nihil est aliud q̃ sapiens pietas cultusq3 diuinus. Deniq3 (vt summatim dicam) Saturnia illa & aurea disciplina priscorũ: nõ tam phĩa q̃ Philothea nuncupãda videt̃? Eorũq3 ꝭmo omnis oraculũ est potius q̃ oratio. Quorsum hæc de sapientiæ pietatisq3 copula? Vt videlicet meminerim⁹ primo q̃tũ aureis illis sacræ phĩæ sæculis debeamus. Deinde (vt ipse intelligas) qua ratiõe Marsili⁹ sectator antiquitatis: nõ solũ in vno illo religionis libro: quẽ petis: verũ etiã in oĩbus eius scriptis vna cũ phylosophicis semꝑ religiosa ꝓ ingenii facultate coniũgat. Postremo ipm̃ agnoscas te iam simulq3 Anthonius Chronicum tanq3 comphylosophos suos in ea philosophia libẽter amplecti: quæ sapientiam simul pietatemq3 complectitur. Vale.

Marsilius Ficinus Phœbo Capellæ. S. P. D.

l Vmen iamdiu quoddam pepperi. Lumen illud in suum continuo Phœbum se recepit. Stellam & nuper quãdam genui. Stella hæc similiter statim nata suum fœliciter reppetit phœbum.

Marsilius Ficinus Phœbo Capellæ Viro Clarissimo. Salutẽ Plurimam Dicit.

c Vm sæpius orauisset me Guilielmus amicus noster vt eũ phœbum meo primum commendarem: exscripsi tandem illi epistolam: quam superioribus diebus de Stella magorum ad Federicum Vrbini ducem scripseram: eamq3 his verbis Guilielmo dedi. Si vis amice Phœbo cõmendatus esse: age iam mercuriali hac stella duce saluta phœbum. Hæc te (vt spero) fœliciter illi conciliabit. Ito igitur: ito alacer: neq3 pigeat. Non enim hæc ex his stellis est q̃ videri aliquando possint in æde Apollinis peregrine. Siquidem Mercurius ante oẽs ẽ phœbo domesticus. Vale Florentiæ. vi. Februarii. Mcccclxxxi.

Quod pia sit Platonica disciplina.

Marsilius Ficinus Ioanni Nicholino archiepo Amalphiensi. S. D.

Vmenius Pythagoricis quem Origenes pythagoricis omnibus anteponit cum moysis atq; Platonis legisset libros. Platonem iudicauit esse alterum moysen attica lingua loquētē. Praeterea scribit Aurelius Augustinus duplici ad veritatem via nos duci auctoritate videlicet atq; rōne. Auctoritatem quidem xp̄i se omnibus anteponere. rōnes vero que huic potissimū consonent: se solum apud Platonicos inuenire apud quos ꝓhemium etiam euangelii Iohannis pene totum colligi posse. Affirmat deniq; Platonicos mutatis paucis xp̄ianos absq; controuersia fore: seq; illos ex oīm philosophorum numero iccirco potissimum elegisse: qm̄ quanto rectius de rebus diuinis q̄ cæteri philosophi sentiunt: tanto magis aliis anteponendi non iniuria videant̄: Ego igitur diui Augustini primū auctoritate adductus deinde multorum apud xp̄ianos sanctorum hominū testimonio confirmatus: opere p̄tium fore censui qn̄quidem mihi philosophandū esset: vt in achademia p̄cipue philosopharer: verum vt doctrina Platonica q̄ ad diuinam legem. i. mosaycam xp̄ianamq; tanq; luna quædā se habet ad solem latius refulgeret: libros platonis omnes e greca lingua transtuli in latinam. Præterea ne cui noui luminis huius aspectu oculi caligarent volumen composui quasi cōmētarium in libros decem & octo distinctum. In quibus Platonica mysteria ita pro viribus exponunt̄: vt mentē eius potius q̄ verba sequamur sublatisq; poeticis velaminibus platonicam apiamus sn̄iam diuinæ legi vndiq; cōsonam: Reor equidē neq; vana fides hoc prouidentia diuina decretum: vt acutissima quæq; ingania quæ soli diuine legis auctoritati haud facile cedunt saltē platonicis rationibus religioni admodum suffragantibus deniq; cedant. Quorsum hæc? Venerande pater: vt familiaribus hæc tuis legas: quo mirari iam desinant Marsiliū (cum sacerdos philosophie) tam frequenter incumbere. Vale.

Apologus.

Marsillii Ficini in librū platonis de regno ad Federicū vrbini ducē

Iuppiter optimus maximus cum optaret tale in terris qn̄q; regnum ꝓspicere: quale in cœlo semp apud se conspicit iam diu ꝑ ipsam diuini regis idea: regium quendam diuinumq; animum dimisit in terras conuocatisq; cœlicolis impauit vt oēs futuro huic regi suffragarent̄: quē superi quidem & a fide regia fide regum & ab orbis impio. Orbinatē ducem iam nominarēt hoies vero mutatis lr̄is Federicum vrbinatē ducē essent appellaturi. Assensere omnia Ioui p̄ter Iunonem numina. Sola eīn iuno Crassioris aeris ambitiosa regina: cœleste terris regnū hactenus inuidet. Verum pallas mercuriusq; fauētib⁹ aliis (& teste veritate) coronā sceptrūq; regium iam pridē viro eidem

cui & Iuppiter libētissime cōtulerūt. Cū vero acbademia passim palla dem Mercuriūq; colat atq; sectetur: ipsa quoq; regnum orbisq; totius monarchiā qualē diuinus Plato describit Federico vrbinati duci tū ex Iouis sententia: tum ex testimonio veritatis optime merito fœlicissime q; tribuit.

Marsilii Ficini Apologus ad Federicum Vrbini ducē in librū cosmographiæ Francisci Berlingherii Nicolai filii ad eundem.

q Vem Iuppiter omnipotēs orbis totius dn̄s ad terreni orbis imperiū ꝓcreauit quē pallas Mercuriusq; Iouis filii iamdiu tanto fecere imperio dignū: huic & acbademia horū cultrix minimus Platonicā terreni regni formam nō iniuria dicat: Huic & acbademicus Berlingherius noster vniuersam orbis terreni figurā: eo largit̄ tpe quo res publice ducesq; & reges iterū atq; iterū tū palladis hastā: tū herculis clauā cōcedunt fœlicibus auspiciis potentē belli italici dominā. Ac dux plerisq; potētes Federico duci ſp inuicto ytaliam bello parere volūt interim & Acbademia & acbadēci⁹ eidē tā pace q̄ bello totū subiicit orbē.

Sacra sacrilegi non attingant.

Marsilius Ficinus Carolo Ristoro. S.P.D.

q Ius Plato noster his diebus ab impio quodā germano transcribebatur: qui nuper sacrilegis manibus sacrum ante aras sanguinem fudit: ille repente: ille (vt ita dixerim) sacricida miles sacerdote cæso fugam arripuit: ipsaq; fuga alterum vester sacrilegiū patrauisse: dum videlicet vrbanum Platonē inter rusticos relinqueret vagabūdum. Tertium insuper sacrilegiū patraturus: si sacrū cruentis manibus Platonē reuersus aliquādo ausit attractare. Da igit̄ operam quæso vir optime ne Platonem aut diutius in siluis oberret aut forte (quod foret crudelius) aliquādo cōtaminatis ꝓphani illius manibus polluatur.

In solo Deo salus.

Marsilius Ficinus Francisco Bandino. S.P.D.

s Alue amantissime pariter atq; amantissime mi Bandine. Salue inq̄ milies imo semp in sempiterno auctore salutis deo. Addidissem & in platone: si mō quærenda post deū esset salus in homine. Valemus bene quod in primis audire cupis. Quod & de te audiuimus nuper speramusq;: nos indies similiter audituros. Dedicaui Mathiæ inuicto Pannoniæ Regi geminos nostrarum libros epistolaꝝ qui nunc francisci Iunii opa exscribunt̄. Cæteri vero libri nostri quos optatis sunt iam in manibus imp̄ssorum exp̄ssi cum fuerint legati ad vos accedent nostram vobis mentē fœliciter exp̄ssuei: hæc interim ep̄la tres tibi potissimum nobis in musis Amicos mādat iterum atq; iterum salutandos Episcopum collocensem. Episcopum vaciensem petruumq; garasdam. Valete fœlices. viiii. Mai. Mcccclxxxii.

Tantū ipsi nos ꝓbare possumus q̄tum a probatis ipsi probamur

Marsilius Ficinus Florentinus Petro molino Veneto.S.P.D.

a Ntbonius noster pictor & sculptor insignis: cũ besterno vespe ri me meosq̄ familiares ĩ foro tuo noĩe salutaret: ita tuos nr̃is vultibus pinxit vultus: ita tuos affectib⁹ nr̃is insculpsit affectus: vt nõ tã tuæ nobis ab illo narrari salutes q̄ a teipõ corã agi p̄spicue viderẽtur. Itaq̄ assurreximˀ oẽs subito neq̄ Florentinũ antboniũ vlterius: sꝫ Petrũ ipm̃ molinũ iã p̄sentẽ agnouimˀ: & nudo capite (vt par ẽ) bonorauimˀ: Salue & tu sp̄ doctissime petre nosq̄ (vt cepisti) salutari bac præsentia tua saluos frequẽtissime redde. Tamdiu nos bonorãdos reuera putabimˀ q̄diu ipe nos bonoraueris. Tm̃ & nr̃a nobis placebit ciuitas q̄tũ tibi eã placere nouerimˀ. Vtinam tibi nr̃a magis indies placeãt: vt nosipsi nobis indies vebementius placeamus Bene vale.

Honesta Silentii diuturni purgatio.

Marsilius Ficinus Ioanni Caualcanti Amico Vnico. Salutẽ Plurimam Dicit.

c Vm bac aurora absoluẽdo sacro tbeologiæ opi qđ iãdi molior totus incumberẽ: ac nemo q̄uis familiarissimˀ interpellare me tũc auderet: abs te tamẽ vnico audẽtius bis obiurgationibˀ interpellatus sum. Soles Marsili alias in primis rusticationis tuæ diebus Ioannẽ tuũ litteris salutare: nunc vero solitis iamdiu salutibus abstines An nõ vides sacrilegæ q̄ sacræ amicitiæ tuo istoc silentio detrabas. Ad bæc Plato bunc in modũ respondere ꝑ cõmuni causa videbat̃. Vide q̄ magna vis Ioannes tuis insit verbis. Nempe apud alios aliud quidem dicere est: aliud autẽ facere. Ipse vero dicendo facis. Quibus em̃ verbis Marsiliũ appellas sacrilegũ iisdem sacrilegũ bũc ipse facis: si modo q sacrũ publicumq̄ opus priuate q̄uis singularis amicitiæ gratia intermiserit: sacrilegus sit futurus. Eiusmodi vt dicebã bac aurora nobis incidit controuersia. Verum vicisti tandem (vt soles) atq̄ Platonicis parum ꝑ misteriis intermissis solitas a nobis salutes iam reportas. Reportare vis iterum? Platonemq̄ iterũ superare? Responde amicæ precor? Respõde non vt soles inq̄ (sed potius vt non soles) Quod si respondere nõ vis mibi: saltem responde platoni. Sed ecce dum interloquendũ te (vti fit) intueor geminũ mox ibi vultũ video mirabile visu: vbi modo vnicũ intuebar. Ac si rite amicos agnosco vultus grata Laurẽtii medicis ora in tuo (vt ita dixerim) speculo speculari videor: & ab eo pene atq̄ a te similiter increpari. Ergo geminatis iam tibi vultibus geminẽtur & mibi vicissim ille salutes: & quæ pauloante duobus quasi vni dicebam: nũc vni dicta sint quasi duobus.

Responsum de genesi q̄ iudicium sit fallacissimum.

Marsilius Ficinus Zenobio Romano. S.P.D.

q Vamq̄ nō sunt illa hic apud me nunc instrumenta quibus coelēstia examussim examinari pensitariq̄ solēt: tamē vt agam in p̄sentia nō nihil pingui minerua illa mihi coeli figura non admodum placet in qua Mars medium tenet coelū. Saturnus sextā occupat domum. Iuppiter comburitur. lunam sol aspicit ex quadrato. Sed neq̄ mala ominari iuuat neq̄ his multum decet credere. Nam cum in rebus proximis quotidianisq̄ sæpe fallax iudicium sit. nimirum in remotissimis est fallacissimum præsertim: cum ex multis aliis præter sydera causis res nostræ dependeant genitura nutritione: loco educatione: cōsilio sorte. Quod quidem ex eo patet perspicue q̄ etiam quæ eodē momento seruntur & nascuntur: inter se tamen genere. specie: numero: qualitate: fortuna: exitu: longissime discrepant. Vale.

Diuina dum mittuntur non admittuntur.

Marsilius Ficinus Locterio Meronio comphylosopho suo. S. D.

i Oannes Cocchius achademicus noster hesterno vesperi me conuenit: atq̄ terentiano vt solet more. Saluere inquit te Marsili noster Locterii nostri nomine iubeo. Tu vero nūquid Locterio referri iubes? Nam ad eum (vt vides) aduolo: ego autem cum te vicissim saluere vehemēter optarem easdem inq̄ salutes Locterio referes Tu Ioannes At si reddideris inquit easdem salutes amico: videber (q̄s ille miserat forte respuere. ad hæc ego. Si dextre īq̄ meæ sinistra reddat: quod accepit a dextra id non amisero æquidem sed quadam potius cōmutatione seruauero. Locterius certe Marsiliusq̄ hominis eiusdem dextra sunt atq̄ sinistra. His forte Dyalecticus quidam interfuit obiecitq̄ Et si homo idem possidet quicquid alterutra possidet manus nō tamē vlterius est in altera quod iam reddidit alteræ. Tum ego ita respondi. Si mutua īter nos misericordiæ permutatio fiat: nimirū q̄d obiicis dyalectice sequitur. Sin autem radius id quidem fuerit minime sequit̄. Solet enim a lucido corpore in speculum prosilire radius atq̄ resilire. Radius hic quidem corpus vnde emicat dum emittitur nō dimittit vicissimq̄ dum reflexione resilit non amittitur proinde radius quicquid p̄cussione quadam vulnerare vester fouet a quocunq̄ frangi mutua rep̄cussione apparet potius geminatur. Nescis dyalectice: nescis Marsilium a Locterio missis in diuino lumine radiis salutari vicissimq̄ ab hoc illum radiis p̄missis resalutari. Præterea nihil hic offendi sed foueri: nihil frangi sed geminari. Ergo dyalectice inq̄ cum tuis istis tenebris vale miser. Sed tunc demum futurus foelix cum lumen quod te gratis semper inspicit grate respexeris. Tu vero Ioannes me inter atq̄ Locterium indiuiduos diuinæ salutis radios fer absq̄ vllo diuisionis metu refertq̄ foeliciter.

Petitio commendatioq̄ artificiosa.

Marsilius Ficinus Francisco Bandino. S. P. D.

m Isi nuper nõ nulla ad Mathiam inuictum pannoniæ regẽ ex nostra hac officina iam diu deprompta ea in primis Bãdine spe ea q3 fiducia: vt que ego nescio quo pacto saturnia feceram: suo illo splendore Iouia faciat. Quod equidẽ ita demum me facile spero consequuturũ si qua nos ad eum Marsiliana misimus ipse qñq3 mercuriali (vt solet) ore apud regẽ regia reddas. Exscripsit aũt hæc amitinus frater meus fere alter ego Sebastianus legitimus theologie ꝓfessor: hic dum illam legeret exscriberetq3 epl'am in qua iam diu respondebã vobis: nõ posse me facile quod optabam accessu istuc meo: nunc satis vestro desiderio facere. Non potuit se continere quin quasi quidam semi poeta meis auribus ꝓtinus intonaret. Non patiar o Marsili: non patiar vnq3 quantũ potero te vnq3 nõ posse quod optes. Quid ergo? Inueni Ficine viam: gratare repertis: Quæ tanto te reddat amico. At ego quanã istuc efficies inquã Saluine via? Si ego inquit illuc Ficinus alter accessero: tu in me saltem quo cupiebas accesseris. Sed fœlicibus in pãnoniam constitui auspiciis ꝓficisci. Id est aũt tutis Bandini nostri pedibus: qui & ipse fœliciter est profectus. Hunc equidem mi Francisce & apud te laudarem & tibi plurimũ cõmẽdarem: si vel deceret alicubi laudare meipsum vel oporteret cõmendare me mihi. Vale fœliciter: Viue fœlix. Ama (vt soles) scribe quæ satis Salutãt amici. Saluta amicos. Cõmendo te regiis: cõmenda nos regi. Ex agro Caregio. xx. Septembris M.cccc.lxxxii.

Qua in re p̃cipue disciplina platonica ꝑipateticam superat.

Marsilius Ficinus Ioanni Pico Mirãdulano cõplatonico suo. S.D.

m Agna quidem voluptate me affecerũt elegantes litteræ tuæ ꝙ te plane iã eloquentẽ nostro iudicio p̃stant: maiori vero ꝙ ꝑipateticum quoq3 euasisse significant: maxima deniq3 ꝙ platonicũ ꝓculdubio pollicentᷣ: q3 optime singulare fœlixq3 ingeniũ tuũ excoluisse videris. Quippe cum post humana eloquentiæ studia rerum naturalium rõnes apud ꝑipateticos indagaueris. Atq3 te iam ad diuina platonis nostri mysteria conferas. Nam ꝑipatetici quidem quanta vbiq3 rõne naturalia disposite sint diligentissime disputant. Platonici vero p̃ter hæc quantũ insuꝑ illi qui hæc numero põdere mẽsura disposuit debeamus ostendunt. Q̃obrem illi nos facile doctos efficiunt: hi præterea sapientes atq3 beatos. Tu igitur optime mi Ioannes ꝑge fœliciter (vt cœpisti) ego aũt tam hoc honesto ꝓposito tuo si modo (vt ais) nr̃a opera indigueris me polliceor nõ defuturum. Vale.

Salutatio pia & librorum petitio.

Marsilius Fici. Flo. Ioãni Frãcisco Hippolito Gazolti. comiti. S.D.

I Actantius Tedaldus nos tuo Laurẽtiiq3 Bonicõtri noĩe iterũ iterũq3 saluere iubet. Epistola nostra vicissim vos iubet ambos iterum iterũq3 saluere. Sed quanam salute potissimũ? ea. s. qua

ſeruante nihil in nobis poteſt eſſe nõ ſaluum: deo igitur ſeruatore ſalue te ſemp. atq; in eiuſdem amore nos amate: ꝑterea ſaluete & vos noſtrarum epiſtolarũ quinq; libelli. Satis iam ſatis hoſpites fuiſtis Hippoliti ergo domum iam ſalui redire. xxii. Decembris. M.cccc.lxxxii.

Honeſta ſimul ac vehemens librorũ cõmẽdatorũ exactio.

Marſilius Ficinus Dulci ſuo claro Iuriſcõſulto. S.P.D.

Salue mi ſuauiſſime. Dulces amaritudinemq; meam: tua (ſi potes) atq; vtinam poſſis dulcedie tempora. Ego (vt ſcis) nullos vnq; genui liberos: niſi libros: q̃ vero chari parentibus filii ſint nullus ignorat. Mentis aũt filii quanto ꝓpinquiores ꝑſtantioreſq; ſũt q̃ corporis: tanto chariores habenť: quorſum hæc: nempe dux ille veſter inuictus & epiſtola & voce vehementer me rogauit: vt meos Veſpaſiane: libros crederem vrbinum ad ſe mittendos. Credidi equidem tam libenter: q̃ ille vehementer ꝑcupiebat: veſpaſianus igitur tabellariis eos tradidit ꝑferendos mercede conductis. At illi illos cum accepiſſent: nõ accepta mercede captiuos hæc mihi iam diu retinẽt. Ego interim ardentiſſimo in eorum deſiderio vror: eiſq; quotidie mille pericula timeo. Obſecro per muſas te mi Dulces tuos per gratias obſecro dominos: ne patianť me dum & ducis volũtati obſequi ſtudeo & eos inſup honorare cogito: iacturam pati tam grauem. Vale.

Negocioſum virum nõ eſſe temere interpellandũ.

Marſilius Ficinus Bernardo Oricellario Florentini Senatus Oratori. S.P.D.

Prudentiũ ſententia eſt. Virum grauibus negociis occupatum abſq; graui cauſa nõ eſſe interpellandum. Mihi vero nunc ſatis ne grauis ad te interpellandũ cauſa erit platonica grauitas: ſatis certe quod & ipſe (vt arbitror) facile cõfiteberis noſtra hæc ſiue academia ſiue bibliotheca latinum platonem græco ſemine iam diu cõceptũ parturit quotidie. Verum abſq; obſtetricis manu haud facile põt parere: ergo mi Bernarde obſtetricias impreſſorũ adhibe manus: quæ maturum iam fœtum exprimãt: expræſſumq; formẽt. Vale.

Non ſunt amici: niſi alter ex altero pendeat.

Marſilius Ficinus Franciſco Bandino. S.P.D.

Litteræ mi Bandine tuæ ꝓſperam quidẽ valitudinẽ tuam mihi ſignificant: meã vero cõfirmant. Ego viciſſim iccirco reſpondeo (vt dum ſignifico tibi meã) tuam quoq; cõfirmẽ. Nec immerito amicorũ alter pendet ex altero: ſi quidẽ eſt alter in altero. De vacienſi vero epõ noſtro quid dicã? Verum ſatis equidẽ dixi: modo cum de nobis dixi: ꝓinde ſi amorẽ erga hunc explicare meũ voluero: cæteris q̃dem longiſſimus ero: mihi vero breuiſſimus. Ergo ne vel alios ꝓlixitatis tedeat vel me peniteat breuitatis affectu dumtaxat contẽtus ero q̃nquidem ſermone nõ poſſum.

Solitudo litteratis necessaria.

Marsilius Ficinus Petro Nero Viro Candidissimo. S. P. D.

a Besse me iam ab vrbe diutius (vt opinor) vna cum aliis nostris & ipse conquereris. Sed desine conqueri. Nunq̄ em̄ minus ab sum ab academia q̄ cum ab vrbe absum. Vrbana quidem a vobis sæpe me distrahunt rustica vero restituunt: vester hic totus sum atq; expeditus. Siue em̄ deambulo: vobis mihi passim ipsi floreo: siue dormio vos mihi semp somnia nostra reducunt. Vale atq; saluta omnino? sed quem? sed quos? Nullum equidem vt nomine vno cunctos cōnominauerim academicos. Iterū bene vale. K[a]l's Aprilis. M.cccc.lxxxiii.

Non vere se inuicē amant: qui nō assidue de se inuicē cogitant.

Marsilius Ficinus Philippo Valorio. S. P. D.

v Ides philidpe cū Valori scripturus essem vere carducio me scripsisse. Quid mirū? Nēpe & vterq; sibi inuicē vnus & mihi vnus vterq;. Quo etiā fit: vt siue lyram pulsem: siue carmina canā: cō pulset alter & cōcinat alter: sed heus valor nōne corrusticari sacros hos dies cōstitueramus nō agri sed animi colendi gratia. Iamq; inuicem dedissemus verba: nisi q couiuunt semp: nō corrusticari non possent: sed hoc interest q̄ ego te duce maianum agrum petiturus eram. Nunc vero contra Caregianū ipse me duce petisti. Cum vero rerum omniū vicissitudo sit: mox ego maianum te duce petam: verum ne quid te lateat: vbi legis ego quasi sub grandiori quodam egone Berlinghériū sub intellige. Cupio hic vos coplurimis salutationibus onustos reddere. Quas deinceps in nostros passim achademicos transfundatis in compatrem boninsegnium in compatrem Guicciardinum In cōfratres deniq; cunctos. Vale.

Laus Platonici philosophi.

Marsilius Ficinus Petro Leoni insigni cōplatonico suo. S. P. D.

s I sophista a sopho quadā diminutione deducitur iustius est sophistam sequi sophum q̄ contra. Noli ergo mi sophe vlterius sophistam petere hic em̄ mox (vt par est) te sequet̄. Vale.

Dolores oēs ex amore animi erga corpus nascunt̄.

Marsilius Ficinus Amerigo Corsino dilectissimo suo. S. D.

a Ppollinem Medicine fontem ferūt duos præcipue filios genuisse Esculapium atq; platonem. Esculapium quidem qui corporibus Platonem vero animis mederetur. Solent medici esculapii sectatores doloribus corporis fomenta quædam vnguentaq; adhibere quæ anodina. id est dolorē sedantia nominant. Solet & academia Medicine Platonicæ studiosa eiusmodi famulam tanq̄ anodinum fomentum: merentibus animis ammouere: hac equidem in primis vtor

Hanc & charissimis cõmunem facio. q̄ sic charissimis. & amerigo igi‑tur q̄ charissimo. Vbi dolor Vbi amor. Exue amorem: exueris & do‑lorem. Exue inquam non ipsius amorem boni: Absit enim vt vel ma‑lum vel impossibile iubeam. At vero & malum est non amare ipsum bonum: & impossibile est non amare idipsum quod amas necessitate nature. Ergo non boni ipsius quod primum summumq̄ & omne bo‑num est sed singulorum q̄ inter homines iudicantur bona amorem iu‑beri exuere. Quippe cum ad hæc amando conuerti nihil sit aliud q̄ ab ipso diuerti. Quatenus autem diuertẽtes ab ipso per quod solum hæc habent vt bona sint ad hæc conuertimur quæ absq̄ illo sunt mala: eate‑nus in mala præcipitamur. Rursus vbi dolor? vbi amor. Horum videli cet bonorum amor quæ & differri possunt & auferri. Si possessio eius quod cupimus differatur. dolor vrit atq̄ sollicitat. Si possidemus quod interea auferri posse cognoscimus dolor distrahit si auferatur q̄d amo‑re quæsiueramus atq̄ possideramus dolor opprimit. Quobrẽ ne dole‑re cogamur solum ipsum propter se amemus bonum: quod solum per se est bonum: quod quidem cum ob naturam potẽtiamq̄ infinitã neq̄ vsq̄ absit differri neqt neq̄ vnq̄ desit: auferri nõ pt. Nusq̄ deserit nisi deserentes: nunq̄ dimittit nisi dimittentes. Non admodũ operosa est boni infiniti petitio: Sola enim queritur inueniturq̄ voluntate. Non sollicita suspitiosa ve possessio. eadem enim voluntate q̄ quesitum ac‑quisitumq̄ fuerat retinetur. In hoc vno amando possidẽdoq̄ omnia tanq̄ bona cõplectimur: hoc vno deserto quo solo reliqua bona fiunt: cũcta passim mala nobis euadunt. Exuamus ergo exuamus affectum qui miseros ad inferiora detorquet. Induamus affectum ad sublimia erigentem: hic mẽ nos liberabit a malis: hic nos ex doloribus eruet im plebit omni bono: afficiet omĩ gaudio: gaudio inquam quod a nobis nunq̄ auferetur. Hæc a nobis amerige carissime summatim animi lan‑guoribus adhibentur: eadem & Platone latius ac elegãtius: & a sacris lr̃is potentius atq̄ diuinius. Vale.

Expositio allegorica seculi aurei atq̄ aliorum:
Marsilius Ficinus Iacobo antiquario Secretario Ducali. S. D.

c Eteri te Iacobe tantum cognominant antiquarium: academia vero & antiquarium pariter & nouarium tanq̄ antiquitatis in nouatorem atq̄ cultorem. Quid autẽ esse aliud opinamur re‑nouare antiqua: q̄ aurea illa sæcula reuocare regnante quõdam Satur‑no fœlicia. Quid rursus Saturnum apud homines? Quid ve Iouem? Sane Platonici cum animam in tres præcipue distinguant vires intel‑ligẽdi videlicet & irascẽdi atq̄ cõcupiscẽdi primã partiunt in duas. s. in mentẽ vel cõtẽplatõi vel actiõi p̄cipue deditã. Mentẽ q̄dẽ cõtẽplatricẽ

nomine Saturni significant. Mentem vero actionibus occupatã noiant Iouẽ: deinde animũ vel iracũdia duriorẽ esse Martẽ: vł voluptate molliorem esse Venerem arbitrantur: præterea sub primo duce vitã tam publice q̃ priuatim agi auream. id est præciosam & lucentem æternãq; existimant: sub secundo argenteam: quippe tum sicut argentum prætio sequitur aurum: ita & actio contemplationem quasi pedissequã dominã sequi obseruareq; debeat: ꝓinde sub tertio ob durissimam armorũ crudelitatem ferream duci vitam putãt. Sub quarto deniq; plumbeam. Libido enim atq; voluptas instar plumbi & mollior est: & quasi pondere quodam ad inferiora decliuior. Quantum vero vanissimos illos quos vulgo Alchimistas appellant: totiens & fallit opinio & fortuna frustratẽ quotiens inferiora metalla conflare in aurum molliuntur: tantum bis q concupiscentiam: iracundiam: actionem contemplationi pro virib⁹ subigunt: res ipsa quottidie succedit ad votum adeo vt ꝓ cæteris metallis aurum: id est pro vilissimis præciosissima & pro caducis æterna reportent. Perge igitur Iacobe fœlix (vt cœpisti) aureæ antiquitatis contemplationisq; Platonice cultor faue (vti facis) antiquis: faue aureis atq; ita ꝓ antiquario nobis aureus eris. Vale fœliciter academice carior auro.

Omnium rerum vicissitudo est.

Marsilius Ficinus Matheo Forliuiensi pontificis cõmissario. S. D.

t Radunt poete Iouem Saturno patri quondam imperiũ abstulisse: ego vero arbitror Martem his temporibus quasi Saturni vindicem sibi Iouis regnum vsurpauisse: & imo (vt aiunt astronomi) religiosi viri ab Ioue significantur atq; reguntur. Nam quotidie religiosorum bona ad Mortios homines transferuntur: Sed vtinaȝ vicissim imperium cœleste succedat: vt quemadmodum Marti iampridem cessit Iuppiter ita: & mars quandoq; Ioui cedere compellatur Sane tunc demum cum solus regnabit Iupditer: speramus pios homines (vt dixerim) regnaturos. Idq; forte ante bienniũ (nisi nos Astronomica fallit ratio) Coniunctio Planetarum magna vel perficiet vel (vt rectius loquar) significabit. Interea vos commissarii saltem quibus pii gregis cura committitur: commendatũ habetote gregem vobis a deo non mediocriter commendatum. Id optamus quidem ab aliis sed abs te insigni pietate viro iam speramus. Vale. Die. xv. Iunii. Mcccclxxxiii.

Qui humanum amorem in diuinum transfert: ex homine transfertur in deum.

Marsilius Ficinus Domino Matheo Forliuiensi charissimo Pontificis commissario. S. P. D.

p Latonis nostri sententia ẽ: ea potissimum ingenia quæ ad amorem propensiora sunt alas quibus reuolatur in cœlũ posse recuperare: q̧ si liceret in ep̃la rões more disputantiũ accuratius assignare æquidẽ Platonice hui⁹ sententiæ q̃tuor in p̃sentia rões afferrem

At vero si vel peierare licet amāti: disserere quoq͠ liceat te amore loquē ti. Ergo prima huius rei causa est humana: secunda naturalis: tercia cælestis: quarta diuina. Humana inquā ꝓpterea ꝙ amor ipse verum amicitiæ est fundamentū. Amicitie vero tanta vis est vt hac sola vel sine legibus vllis humanū genus tranquille possit beateq͠ viuere. Hac vero sublata neq͠ leges neq͠ cætera hominū studia beatum efficere possint. Mitto ꝗ acutos ad inuentionem: ꝗ vehemētes ad eloquēdum: ꝗ tractabiles: iocundos: vrbanos: fidos ad rationem: consuetudinem amor efficiat. Naturalis autē ratio est eiusmodi: Profecto similitudo quædā vbiq͠ est causa amoris. Quod quidem in stellis & elemētis plantisq͠ & animalibus plane ꝑspicitur. Quisquis igitur ad amandos homiues ꝓpensissimus est: is nimirum ipsi humani generis ideæ ad quā diuinus artifex homines ꝓcreauit: similimus oīm iudicatur. Cōtra vero quicūq͠ ab amore alienissimi sunt: hi & ideæ diuinæ dissimilimi & ab humana specie remotissimi. Tercium ad idem cœlestemq͠ causam ab astronomis sic accipimus. Solent ad amorem ꝓcliuiores esse quorū in genesi ita venus mercuriusq͠ disponuntur: vt ob mutuum aspectum vel congressum aut receptionem: aut terminum ingenii gubernacula concordi voluntate suscipiant. Tunc sane & Mercurius ingenii eloquiiq͠ magister ad venerem transfert vtrunq͠ & venus ipsa gratiæ decorisq͠ & fidei mater ingenium eloquiumq͠ lepore condit. Elegantia ornat: fide veridica format. Q͠obrem nulli vel acutiores vel elegantiores re vera sunt ꝗ amatores. Neminem vero laterevolumus: aliud quidem libidinem esse quæ tactum expetit aliudvero amorem qui aspectu auditu q͠ & contemplatione cōtentus est a platonicis iudicari: Quarta deniq͠ ratio est diuina quam plato diuinus in phedro atq͠ symposio ꝓbat ꝗ plurimum. Cum in diuina mēte rerum omniū formæ sint exemplares earumq͠ apud nos vmbræ quædam appareant: in his nobis creatoris ipsius pulcritudinem refert expressius ꝗ pulchritudo creata: neq͠ tam facile putat Plato nos ex humana sapientia vel alia quauis virtute nr̄a diuinam sapiētiam cæterasq͠ dei virtutes inuestigare posse: ꝗ facile ex humana pulchritudine diuinam pulchritudinem inuenire inuētamq͠ amare. Quippe cum reliquarum quæ sunt in deo virtutum similitudo solis conueniat mentibus atq͠ his dumtaxat ꝑcipiatur: pulchritudinis vero diuinæ simulacrum ꝑ omnia sese fundat: neq͠ mēte solum: sed oculis etiam qui sensuum omniū ꝑspicacissimi sunt: plane perspiciat̄. Hinc amorem ex humano diuinum existimat ꝓuenire. proinde amorem nihil aliud ꝗ pulcritudinis desiderium esse desinit: pulchritudinem vero non aliud esse ꝗ gratiam: gratiam inquā ex tribus gratiis. id est ex tribus præcipue rebus insitam: & a tribus similitrr numinibus veniētē. Siquidem appollo per musice consonantiæ gratiam alliciat audientes Venus autem per gratiam coloris atq͠ figure rapiat intuentes. Mercu

rius deniq̃ per miram intelligentiæ & eloquentie gratiam contempla tores in primis ad se cōuertat:atq̃ amore diuinæ cōtemplationis pul- chritudinisq̃ accendet. Quoniam vero nō tam intelligentia nos in rem ipsam quam intelligimus:q̃ amor in eam quã amamus trãsferre solet: Idcirco plato noster existimat hoc ipo diuinæ pulchritudinis desiderio potius q̃ vel scientie studio vel alia quauis virtute mentẽ receptis alis in patriam reuolare: Quorsum hæc? Nempe vt dum hæc legis nō mo do mentem hac de re nostram intelligas: sed etiã vt in hac perfecti ama toris descriptiōe tanq̃ in speculo quodam tuam imaginem speculeris. Dum enim & legitimum amatorem & pium amicum effingo. Mathe theum meum ꝓ viribus expressisse volo. Vale.

Obsecratio vt Platonis libri in latinũ a nobis translati ex eius mani bus qui occuluerat redimanẽ.

Marsilius Ficinus Hieronymo Canciano vrbinatis ducis oratori. Salutem plurimam dicit.

d Iuum Platonem in egina venditum. Anniceris Cyreneus a ser uitute redemit & in sicilia in summo vite discrimine constitutũ Archytas tarentinus ab exitio liberauit. Platonis autem liberi cum relicta græcia a barbaris occupata sese in italiam cōtulissent: in car cerem forte coniecti sunt: integrumq̃ biennium (proh nephas) in vin- culis detinentur. Sed ecce iamiam insignis pietate vir Cantianus Hie ronymus a cō pedibus eos soluet luciq̃ restituet. Quantum ergo quō dam cyreneo & tarentino ꝓ platone græcia debuit: tantũ Canciano ꝓ platonis liberis debebit italia.

Charitas potius q̃ scientia transfert in deum.

Marsilius Ficinus Philippo Carducio litteris & moribus ornatissi mo. Salutẽ dicit.

d Eclamatiunculam nostram qua ad pietatem charitatemq̃ ami- cos diebus superioribus cohortabar philippo Carduccio meo censui dedicandam: viro pietatis charitatisq̃ plenissimo. Cum vero Philippum nomine piumq̃ appello geminum intelligi philippũ volo Carducciũ atq̃ valoriũ: legite igiẽ ambo fœliciter.

s I deus proprie nuda quadam res omnes intelligentia faceret forte: omnia & intelligerent & ab intelligentia recta nimine ab errarent. Per quam enim proprietatem effectus a causa prode- unt ꝑ eandem quasi imaginem a causa sibi impressam suam continue stabiliterq̃ causam repræsentant. Cum vero neq̃ creata omnia cogniti onem habeant & quæ habẽt sepe aberrẽt in cognoscẽdo affectũ tñ na- turalem habent oĩa atq̃ ipso affectu nō errent: cōsequens est a creatore omnia nō tam ꝑ intelligentiã q̃ ꝑ voluntatem fuisse creata. Quod qui dem inde confirmaẽ: quia sicut a causa ꝓcesserunt ita & conuertuntur Cum igitur ꝑ affectum ad bonum conuertanẽ omnia: non ꝑ cognitio

nem sequit a bono p affectum omnia pcessisse. Atq sicut p affectum ipsius pcesserunt: sic p eundem vbiq conuerti. Quod em in rebus appetitionem dicimus nihil significat aliud q passionem. i. raptum ab ipso primo cuctis illatum. Sed qui haec quidem ferri vident: illum vero no vident trahere: ita decipiuntur: sicut qui ferrum putarent seipso sponte magnetem petere: quando magnetem alicubi no viderent. Hinc ergo constat voluntatem diuinam esse portam per quam mentes dum creatur egrediutur. Rursusq per quam eedem dum recreantur regrediuntur. Ergo ad Canorum Dauidis poetae sacri psalterium verus ille phoebus omnipotens ab alto: ita nostris metibus intonat. Attollite portas principes vestras: & eleuamini porte eternales & introibit rex glorie. O principes o mentes corporum principes. principes animaliu quas ego minui paulomin⁹ ab angelis: quas ego honore & gloria coronaui quas sup opera manuum mearum iure costitui. Attollite portas: sursum eleuate voluntates: o porte eternales: o voluntates eternae ab eterno creatae: eternorumq capaces nolite aperire vos ad inferiora excipienda quorum nos ingressus inficiat: apite vos ad superiora recipienda q suo vos ingressu reficient. Tuc sane ego p vos intrabo rex gloriae rex inqua & lucis & gaudii. Signabo sup intellectus vestros lumen vultus mei: dabo aut vobis leticiam mea. Ego sum porta p qua quisquis non intrat fur est & latro. Voluntas mea porta est p quam egressi estis oes voluntas vestra porta est p quam in me regrediemini oes. Ego ignis sum cosumens atq cosumans. Consumens quide materia: cosumans vero formam. Consumens quide materiale deformitate: cosumans vero spiritalem formositatem. Attende quid vbiq faciat ignis: ignis illuminat atq calefacit. Quod vero ab igne illuminat non ideo euadit ignis: quia lumen ignis accipiat: sed quia calore. Similiter ego velut ignis intellectus illumino: voluntates accedendo. Vos aut no ideo diuini potestis euadere quia mea luce sola intelligendi rone quaeratis: sed quia calore meu flagrantia volendi petatis. Agnoscite igit quanti sit amor. Ego em amore vos meo creaui: vos quoq amore vestro: amore inquam mei vos ipsos in me recreabitis. Ego amore feci vos mentes: vos aut amore dei vos qnq deos reficietis. Tunc ego dica. Vos quoq dii estis & filii excelsi omnes.

FINIS SEPTIMI LIBRI.

Marsilii Ficini Probemium in librum Octauū epistolarū ad Phy-
lippum Valorem Virum Magnificum.

Marsilius Ficinus Florentinus Philippo Valori generosissimo Valoris virtutis heredi.

c VM SAEPE Dilectissime Valor octauo epistolarū libro caput imponere tentauissem: necq3 vllo pacto valerem: supplex tādem diuinam potentiam obsecraui: vt tautum saltem mihi valoris suppeditaret: quantum capiti huic adhibendo suppeteret: foelicissimum certe votum. Nempe dum pro capite admouēdo Valorē opto Valor ipse interim mihi factus est caput. Salue itacq3 dulcissimum libri imo liberi mei caput quo liber me9 ducitur & quo viuit: imo vero quo multi iam mei liberi viuunt. Oportune admodū quorum vita iamdiu aspirat domus medica aspirat simul & valoria domus. Quippe cum & hæ familiæ prorsus idem vbicq3 velint & opem medicam mox valitudinis prosperæ Valor ipse sequatur. Aspiret semper vtriusq3 familiæ foelicitati deus omnipotens & concordiam hanc seruet antiquam. Lege foeliciter & viue foelix vna cū Nicolao fratre admodū elegāti: atcq3 lectioni huic Anthoniū Lanfredinum ægregium academicum nō vt lectorem tantum sed vt iudicem adhibeto.

Principium Octaui libri.

Gratiarūactio ꝑ libris Platonis ꝑ hieronymum ab occupatore redemptis.

Marsilius Ficinus Hieronymo Vrbinatis ducis oratori. S.D.

c OGITABAM modo Hieronyme tibi ꝑ epistolam agere gratias ꝙ diuum Platonē a diurno quodam carcere durisq3 compedibus liberaueris. At ipse Platonis genius his me ferme verbis corripuit. An adeo Marsili & eloquentiam magnifacis tuam & libertatē paruifacis meā vt dignas liberatione mea gratias Hieronimo te confidas acturum. Ego hieronimum salutabo meum. Ipsemet & gratias agam ipse & referam: hūc eñi & inter academicos annumerabo meos: & tertiū iam liberatorem meū post anniceridem architamcq3 cognominabo. Sic ad me Hieronime modo Platonis genius: tu vero ipsum mox Platonis spiritum audi in hoc ipso volumine quasi suo quodam corpore resonantem.

Amor absentiam non patitur.

Marsilius Ficinus Petro Compagnio dilectissimo suo. S.D.

t Vnc primum te hinc abesse suspicari coepi: cum epistolam tuā legerem: qua interrogabas quando ad vos sim profectur9. ego vero iamdiu istuc aduentassem si te hinc abesse sensissem. Modo proficiscor ad alios quia minus amo ad academicū non ꝓficiscor: qa nimis amo: atcq3 ita complector vt abire non sinam. Vale.

Probemium in apologos.

Marsilius Ficinus. Georgio Cyprio compatri charissimo ac optimo medico. S.D.

c Vm apud te litterati nonnulli in ipa cœna de scalæ nostri scriptoris elegãtissimi Apologis verba facerent atq; a me imprimis quia nuper legeram iudicium de his exigerent. Ego ois inq; scalæ nostri apologus & elegans mihi videtur & masculus. At illi arriserunt pariter atq; deriserunt: Arriserunt quidem eleganti q̃si eleganter expresso. sed masculum quasi dictum improprie derisere. Ego igitur (iudice te) affirmo me nõ solum proprie sed etiam verissime apologos scalæ masculos appellasse. Quis enim iure neget eos esse masculos qui me ad hæc antea sterilem vno afflatu adeo fœcũdũ reddiderint. vt eodem ferme partu multos filios apologos pareret. Quod quidem hinc etiã confirmatur q͏ postq; illi e laribus discesserunt. nulli deinde apud nos nascũtur apologi. Eos autẽ qui tunc nobis nati sunt quasi ob priorem sterilitatem meam imbecilliores tibi & tanq; compatri nutriendos & tanq; medico fouendos confirmãdosq; cõmendo. Vale & charissime compater & optime medice atq; lege fœliciter.

Amatoria silentii purgatio quando amicorum litteris non respondemus.

Marsilius Ficinus Philippo valori. S.P.D.

a Cepimus iam pridem epistolam tuã mi valor non mihi solum sed etiã Petro Nero Philippoq; carduccio ac deniq; academicis cunctis cõmunem vt nihil mirum sit nullum adhuc nostrum epistolæ respondisse dum alii alios quotidie responsuros arbitrarentur. Accedit ad hec q͏ dyalecticus quidam ex academia cũ audiret reprehendi nos q͏ valoris nostri epistolam. Valoris plenam quodammodo paruifacere tam longo silentio videremur. in hũc fer me modum argumenrari cepit. Facile ostendi potest. amici non tam nos q̃ Philippũ ipm diuturni huius silentii causam extitisse. Quapropter ipsum potius q̃ nostrum quẽq; esse reprehendendum. Sane si philippus. valor est amicus noster. certe ẽ valor noster. Rursus si ipe est valor noster vtiq; ipe est noster valor. At si ille est noster valor consequens est. vt illo absente ipi nihil penitus valeamus. Ergo valor redeat. subito vox nostra redibit. Ingeniũ nobis ille dat ille rapit. Cum vero hæc ille dialecticus conclusisset. alii omnes lætissimo statim applausu consensere. vnus dumtaxat in argumentando. Paulo curiosior non amorem quidem. erga te cõmunem simul & singularem improbare sed ipm argumentationis forma reprobare aggrediebatur. Sed cæteri omnes ad eum cõuersi imposito silentio cõclu serũt conclusiones amatorias quomodocũq; & vndecũq; ducantur non dissoluendas esse. sed totis viribus confirmandas. Ergo bñ va

le valor noster & ad nos vola.

Quomodo singuli angelos custodes habent.

Marsilius Ficinus Philippus Callimaco.

p Latonicorum sententia est complatonice mi callimache quot in coelo dii.i.stelle sunt totidem circa terras esse demonū legiones totidēq; in qualibet legione demones contineri quot in coelo sunt stelle. duodecimq; esse demonū principes quemadmodū & duodecim suut in zodiaco signa. Præterea alios qdem saturnios esse iouios alios; martiosq; atq; solares. Similiterq; pro aliorum stellarum tam nomine q̄ virtute varios demones censent atq; cognominant. Addūt tot insuper esse humanarū ordines aiarū quot & stelle & demonū legiones cōnumerantur aliasq; aliorum tum demonū tum syderum tam naturam q̄ munus appellationemq; sortiri. hos vero demones appellant genios ingenuos duces ingenii singulos singulis animabus a lege fatali.i.ab ipa qñ animæ labūtur in corpus sperarum omniū dispositione influxuq; nobis accomodatos quibus mētes nostre q̄tenus deterioribus quibusdā demonibus sensibusq; nō parēt quoti die facili quadam occultaq; psuasione ita ferme ducant vt naues gubernaculo a gubernatore regūtur. Rursus quemadmodum verū de his iam satis. Nā hic eā reclamat epl'a cuius humanitas humilitasq; sublimiores cōtemplationes vix admittit. Admittis hæc verbis (vt equidem audio) mi Sallimache tanq; platonis nri sectator. sed vt video non oia hæc re ipa cōfirmas. Quod em̄ vnicū quisq; bonū habeat demonē cū ipe multos aptissime bonos habeas aut satis affirmas Nūc poesis appollincum pfert demonē. nunc oratoria mercurialem alias philosophia saturniū. alias grauitas iouiū. Semp & maganimitas martium & humanitas vrbanitasq; venereū. vt calimachū nostrū polidemonē cognominare iure possimus. Salue igit salue iterū Callimache polidemon. immo vero salue totiens quot bonis demonibus obtpans; malis interim demonibus dñaris & quotiēs pclare pugnās qd callimachus nomē sonat superas quoq; pclare. Quid mirū ex omi te certamie victoriā reportare. Nēpe si vnico demone quodā scilicet & mercuriali vlixes & martio achilles & venereo æneas e inl'tis piculis sospites euaserūt. tu certe fida multorum custodia passim tutissimus ibis.

Marsil'. Fi. Sebastiano baduero & Bernardo Bēbo clarissimus venetorum ad summū pōtificem oratoribus. plurimū se cōmendat:

v T certioribus auspiciis ad summū pontificem accedatis. publicā totius ytaliæ penes illū (quā optat) cōcordiā firmaturi. ferte vobiscū concordiā cum lege diuina excellētissimorum apud gentiles philosophorum vestrumq; Marsiliū pōtifici summo seruum deuotissimū suppliciter cōmendate.

Concordia mosis & Platonis:

Mar. Fici. Braccio Martello lris & moribus ornatissimo: S.D.

n Vmenius Pythagoricus quē origenes nō solū pythagoricis verū etiā phis pene omnibus anteponit cum & mosaicos & Platonicos legisset libros ait se in Platone mosem agnouisse: nihilq; aliud esse platonē q̄ alterū mosem attica lingua loquentē Quamobrem qui te optime bracci ad academiā vocant: nō tā ad platonicā disciplinā q̄ ad legē mosaicā exhortantē. Nam cū primum ingressus achademiā fueris: occurret tibi Parmænides qui vnicum demōstrabit deū esse rex oim ideas. i. exēplaria rōesq; eminētissime cōtinentē vel pducentem. Occurret Melissus & Zeno qui solum deū reuera esse demōstrent: cætera vero videri. Veniet obuius & Timeus ostēdens mundū a deo suæ bonitatis gratia fuisse creatum deūq; a principio cœlū terrāq; creauisse: deinde aereum spiritū sup aquas circumfundisse atq; hec omnia tādiu pmēsura q̄diu diuinæ placuerit voluntati. Deū fecisse hominē adeo sibi similem: vt vnicū dei in terris culturē terrenorūq; dominū collocauerit. Offerent ibidē se tibi politicus protagoras & me nexenus & Critias differentes ex terra homines ab initio rerū dei virtute creatos atq; sub spirituum diuinorum ppetua custodia positos legem a solo quodam dei nuncio accepisse ac demū post mūdi cursum ex terra (deo iubente) resurrecturos. Ibi philebus Theetetus phedon phedrus. Socrates in sola dei ipsius similitudine atq; fruitione nostrā beatitudinem esse docent. Audies & senem quēdam Atheniensem verbum dei mundū esse dispositum asserentē deūq; rex oim eē mēsurā: maxime vero si deus fiat homo supbos tanq; a deo rebelles effulminantē: humiles vero pbantem tanq; deo charissimos: deniq; omnibus prædicētem siue descenderint in infernū siue in cœlū ascenderint eos vbiq; diuinū iudicem repturos. Audies Hermiā Herascunq; & Coriscū ibi doceri deum rerum omniū ducē cāmq; patrē esse simul & filiū: atq; in singulari ipsius amore summū cōstitui bonū. Doceri insuper Dyonisiū circa omnium regem esse cuncta ipsius gratia omnia eumq; causam eē bonorum omniū: deinde beatos hoc ordine distingui spiritus vt alii potentiamq; dei velut efficientem causam alii sapientiam seu exemplar: alii bonitatem tanq; finem omnium referant: Doceri tandem Siracusanos diuina mysteria rationibus comprehendi non posse sed puritatem mentis deo psimili deniq; fieri: vt tanq; ab igne scintillante subito lumē in aimo fulgeat seq; ipsum iā alat. Proinde aspicies Herum pamphilium diuino iussu a mortuis resurgētem quo viuentibus animorum secreta renunciet. Ille te per elisia prata perducet. quæ nostri nomine paradisi significant. Oñdet & inferos digito & purgatorium antrum atq; Lymbum: Eadem tibi Socrates multis

vbiq3 rōnibus confirmabit docebitq3 eternitatis curam babendã nobis esse multo magis q3 tempis. Contemnenda esse caduca vt consequamur eterna prestare iniurias vel grauissimas ppeti q3 inferre. Nihil curandum contendendũq3 aliud q3 vt purissimũ iudici omnia inspicienti animũ offerre possimus. Itaq3 confessionem penitentiamq3 voluntariam peccatoꝝ ante omnia probabit esse saluti bominum necessariam. sed ad eam iubebit maxime pperandum ne antiquatus animi morbus insanabilis prsus euadat. Monebit deniq3 nos p buius vitæ mare ipa exactissimæ rationis naui tamdiu vebi quoad diuino deniq3 verbo tutius fœliciusq3 prouebamur. Illic & Lacbes ad crebram delictorum confessionem penitentiamq3 bortabit. Verũ cur nam generosum cb armidem pterieram. Hic. n. tibi bracci a pristina quadam animorum nostrorũ intempantia. oĩa tum corporis tũ fortune incōmoda proficisci aperiet. Rursusq3 adiiciet si prima ipsa puritas animoꝝ restituatur immortalitatem quoq3 restituendã. Deniq3 Critias in ipis acbademiæ penetralibus tanq3 moysaicum oraculum pclamabũt. Deum cum creauisset mundi bominẽ postremo (qđ & protagoras dixerat) effecisse in terra sibi simillimũ atq3 alma quadam impleuisse gratia qua permanente cũctis tum animi tum corporis fortunæq3 bonis perpetuo frueretur. In viridariis quoq3 suis sub vere perpetuo eũ collocauisse exigua quadam salubriũ pomorũ degustatione vitam fœlicem prorogaturum. Circumsepsisse insuper bortos ne quid alienũ igrederetur. Verum cum bomo a diuinis paulatim ad caduca diuerteret patrisq3 legibus minus indies miusq3 obtemperaret diuinam illam euanuisse gratiã. ideoq3 in turpem animi babitum corporisq3 morbos & vite sollicitudinem: laboresq3 incidisse atq3 demum ex bortis illis ad regiones admodum dissimiles fuisse translatũm. Quod quidem insidiãte malo quodam demõe sub insolentioris voluptatis esca infœliciter accidisse. Timeus & pbædrus & Diotinia in acbademia testabuntur. Sed vt redeamus ad Critiam: bic tibi concludet deum cum bumanum boc opificium suum iam penitus improbaret vtpote quod ex diuino paulatim profanum euaserat quo & purgaret malignitatem & restitueret puritatem terras ingenti aquarum diluuio abluisse. Neq3 vero prætermittenda est aurea sententia illa Platonis acadæmie ducis eatenus acquiescendum esse dicentis præceptis suis donec sacratior aliquis q3 bomo in terris appareat qui fontem omnibus veritatis aperiat quem deniq3 sequãtur omnes. Hactenus & Plato & bi qui Platonis lingua loquuntur preterea plotinus & pbilo diuinum intellectum dei filium coli iubet ab ipso deo patre manantem vel tanq3 a loquente verbum vel tanq3 a luce lumen. Quod quidem Iamblicus egyptiorum testimonio cōprobat deum sui ipsius patrem filiumq3 apertissime nominans: Nu-

meratq; angelos archangelosq; & principatus quos & ꝓculus noue nario distribuit numero. affertq; chaldeoꝝ oracula in quibus pater na in deo potẽtia & intellectus a patre manãs. Igneusq; amor exprimitur. Sed quid de amelio dicam. Hic ꝓhoemiũ illud euangelii Ioannis quod in sacris quotidie legitur paucis totum colligit atq; admiratur hæc illi. Tu vero marcelle postq̃ Academiã ingressus mysteria hæc ab his heroibus intus acceperis ac insup alia plura atq; maiora quæ non capit epistola. forsitan Petri voce clamabis. Bonum ẽ hic esse. Faciamus tria tabernaculoꝝ milia.

Confirmatio xpianoꝝ ꝑ Socratica.

Marsilius Ficinus paulo Ferobanti insigni theologo. S. D.

n Isi reuerer optime Paule fore nonnullos qui vel prauitate ingenii vł paruitate iudicii alio q̃ nos loq̄mur sensu captẽt singula demonstrarẽ socratem & si non figura qua Iob atq; Ioannes baptista tñ adumbratione forte quadam xpm salutis auctor ẽ. quasi (vt ita loquarp̄) signauisse. idq; hac rõne ꝑcipue facerem. vt detractorem illũ confunderẽ Lucianum q̄ cum oĩbus detraxisset bonis xpianis deniq; non pepcit audens fidei nostræ martyres deridere ꝙ & tanq̃ nimiũ simplices oĩa q̃ apud homines bona hñtur libẽter amitterẽt & tanquã infortunati seipos vltro cruciatibus cedibusq; exponerẽt. Obiiciendus aũt Luciano simplices deridẽti Socrates an alios sapientissimus & magnorũ testimonio philosophoꝝ & appollinis oraculo iudicatus. Hic ergo non rudi quadam simplicitate. immo singulari mẽtis excellentia atq; (vt plato xenophonq; testãtur) diuinitate insup vaticinioq; ingenito æterna bona caducis ĩ oĩ eius vita ꝑposuit incõmodaq; corpis inediã præsertim & nuditatem atq; fortunæ mala oĩa vltro substinuit sola animi malo detrimẽtoq; sempiterno perterritus. vni dumtaxat pietatis charitatisq; intentus officio. Quippe qui ꝓpria negligens cõmoda nullo que detẽtus periculo tanq̃ animorum medicus mẽtibus hominũ vbiq;. citra fines patrios purgandis incũberet dum superbiam ante omnia detestatus. Mansuetudinem vero & charitatẽ religionemq; præceteris approbat solum veri amoris charitatisq; studium profitetẽ ambitiosam sciẽtiarum excludit professionem. Diuinis vbiq; nititur testimoniis firmaq; illis heret fide piis iustisq; moribus est contentus. atq; idq̄đ mirum est nullum tam laborosi officii premium humanum sperans. sed certo ob id periculo & morti se subiiciens. Nempe ad hoc vnum se a deo missum asseuerabat malleq; dicebat deo q̃ hominibus obsequi. Sed audiamus socratem ipum parumper apud iniquos iudices ita clamantem. Ne vero esse talem vt a deo ciuitati tributus fuisse videat hinc potestis animaduertere. Non humanum certe id esse videtur ꝙ eo ego mea quidẽ omnia omnino neglexerim. atq; in hac rei

familiaris negligentia inopiaq; tot annos iam p̃seuerem vestro sem per intentus bono dū singulos conuenio tāq; pater aut frater natu maior sua deus cura virtutis habere. Quod si quam pro officio meo mercedem reciperem humanam quandam id rationem haberet. hæc ille. Itaq; dum corripit peccatores. & calcæ percussus salutat p̃cussorem & alteram percussus genam obiicit alteram. Deniq; tātum ex veritate odiū reportauit vt ab ipsis his impietatis fuerit accusatus q̃bus ipse palam pietatis officium predicauerat: Quid vero dicam q̄ cum se facile defendere posset in iudicio non defendit. neq; excusauit seipsum. sed iudices accusauit. & cum e carcere posset abire noluit iniustamq; necem substinuit libētissime summe cōstantie patientieq; posteris exempla daturus. mitto in presentia triginta nummoꝝ p̃cium de socrate factū & ip̄ius socratis vaticinia vindictam quoq; diuinitus post eius necem subito consecutum. Lotionē vesperi pauloante obitum institutam a Socrate exhortationemq; eius ad pietatem hora cene. Quid q̄ in eadē hora de calice atq; benedictiōe & in obitu ip̄o de gallo fit mentio. Mitto preterea multa socratis tam facta q̃ dicta nō ab ipso quidem sed a discipulis eius quatuor præcipue scripta q̃bus xp̄iano aduersus Lucianum maxime confirmatur. Multa enim sunt & ea quidem maxima que de numine huic infuso deq; abstractione mentis a corpore & quasi quadā transfiguratōne tradunt̄. Hec vero neq; facile epistola caperet neq; benigne forsitan nonnulli reciperēt putantes fortasse socratem nūc quasi emulum cōparari quē defensorem paro.

In quo principis consistat laus.

Marsilius Ficinus Galeotto Fauentiæ principi: Salutem plurimam dicit.

Lamānus meus modo me rogat proficisci fauentiam quo & a sponte sum profecturus. Immo etiam iam pridem (iubente platone) Quippe qui ex alto mihi iamdiu vaticinatur. quod sibi quondam tercio in siciliam itinere minime contigit id in presentia me primo hoc itinere statim consecuturum inuenturum. s. virum suiip̄ius prius q̃ populi principem. neq; tam dominū q̃ p̃rie patrem Qui non Martis solum colat. sed & palladis arces. qui & inter milites Martem referat. & inter musas agat appollinem. O fœlicē vrbem o vere Fauentiam cui tam mirifice propicius fauit deus. quam effecit fœlicissimi principis fauore fœlicem.

Excusatio obsequii non collati.

Marsilius Ficinus Ioanni Pico Mirandulano complatonico suo. S. D.

q Va de causa ipse cupis platonicos a nobis libros accipere eadem & nos in praesentia cogimur retinere. Si quando dabit obsequendi facultas sponte obsequar q̃ libentissime Doleo equidem (mibi crede) ob singularem motuumq amorem nostrũ & te saepe optare quae praestare non possum & me non posse semp prae stare quod optes. Vale.

Qui commendat omnes est commendandaus ab omni nibus.

Marsilius Ficinus Bandino.

s I quis bonorandus est ab omnibus is proculdubio est qui & ipe omnes bonorat. Verrino igitur vati debent om̃es bonorem: Hic em̃ tã gratus est tam gratiosus. vt omnes & quibus debet admodum grate & quibus nõ debet gratis bonoret. Fauet bonis: Extollit ingenia: Ornat doctos: illustrat principes. colit sanctos demum in omnibus veneratur. Quid plura: ipsum vos audite. Qui enim laudat omnes ipe se laudabit in omnibus: Nisi vero tibi cõmẽdatus sit is cui probi cõmendati sunt omnes: nescio quemvnq babeas cõmendatum.

Charitatis laus.

Marsilius Ficinus: Hermolao Barbaro Veneto. Salutem plurimam dicit.

c Haritas non quaerit quae sua sunt sed quae alterius. Charitas om̃ia credit omnia sperat: omnia sustinet. charitas non cogitat malum. charitas nũq excidit. Deniq in charitate nullus ẽ timor: sed perfecta charitas timorem omnẽ procul expellit. Hec verbis quidem simplicibus sed ingenti quodam mysterio clamant diuinae religionis antistites. Hec tu humanissime barbare sic erga me forte quadam quasi erga te inbumanũ seruas omnia. vt hanc ipam charitatem quã pietatis xpiane patres in primis exoptãt in te magnope feruere non dubitem. profecto amantissime mi Hermolae deũ ipum testor qui charitas est adeo ipam charitatis ydeam. & in te expressisti & mibi ante oculos posuisti vt ego quem bactenus quoad poteram ac liber amabam. nũc iam supra vires necessarioq amare compellar bactenus igitur non amare & absentiam ferre potui. Jam vero in posterum nequeo nõ amare. atq absentiam equo (vt solebam) animo ferre non possum. Spero autem deum qui nobis mirabiliter coniunxit animos: quandoq similiter oculos coiũcturũ. Neq vero putare queq voluimus. Hermolaũ atq Marsiliũ ob id forsan minus vl' eẽ vel ferre coiũctos: Qd alter qdem Arestoteli fauere potius videatur alter vero platoni: nã in eodem veritatis virtutisq cultu sumus vnũ. In quo plato & arestoteles ñ eẽ vnũ ñ potuert. pge itaq latissime & attice barbare atq (vt cepisti) atticũ aresta diuturna barbarie strẽue vẽ

dica: Ergo vero platonē nostrum a lethea quadā obliuione vel somno pro viribus excito. Ita diuinitus institutum est: vt mea tuaq; opera latini platonem loquentem saltem & Aristotelem nunc primum audiant latine loquentem.

Non exigendum ab amico plusq; habeat.

Marsilius Ficinus Ioanni Aurelio Ariminensi. S.P.D.

N satis a me putabis tibi factum Aureli iustissime: si totiens e ero tuus: quotiēs meus ero: Satis equidem arbitror. Noui enim equitatem & modestiam tua nihil plus mei a me exacturam q; habeā ipse mei. Hactenus non Marsiliani iuris sum: immo vero platonici: Iamdiu interpraetationi huius totus addictus heri tādem (adiuuante deo) platonicum opus exegi. Nunc primū mihi redditus amicis quoq; sum pariter restitutus: Misisti ad nos vere superiori carmīa multa partim abs te partim ab amicis composita: in quibus artem humanā laudo: apollineū furorem miror: pietatem erga defunctos amicos sūmope ꝓbo: ingentes ꝓ ingēti mūere grās ago.

Commendatio librorum Platonicorum.

Marsilius Ficinus Francisco Bandino. S.P.D.

Ccedit ad vos tandē plato nr̄ pia phillippi Valoris opa: neq; a ꝑfecto absq; singulari valore valuisset vnq; tanta terrarū spacia peragrare. Ergo age cōplatonice mi Bandine quantū ego te amo: quantum & tu me amas tantum sicut & soles honora Platonem. Ac si platōi nūc iterum peregrino opus est hospitio hospes esto. Rursus si parum istic noto opus est praecone: esto praeco: si deniq; iter aduersarios trepidāti necessariū fuerit patrociniū esto patron⁹

Excusatio quando breuis respondet amicis.

Marsilius Ficinus Antonio Calderino. S.P.D.

Emo vel letior aspicit amicorum litteras vel respondet alacri n or q; Marsilius. Cui nihil sine amicis est gratum. Quod autē duabus iam epistolis tuis vix tandem reddiderim vnam platonicus ille magnus plotinus in causa est: Qui cum platonē suū nuꝑ resciuerit (me duce siue potius traduce) in aliā accessisse: me dies noctesq; sedulus vrget: ne permittam platonem diutius absq; fido acate suo apud italios peruagari Ego igit̄ adeo ingenti huic operi vehementer incumbo: vt vix mei ipsius aliquando reminiscar. Cū primū plotinus me mihi reddiderit: reddet amicis.

Excusatio quando breuis respondetur amicis.

Narsilius Ficinus Callimaco. S. P.D.

Ccepi tuas Callimache litteras subtiliter & elegāter de demoa nibus disputantes: atq; has quidem valde demonicas. Sed video q; demonicus amice sis: immo vero diuinus. Dum enim certas nō posse a demone hominem occupari interim te demone &

quidem diuino occupatissimum esse demonstras. Qua quidem de re libentissime tecum pluribus agerem: nisi quouis momento ploti nus noster ad se reuocaret interpraetandum. Quamobrem dum ploti nus me Platonicus detinet Plato interea ad te profectus nostra ope ra tecum latine loquatur: hic etiam pro muneribus magnas tibi gra tias agat dum ipse gratiam habeo immortalem. Vale: Die. viii. Apri lis. Mccccl xxxv.

Quod qua vsa ducit deus pergendum sit.

Marsilius Ficinus Francisco Bandino. S. P. D.

p Latonem Bandie quem petitis arbitror iam ad vos ante has litteras peruenisse: hunc ego foeliciter interea legite dum ego do operam vt quandoq; legatis. Laecto Platone plotinũ. Plo tinus nostrae platonicorum vna cum platone suo facile princeps qn quaginta & quatuor diuinos composuit libros. Trigesimo eius li bro hac hora (deo aspirante) extremam imposui manum. Ita profe cto iubet deus omnipotens: hac nos diuina prouidentia ducit hac er go sequamus.

Dubitatio Vtrum opera philosophi ca regantur fato an prouidentia.

Ioannes Pannonius Marsilio Ficino Platonico: S. P. D.

l Egi Bude in epistola ad Bandinum: Item in prohoemio tuo super platonem & in prohoemio Theologiae tuae quantum astruas prouidẽtiae. Quod aliquis esse fati suspicabit: primo nõ video equidẽ ad quid seruiat ꝓuidentiae renouatio antiquorum. Deinde non est christiana illa antiquorum Theologia: praeterea me mini cum olim in italiam profectus latinis litteris & graecis erudiret Florentiae me a duobus vestrum Astrologis audiuisset te ex quadã syderũ positione antiquas renouaturum philosophorũ sententias. Quam quidẽ positionem siderum & si audiuerim non satis rocolo: sed te arbitror meminisse immo & per te inuenisse: Adduxerunt itẽ illi Astrologi ad suum iudiciũ confirmandũ quod fatali quodam tẽ pore antiquum cytharae sonum & cantum & carmina orphica obliui oni prius tradita luci restituisses Mox & mercurium trismegistũ an tiquissimũ traduxisti & pithagorica multa. item carmina Zoroastris explanauisti & anteq̃ florentia huc redirem transferendo Platoni manum iniiceras: iisdem (vt equidem suspicor) austromicis auspici is. Quod aũt haec non tam prouidentia q̃ fato quodã fiant abs te il lud etiã argumento est ꝙ ante haec omia antiquum quendã philoso phum siue poetã: vtpote adhuc adolescẽs leuiter ꝓpagasti. Quẽ de inde meliori fretus consilio supraexisti: & (vt audio) ꝑ virib⁹ extraxi sti: neq; fuerat illud diuinae ꝓuidẽtiae munus qđ ipse aetate prudẽtior fact⁹ merito iudicasti dãnandũ: Eqdẽ te amice moneo caueas ne for te curiositas q̃dam si isthaec renouatio antiquorum potiusq̃ religio.

Quod diuina prouidentia statuit antiqua renouari.

Marsilius Ficinus Ioanni pannonio. S. P. D.

I nostra quæ legisse te dicis intellexisses: nō dubitares nunc qua potissimū ratione nr̄a hæc veterū renouatio diuinæ ꝓuidentiæ seruiat: principio neq; debemus ab illis ad summū xp̄iana requirere q xp̄i aduentū antecesserūt neq; cōfidere acuta & quodāmodo ꝓhica hominū ingenia vnq; alia q̄dam esca p̄ter q̄ ꝓhica ad ꝑfectā religionē allici posse paulatim ac ꝑduci. Acuta. n. ingenia soli se rationi comittunt: cumq; a religioso quodā philosopho hanc accipiunt religionē: subito comunem libenter admittūt. Qua quidē imbuti ad meliorem religionis speciē sub genere cōpræhensam facilius traducunt̄. Itaq; non absq; diuina prouidentia volente: omnes ꝑ singulorum ingenio ad se mirabiliter reuocare: factū est: vt pia quædam philosophia quondā & persas sub Zoroastre & apud ægyptios sub Mercurio nasceret̄: vtrobiq; sibi met cōsona. Nutriret̄ deinde apud Thraces sub orpheo atq; Aglaophemo. Adolesceret quoq; mox sub Pythagora apud græcos & italos. Tandem vero a diuo platone cōsūmaret̄ athenis: Vetus aūt theologorū mos erat diuina mysteria tum Mathematicis numeris & figuris: tū poeticis figmentis obtegere. Plotinus tandē his theologiā velaminibus enudauit: primusq; & solus vt Porphyrius Proculsq; testant̄ archana veterum diuinitus penetrauit. Sed ob incredibilem tum verboꝝ breuitatē: tum sententiarum copiam sensusq; profunditatē: non translatione tantū linguæ sed cōmentariis indiget. Nos ergo in theologis superioribus traducendis & explanandis: hactenus laborauimus. Nunc vero quotidie in plotini libris similiter laboramus huic operi nos sicut & illi suo diuinitus destinati: vt hac Theologia in lucem prodeunte & poete desinant gesta mysteriaq; pietatis impie fabulis suis annumerare & ꝑipatetici. i. ꝓhi omēs admoneant̄ non esse de religione saltem rōni tā q̄ de anilibus fabulis sentiendum. Totus em̄ terrarū orbis a ꝑipateticis occupatus in duas plurimū diuisus est sectas Alexandrinam & Aueroicam. Illi quidē intellectum nostrū esse mortalem existimant. hi vero vnicū esse contendunt. Vtriq; religione omnē funditus æq̄ tollunt. Si quis aūt putet tā diuulgatam impietatē tamq; acribus munitam ingeniis sola quadā simplici prædicatione fidei apud homies posse delori: is a vero longius aberrare palam reipsa protinus cōuincetur. Maiori admodum hic opus est potestate. Id aūt est vel diuinis miraculis vbiq; patentibus vel saltem philosophica quadā religione ꝓhis eam libentius audituris quandoq; ꝑsuasura. Placet aūt diuinæ prouidentiæ his sæculis ipsum religionis sue genus auctoritate rationeq; philosophica confirmare: quo ad statuto quodā tempore veris infimā religiōis speciem (vt olim quandoq; fecit) manifestis per

omnes gentes cõfirmet miraculis: Quod vero tu nostri huius operis causam in fatum referre volens de nostre genesi attigisti: non inficior equidẽ in hac ipsa figura. Saturnum in aquario ascendentem & Solem Mercuriumq; in nona cœli plaga aspectumq; reliquorũ Planetarum ad ipsam nonam: significare hominẽ rerũ antiquarũ innouatorem sed efficere nego. Tu quoq; si epistolam nostrã de magorũ stella & similem in theologia nostra disputationẽ. item plotini libros hac ipsa de re tractantes: quos & traduximus diligentissime legeris plane intelliges officia publici boni ad animos ptinentia dependere quidẽ precipue velut a cõmunibus primisq; cãis a supnis mentibus dei summi ministris. pficisci etiam quodammodo tanq̃ a cãis ppriis atq; vltimis: ab humanis cõsiliis: vbi se supernis accommodant. Significari aũt a figuris motibusq; celestibus velut diuinarum mentiũ instris: Disces præterea fatũ. i. cœlestium seriem causarũ prouidentiæ diuinæ seruire. Animos vero nostros tunc maxime liberos iudicari quando maxime cum diuina voluntate consentiunt. Quoniam vero te poetarũ apprime studiosum esse cognosco: rem totam vna cũ marone concludam. Eneas. i. heroicus animus descensurus ad inferos & iterum ascensurus. i. secreta diuinorum mysteria penetraturus & obscura editurus in lucem: diuina ad hoc ipsum prouidentia ducitur: tanq̃ & diuinitus (vt ait) genitus quem & æquus amabat Iuppiter: & diuina ad idem oracula prouocabant: Incedit rursus ad idem libero quodam arbitrio: vbi eũ ardens euehit ad æthera virtus: & vbi consultat quid potissimum sit agendum & sponte oracula cõsuluit. & semper libentissime cum sententia diuina consentit. Confert ad idem fatum prouidentie seruiens ab oraculo designatum. Carpe manus nanq; ipse volens facilisq; sequetur. Si te fata vocant: aliter non viribus vllis Vincere: Neq; duro poteris conuellere ferro: Profecto fatum velunt prouidentiæ præco ad id te vocat id tibi significat quod statuit & imperat prouidentia: tu vero eatenus opus arduum vales ad finem vsq; perducere: quatenus duo hæc aspirant. Eatenus quoq; agis libere quatenus libenter prouidentiæ pares. Et tunc re uera es in regno fati dominus quando videris in regno prouidentiæ seruus Bene Vale.

Pro prima platonis impræssione parum fortunata.
Marsilius Ficinus Francisco Bandino. S. P. D.

q Vod platonis nr̃i libri tandem ab impssoribus sint expræssi pia phillippi valoris opa & magnifica manu factũ est. Qđ aũt min⁹ elegãter expssi id parti negligẽtia impræssoꝝ sic poti⁹ oppssoꝝ pti (si dictu fas ẽ) malignitate fortunæ nobis accidisse putato. Doles autẽ (qua tua pietas est) senem hũc nostrũ ad vos squalidum accessisse. Desine præcor mi Bandine dolore. Sic. enim &

natura comparatum est & sorte datũ. vt qui e carcere diturno soluũtur. profundisq; tenebris eruũtur. sq̃uallẽtes ꝓdeant. macieq; cõfecti. Est aliquid post multa tenebrarum sæcula vidisse lucem. est plurimũ ab inferis surrexisse. Iam sub diuo ẽ diuus plato. iã spirat phœbus pater ex alto suis filium radiis illustrabit. Vale.

Purgatio de silentio.

Marsilius Ficinus Amerigo Corsino. S. P. D.

d Ixi equidem fratri tuo Philippo probo doctoq; viro bis mihi temporibus non licere vel ad amicos absentes ab vrbe q̃c q̃; scribere vel salutare presentes. Plotinũ nanq; platonicum me sibi totũ penitus vendicare. hinc tu plotinũ statim vehemẽti oratione & accerrimo carmine liuoris accusas. Qui & ipse nullius sit & me q ferme omniũ eẽ soleo nullius fore contendat. At ego nũc amerige vicissim plotinũ fore omniũ molior. ac dũ vni huic omniũ mox futuro diligenter indulgeo. videor interim oĩbus indulgere. Vale.

Prophete & interp̃tes prophetarũ.

Marsilius Ficinus Domico Beniuenio cõplatonico suo. Salutem plurimã dicit.

q Verebas supioribus diebus (& subtiliter admodũ vt soles) omnia qua virtute potissimũ post tam diuturnã Platonis lectionem adhuc viuam cum prima Platonis nostri lectio tibi rapuerit animũ totumq; in platonem ip̃m repente transtulerit. Nisi plato noster mi dominice viueret. & immo nisi melius admodũ q̃; nos viueret profectum dum transferimur in platonem interim laberemur in mortem. Sed cum inter homines quõdam æternæ semper vite vixerit. merito nunc æterna vita viuens non in mortem legẽtes vertit. sed fœlicius conuertit in vitam. Missa in præsentia facio tanti muueris argumenta. Quod immet nũc agamus. Dic age quis nũc nostris vulneribus medeatur. quæ medici nobis hebrei quotidie inferunt nisi plato noster medicus animorum. Interfuisti & tu disputationibus quæ in ædibus Ioannis pici Mirãdulensis ante alios admirandi sæpe. tractatæ sunt atq; tractantur. vbi Helyas & Abraam hebrei medici atq; paripatetici aduersus Guglielmũ siculum differũt. Oracula prophetarum ad iesum minime pertinere. sed alio quodam sensu dicta contendunt. conuertens aliorsum oĩa e manibusq; nostris pro viribus extorquẽtes neq; facile cõuinci posse videntur nisi diuinus. Plato ꝓdeat in iudiciũ inuictus religionis sctẽ p̃onus. hũc igit̃ audiamus cõsideremusq; diligẽter qd hac de re. & in timeo dixerit. & nũc nobis adducat ĩ mediũ. alii (inqt) vates sunt. alii vatũ ĩterp̃tes: Nã q p̃sagiũt sæpe nesciũt qd p̃sagiant. & q velociter interp̃tan.

tur errãt magis in præuidendo: huius aũt cã est q̃ solertia interprætis venatoria velox & versatile requirit ingeniũ p̃saga facultas. Siquid debeat p̃sentire ingenium exigit pacatũ atq; quietũ: hæc aũt vnq̃ inter se repugnantia in eodem facile nõ cõcurrunt. Ex hac ergo Platonis nostri sñia colligere possumus certã præscientiã futurorum in deo tñ esse: mentemq; diuinã prophetam quasi p linguam futura p̃dicere: & quæ mens intelligit linguam interia ignorare. Nec immerito Prophete.i.p̃dictores & fatidici.i.prædictores fatorum appellati sunt. Neq; tamen præsciivel præscientes quasi non horum officium sit intelligere sed præscita solum diuinæ mentis pnunciare. q̃ si præsagi dicunt̃.i.præsentientes id ipsum presagium nõ ad mẽtem & rationem: sed ad sensum imaginatiõemq; ptinere videt̃. Sit g̊ in ligua prophetie futuri predictio futurorum sit in eius sensu futuri quædã imaginatio. Ratio vero certa & finis futuri ipsius in mente diuina: neq; tamen temere prsus pphetaloquat̃. Sed dum pprium quiddã se imaginari putat illudq; se sperat dicere interim prænunciet aliud licet simile tamen inde diuersum. Quod quidẽ & adeo qui ad sonitũ ppheticam inflat tubam distincte prænoscit̃ & postq̃ deniq; factum est: ab interp̃te deprehendit̃ ita esse factumvt & ppheta quasi preter spem ptulerat: & deus ipse p̃sciuerat. Nõ latuit euãgelistã talia esse predicentiũ vaticinia (vbi ait) Caipham põtificem pphetasse dicentẽ Prestat vt moriat̃ vnus ppopulo q̃ tota gens pereat. Admittit quidem euangelista hæc verba: veluti vaticinia quædã de morte christi p populo: Scit aũt alio quodã sensu a Caipha fuisse pnunciata. Non latuit ap̃lum paulum pphetas nequaq; intellexisse quid dicerẽt (vbi ait) Testamẽtũ vetus totũ sub nube acvelamĩe extitisse & sub figura quadã illis oĩa cõtigisse. vult igit̃ ferme om̃ia nõ solum verba sed gesta significasse futura: Neq; tñ confiteret̃ antiquos quicquid loquerent̃: quicquid gererent cognouisse hæc nostra portendere. Non latuit pphetam Dauidem pphetas velut infantes atq; lactentes non satis intelligere quæ prædicunt̃. Mitto quæ alii de asino balaam præsignante futura ferunt: Et quæ gentiles de auguriis auspiciisq; latissime scribunt. Sciunt aũt aues q̃buis significent futura quædã ac prænuncient: quid tamẽ portendant penitus ignorare. Sileant g̊ sileant iam iudei verbo⁊ cauillatores. Esto (si placet) pnunciauerit Isaias & Ieremias & Daniel aliiq; nõnulla sub eo sensu quo hebrei passim interprætant̃. Sed interim pnunciãtes latuerit quid deus ip̃e senserit: quidve simile pphetarum verbis: diuersum tñ fore prædestinauerit. hac sane sententia & expositiõe Platonis optime mi dominice iudeorũ interprætũ cõmenta solito suo tenore pcedunt: iudaica versutia frãgit̃: veritas xp̃iana seruat̃. Vale: sed postq̃ dixi vale: recordatus sum: doctores christianos cũ pphetia sapientiam cõputare. Idemq;

Iamblicum Platonicū & ꝓculum affirmare atq; dicere. Eum qui sine sapia prædicit aliqd aut præsagit nō ꝓphām esse: sed forte ꝓpheticū. Hac ergo distinctione tutius accipere possumus: quæ ex platone sacris litteris sunt adducta.

Marsilius Ficinus Reueren. in Christo patri & domino. Domino Marco Veneto diui Marci Cardinali se commendat:

P Lato noster romam ꝓfectus iādiu vagat̄: hospitium passim quæritās ingenio suo moribusq; aptissimū. Diuinus hic hospes purum sacrūq; optat hospitē: sapiēs doctum: eloquens elegantē. Tandē post longos errores in augustiis marci Veneti Cardinalis ædibus velut in portu libentissime cōquiescit: & existimans se illic alterā academiā cōsequutum: & sperās qđ in primis optabat singulari iam sui hospitis sapiæ summā qnq; potentiā nō defuturam. Plato igit̄ hac electione hisq; auspiciis tuos ingressus est lares: hoc ille potissimum tecum aio viuit. Quo aūt ego erga te ania sim: quo amore obseruātiaq; affectus plato ipē interea tibi vaticinabit̄ donec Antonius Calderinus familiaris noster mentē erga te meā apiat testis doctrina probitateq; locupletissimus tuarum apud nos virtutū præco: nostræ apud te singularis obseruantie nuncius. Vale.

Inimici hominis domestici eius:

Mar. Fici: Petro Leoni Platonico & pipatetico Singulari. S. D.

S Alue iamdiu mi cōplatonice: iampridē saluo platone: salue & nuꝑ mi cōplatonice plotino iā saluo. Accipe nōnullos quos hic expectabas plotini libros heri omnibus trāsferendis finē imposui Reliquum est & recognoscere verba: & obscurū sæpe sensū argumētis quibusdā reddere clariorem. Tu quidem optabas his tādem pactis multos Hyppocratis libros me latinos efficere: Ego aūt plotino mox absoluto medicum cogor nō iam interprætari sed agere. At sacerdotē inqes nō decere. Quid sacerdotē? Sacerdotē ṗstat referre medicū q̄ ferre medicū. Vixi hactenus atq; etiā viuo qđ maxie phūm decet tenui facultate cōtentus. Sed non eadē cōtēti viuunt domi nepotes orphani neptesq; iam nubiles inimici hominis domestici eius. Vixi æquidem phāntis more semper hodie necvnq̄ crastinū cogitaui sed hodie domestica turba me cōpellit inuitum (quod deus vetat) cogitare de crastino. Tentaui fortunam meam hoc anno Laurentio nostro sæpius aperire sperans mihi apud illum significatione tantum opus fore non præcibus subrusticus vero pudor me sæpe cohibuit sed epistola vel amicus minus forsitan erubescet. Vale. Florentie die. xvii. Januarii. Mcccclxxxv.

Marsilius Ficinus Veneran. in Christo patri. D. Marco Veneto cordinali diui Marci. S. P. D.

m Ercurium ferunt (quod te nõ latet) Venerãde pater: nõ verba tãtum solitum nunciare: Sed mittentis etiam mentẽ interpraetari. Ascribunt Mercurio rursus oportunum reminiscentiae munus: neq3 id quidem iniuria: sicut enĩ Lunae motum corporis ita mercurio motum animi tribuunt. Dum igit̃ in animo mouet sensum nunciare videtur: dum rationem mouet interpraetari. Vbi vero memoriam excitat: reminiscentiam suscitare. Quorsum haec. Nempe Calderinus noster inter nos integro Mercurii videt̃ officio fungi. Non solũ enĩ quasi nuncius tuas mihi litteras reddit verbaq3 refert: verum etiam mentẽ erga me tuã interpraetatur. Amorem deniq3 non docet inq3: sed reuocat potius ĩ memoriam. Sciebam enĩ iam diu me abs te vehemẽter amari nõ id quidẽ alio sed animi duntaxat mei conscientia nunciante. Caetera Venerande pater humana externis discimus coniecturis ꝙ videlicet doctus sit aliquis ꝙ formosus ꝙ potens atq3 diues: Quod vero nos amet non extera docent. nam et saepissime fallunt: sed anius amore erga illum affectus certissime docet. Qua.n. vel ingenii vel etiam genii similitudine ego iamdiu te amo: eadẽ vicissim. Nã mutua similitudo est abs te amari nõ dubito. Mercurius ergo noster quo apud nos tuo nomine nuꝑ officio functus est: codẽ apud te vicissim nomĩe nostro fungeret̃. Neq3 sic quidem quãti iudicium tuũ faciã. & q3 mirifice singulares virtutes tuas colã exprimere potuerit. Quod aũt vel ip̃e Mercurius (vt ita dicam) explicare non possit Apollo saltem proferat vaticinio: ac tandẽ Iuppiter officio foeliciter impleat.

Marsilius Ficinus Antonio Calderino. S.D.

s Alue Calderine noster. Salua quoq3 sit ep̃la nostra. Cũ sub solis defectu a nobis abieris. cui nã mi⁊ sit ep̃laın quoq3 nr̃am tũc defectũ fuisse ꝑpessam. Nempe clausule in eius calce duae nescio quõ defuerũt: forsan qm̃ due quaedã solis quartae lumĩe defecert̃. Resumpsit phoebus suũ subito lumẽ resũpsit nr̃a mox ep̃la finẽ

Mar. Fici. Braccio martello ciuibus & morib⁹ ornatissimo. S.D

c Vm supioribus diebus apd̃ Phillippũ & Nicholaũ Valores in agro maiãouersarer: & ĩ quodã ibi secessu naturã demonũ indagarẽ affuit repẽte plotin⁹ diuinũq3 oraculũ de demõib⁹ nobis effudit verbis & breuissimis & obscurissimis ĩuolatũ. Visũ ita itaq3 nobis opeꝑciũ accire porphiriũ tũ plotoni discipulũ: tũ ꝑscrutãdis demonibus deditissimũ: q facile demonicũ sui praeceptoris inuolucrũ nobis euolueret. Aduẽtauit ergo porphyrius & ꝑ plotinũ suũ & ꝑ suos demones aduocatus apuit nobis q̃ praeceptor senserat. Cõfirmauit quae origenes de demõib⁹ disputauerat. Porphirius quidẽ graecis nobiscum locutus est verbis. Quorum ego summam verbis tibi Latinis interpraetabor: hanc tu summam si cum epistola: quam

de moysis platonisq; concordia tibi dicaui couinxeris plane cognosces quantū non plato solum verūetiam platonici cum nostra religione consentiant. Vale.

Platonici deo & anime mūdi nihil præter contemplationem sacrificant. animabus autē stellas mouentibus flores sacrificant atq; terre arborumq; fructus.

p Rimus quidē deus cū sit incorporeus immobilis impartibilis in nullo neq; etiam in seipō cohibitus. nullo eget extrinseco. neq; etiam mūdi anima eget extrinsecis: possidet em̄ & continet ipm qđ est trina dimensione porrectum. facultatemq; naturaliter se mouentem & suapte natura decreuit bene ornateq; moueri mouereq; mūdi corpus fm optimas rōnes. Excepit aūt in se ipa corpus atq; complexa est. q̄uis incorpea sit atq; ab omni libera passione: Diis aūt reliquis ac mūdo & errantibus & non errantibus qui ex anima & corpore constant oculis manifesti sacrificandū est sacrificiis dumtaxat inanimatis.

Numina sub Luna quæ non videntur. demones antiq gentiū populi nominabant. putabantq; vnūquemq; demonē ꝓdesse nobis aliquando & obesse.

r Eliqua est inuisibiliū multitudo. quos plato absq; distinctōe demones appellauit. Hoꝝ vero alii quidem ab hominibus cognominati apud singulos nacti sunt honores diis æq̄les. reliquūq; cultum. Alii vero plurimū ferme nominati non sunt. sed a quibusdam ꝑ vicos. aut vrbes nomē & cultum occulte quodammō sortiūtur. reliqua vero turba sic quidem cōmuniter appellatur noīe demonū. Rata vero apud omnes fides ē eiusmodi. eos certe lesuros genus humanū si irascātur ꝓpterea ꝙ negligantur: neq; cultū legitimū nanciscātur. rursusq; benefacturos hominibus. q eos votis supplicationibusq; & sacrificiis & aliis q̄ cōsequūtur sibi conciliauerint Cum igitur opinio hæc de demonibus cōfusa sit multū q̄ habeat in eos calūnie. necessariū est eoꝝ naturā rōne distinguere forte nāq; necessariū aiūt. vnde circa illos error hominibus incidit declarare distinguendū igitur hūc in modū.

OMnes demones sunt anime q̄dam ꝓdeūtes ex tota aīa. i. ex ipa aīaꝝ ydea. hn̄t & spūm. i. tenue corpus. sed demones q maximū suo corpori dn̄anť boni sunt atq; bn̄fici. qui aūt corpi minime dominā tur mali sunt atq; malefici.

q Vecūq; igiť aie ex tota aīa pululantes magnas sub luna locorū ꝑtes gubernāt. innitētes qdē siue adherētes spū. sed ipum fm rōem supantes, has vtiq; bonos demones iudicādū. & ad eoꝝ q̄ fiūt vtilitatē oīa ꝓcurare: siue qbusdam p̄sint aīalibus siue certis fructibus. siue aliis horū grā ordinatis velut imbribus & tēpatis

ventis aeriq̧ sereno temperationiq̧ temporum & reliquis ad hæc omnia conferentibus. Apud nos rursum artib⁹ & musicæ disciplinæ & medicinæ ac gymnasticæ atq̧ similibus: fieri vero nō prima vt hi q̄ vtilitati rerū cōmoditatiq̧ consulunt: rursum inferant detrimenta. Inter hos annumerādi sunt demones: quos Plato trāsferre nūciareq̧ dicit humana quidē diis diuina vero hoībus. Dum vota quidē nostra ad deos velut iudices pferūt: illorū vero iussa monitioniq̧ vna cū vaticinio ad nos deducūt. Quæcūq̧ vero animæ cōiuncto spiritui minime dominant̄: sed plurimū cedunt hæ sane per hūc ducunt̄ nimiū & ferunt̄ quādo iræ cōcupiscentiæq̧ spiritus inuelescunt. Hæ quidē animæ quoq̧ sunt demones: sed rite malefici nominant̄: sunt aūt tum hi oēs: tum quos diximus ab his diuersi inuisibiles: nec ꝓrsus humanis sensibus manifesti. Nō eñ solido corpore vestiunt̄: præterea nec vnam oēs formā habent: sed figuris plurimis insignitas & formæ quæ illorum spiritū obsignāt: alias quidem apparēt: alias vero nequaq̄. Aliquādo vero & formas mutāt: illi.s.qui deteriores sunt: spiritus autē earū qua quidē ratione corporeū quiddā est passioni obnoxiū est atq̧ dissolubile: sed qua ab animab⁹ ita deuinctū est species eius diu pseuerare potest neq̧ tamē est æternū. Cōsentaneum enim est aliquid ab eo semper effluere atq̧ nutriri. In harmonia quidem corpus bonorum cōsistit quemadmodū & corpora nobis manifestorum: sed maleficorum demonum corpora inconcinna sunt ac affectione passiua locum incolunt terræ vicinum. Nullū ergo malum ē quod non audeant perpetrare: Habent enim omino violentum & malesanum morem desertum videlicet custodia demonum melioꝝ: indeq̧ vehemētes repentinasq̧ insidias plurimū machinātur & ꝓruunt: ac dū agunt incursiones partim latere conant̄ partim inferunt violentiam.

Qꝛobrem acutæ velocesq̧ sunt passiones ab eis illatæ: Curationes autem emendationesq̧ a demonibus melioribus tardiores esse videntur. Omne enim bonū gubernatione facile æqualeq̧ est & progredit̄ ordine neq̧ quod oportunum est transgreditur. Si ergo sic de demonibus senseris nunq̄ in opinionē de illis incides absurdissimā per quam opineris vel a bonis mala vel a malis cōtingere bona. Neq̧ sic tantū absurdus est sermo: sed etiam multi cōcipientes inde pessimas de diis opiniones in multos homines diuulgarūt. Vnā enim hoc est inter maxima damna quæ a maleficis demonib⁹ inferunt̄ q̧ videlicet cū ipi infœlicius passionū terrenis incidentiū auctores sint: sicut pest̄ penuriæ terræ motus æstus: incēdii atq̧ similiū: nobis interea psuadent illos horū effectores eē q̄ contrariorū poti⁹.i.fertilitatis ꝓsperitatisq̧ eiusmōi sunt auctores. Sic itaq̧ seipos ex ipa calamitatum causa conāt̄ absoluere. Atq̧ hoc ipm machinātes primū quidē iniusticiā suā latere nos moliunt̄. Sub inde vero nos flectūt ad supplicatōes & sacra beneficis cōueniētia de diis q̄si illi nobis irati sint. Hæc aūt similiaq̧ faciūt studētes a recta deorū sci

entia nos abducere atq̧ seipos adducere. Omibus.n.rebus sic iniq̧ di corditerq̧ factis admodū delectanẽ. Et tanq̧ alioꝝ deorū facies sub⸗euntes sicq̧ in prudētia nostra confisi sibi turbas in societatē assumunt Et ꝓpter eiusmodi cōcupiscētias hominū incendūt animos amoribus cupiditatibusq̧ diuitiarū & dominationū atq̧ voluptatum. Rursus no uis opinionibus nos inuoluunt ex quibus seditiones bellaq̧ nascūtur: & cætera generis eiusdem. Quod autē omniū grauissimum est psua dent similia a superis effici adeo vt etiam deū maximū criminationibus eiusmodi subigant. Quem tradunt oīa sursum deorsumq̧ turbare.

Accidit autē hoc nō rudibus tantū hominibus sed multis phīæ etiā studiosis. Causa vero erroris mutuo ꝓcedit atq̧ confirmaẽ & eīn philo sophātes q̄ a cōmuni colluuione nunq̧ secesserunt in eosdē cum plebe errores inciderunt rursusq̧ turbæ opinionib⁹ suis similes a laudatꝫ scri⸗ptoribus audiētes in hac de iis sententia sunt magis etiam confirmatæ. Poeticum namq̧ artificium suspitiones insuper eiusmodi hominū acri us excitauit. ꝓpterea ꝙ elocutione vtitur ad stuporem & attractū quasi magicū vehementer accommodata facileq̧ potenti mulcere animos & allicere. ideoq̧ fidem de rebus prorsus impossibilib⁹ nobis afferre: sed ꝓfecto firmiter credendū est neq̧ bonū vnq̧ ledere: neq̧ ꝓdesse malum Non enim caloris est (vt inquit Plato) frigefacere: sed oppositi: ita neq̧ iusti nocere. Iustissim.ū aūt omniū naturaliter est ipsa diuinitas. Alioqn nihil diurnū foret. Nōne igiẽ secernēda ē hæc potētia sors benefico⸗rū demonū. Quæ eīn ꝓmpta ē naturaliter ad nocendū cōtraria ē benefi cæ. Cōtraria vero circa idem nunq̧ naturaliter accidūt. Cū igiẽ eiusmo di demones in multis mortalē ledāt naturā: & quādoq̧ in magnis cer⸗ti boni demones interim officia sua nunq̧ deserunt: sed imminētia pas⸗sim a malis pericula pro facultate significāt: tum in somniis ostendētes tum per animos diuinitus inspiratos perq̧ alia multa: At si quis possꝫ significata discernere omnes improborū machinas depræhēderet atq̧ deuitaret: hi nāq̧ significant omnibus sed nō quiuis significata cogno⸗scit neq̧ quilibet scripta legere valet sed q̄ litteras ante didicerit: Per contrarios vero demones vniuersum efficitur veneficium. Hos nanq̧ maxime horūq̧ ducem honorare solent qui mala veneficiis inferunt hi sane demones omniformibus figuris imaginibusq̧ abundant ꝓdigio⸗rūq̧ machina strenue fallunt. horum opera infœlices philtra amatoriaq̧ maleficia machinanẽ. Oīs.n. intemperātia spesq̧ diuitiarū atq̧ gloriæ ꝑ hos inualescit p̄cipue vero deceptio. Mendaciū.n. ꝓpriū ē eiusmōi de monū. Dii.n. videri volūt ac potestas ipa eis p̄sidens deus maxim⁹ vult haberi: hi sūt sane dūtaxat q̄ libamie nidoreq̧ carniū oblectāẽ: his.n. spi ritale corpus eorū pinguescere solet. Viuit nanq̧ hoc vaporibus fumi⸗gationibusq̧ atq̧ variæ admodum (vt par ē) per varia nidoreq̧ sangui nis & carniū vires assummit.

Qui sacrificant animalia clam demones ad se malos alliciũt: demo mõnibus vero bonis id est angelis res dũtaxat inanimatas puritate mẽtis sacrare debemus.

q Ir igitur prudens atq; temperatus cauebit eiusmõi sacrificiis vti quibus eiusmodi demones attrahat seipsum. Studebit autem animum perfecte purgare. Animum neq; purum ob ipsam dissimilitudinem nunq̃ aggrediuntur. Proinde si ciuitatibus forte necessarium sit hos etiam demones sibi conciliare nihil ad nos vsus eiusmodi pertinet. Nam in ciuitate diuitiæ externaq; & corporea commoda tanq̃ bona inter ciues habentur atq; horum cõtraria mala. Neq; ferme quicq̃ pensi habent de animi perfectione atq; puritate. Nos autem commodis quæ demones afferant quantum fieri poterit non egebim⁹ sed tum ex animo: tum ex rebus externis omni studio contendemus: deo quidem ipsi sibiq; propinquis similes fieri quod sane tranquillitate animi veritatisq; rerum compræhensione distincta ac vita ad hæc prorsus intenta completur. Improbis autem hominibus atq; demonibus omniq; prorsus eo quod mortali materialiq; gaudeat dissimiles effici. Q̃obrem secundũ ea quæ tradidit theophrastus ipsi quoq; sacrificabimus quibus & theologi consenserunt cognoscentes videlicet quatenus animam a perturbationibus purgare negligimus eatenus potestati improbæ copulari. Vnde merito compellemur hanc insuper demulcere vt enim theologi tradunt: qui a rebus pendent externis neq; dum perturbationibus dominantur ac ipsa conditione coguntur potestatis eiusmodi impetum a se propellere. Alioquin cessare nunq̃ a laboribus poterunt.

Puritas & abstinentia a malis demonibus nos tuetur quibus contemplatores sacrificare nihil debent.

q Vapropter theologi si quando permittunt demonibus improbis vitandorum gratia malorum quæ illaturi sint animalia mactare vetant simul talia sacrificia degustare: præterea iubent anteq̃ ita sacrifices purgare animum ieiunio ac præcipue animalium abstinentia. Existimãt enim sanctam animi puritatẽ esse q̃si symbolũ caractereq; diuinũ: quo custodiaris adeo vt nihil patiaris ab illis quibus ipse ꝓpinquas dum eos sacrificãdo cõcilias. Quãdo.n.cõtra sis affectus atq; illi quibus sacrificia operarꝭ sisq; purior ideoq; diuinior te & corpe & animo indemnẽ ꝑseuerare pura.s.sanctimonia velut arce vnitũ. Q̃obrem fascinatoribus etiam veneficisq; necessaria visa est eiusmodi cautio per quam sint a discrimine tutiores neq; tamen penitus tuti esse possunt. Lasciuiæ nanq; gratia consueuerunt demones improbos compellare. Quapropter non veneficorum incantatorũq; ꝓpria est puritas atq; sanctimonia sed diuinorum certe virorum contemplantiũq; diuina. Iaq; vero castitas abstinentiaq; suas passim obseruatores contra malos de-

mones diuina familiaritate tuetur. Itaq; si fascinatores hac vti prsus cõstituissent certe fascinare nunq; prsus auderent: vtpote qui p hãc reuocati essent ab eorum cõcupiscentia quorum gratia impietate se polluũt Itaq; pturbationum pleni atq; vix vel paululum cibis abstinentes impuris ideoq; ipsi prorsus impuri supplicia luunt transgressionis contra vniuersum iniquæ: partim qdẽ sub demonibus quos ipsi puocant: partim etiam sub diuino iudicio cũcta mortaliũ opera cõsiliaq; prorsus inspiciente.

Sapiens abstinebit tum cibo tum sacrificio animalium: per hec enim mali ad nos demones aduocant̃.

d Iuinus vir animum tum sapientia diuina tum abstinentia ciborum pturbationes hominibus incitantiũ: tum ipsa ad deũ similitudine muniet & quasi dei templũ incontaminatum animum esse putabit. In hoc videlicet vniuerso dei patris templo. Deniq; cum omne sensibile corpus defluxus quosdã materialiũ demonũ nobis afferat certe vna cum impuritate nutrimenti ex carnibus & sanguinibus hausti adest nobis potestas demonica huic amica facileq; pellecta propter similitudinem pprietatemq; valde familiarem. Q̃obrem recte theologi omnes in primis abstinentie studuerunt. Memẽto igitur demones quidem malos animaliũ victimis delectari. Deum aũt eiusmodi victimis nõ egere qui sane adorantiũ mores inspicit: maximũ existimãs sacrificium rectam de diuinitate sententiam. Nam apud deum optima est oblatio pura mens & pturbationũ vacuus animus: hinc Plato bono quidem viro cõuenire ait sacrificia operari diuinisq; interesse: malũ vero frustra inter sacra versari.

Purgatio de silentio ad amicum.

Marsilius Ficinus Francisco Bandino. S.P.D.

d Ices mi Bandine video immo iamdiu dicis. Marsilium ad amicos raro parumq; scribere: ꝯtra q̃; frequens & longus postulat amor sæpe multumq; requirens. Ego vero multa semp mihi videor ad amicos scribere dum assidue multa conscribo amicis cæterisq; legenda. Plotinus iamdiu quod pmiseram latina disputat lingua quatuor & quinquaginta libris: sed horum insup cõmentaria poscit a nobis. Octo iam pegimus deoq; cõfisi alacriter ad cætera pgimus. Commenda nos Mathie inuicto Pannoniæ regi: Sed dicito nõ posse commendatum habere Marsiliũ: nisi Iacobum & Zarolum in primis delitias nostras habeat cõmendatum.

Honesta exactio ab amico.

Marsilius Ficinus Ioãni pico Mirãdulano viro doctissimo. S.P.D.

s Alue. Dum alii aliorũ gratia te vrgerẽt ego demittẽdo ad nos maumethe vrgere te nolui: Vereor aũt ne sim diutius extra patriã cõsenescat; impotẽs tandẽ sit ad reditũ. Tu igit̃ vt oportu-

ne redeat ꝓ tua hūilitate curabis. At si aliquot insup dies hic sis apđ te hospitē retēturus mitte saltē subito Auicennā q de ꝓmissione diuina statim disputat post maumethē. hæc. n. disputatio mihi nō in primis est necessaria hanc in alcoram calce vel paulopost inuenies.

Purgatio de breuitate scribendi ad amicum.

Marsilius Ficinus Francisco Bandino. S. P. D.

I Edi iam pridē ad te lr̄as Iacobo Azarolo amico vero & elegāti viro quē tu pariter atq̧ me mathiæ inuicto pānonie Regi sæpe meo noīe cōmendare memento. Scripserā me in octauū plotini librū iam cōmātaria pegisse. Nūc in duodecimū cōmētaria meditor atq̧ hac assidua cura cōtingit vt raras admodū & pbreues amici litteras a nobis accipiāt. Et ꝓfecto qn̄ tu tales cæteri forte nullas. Mirāda æqui dē inuenio in plotino mysteria: atq̧ (id qđ mirabilius ē) frequentissima vester ita saltē verbis explicem sicut augurari animo mihi videor. Sȝ vale iam Bandine mi suauissime plotinus interim me accersit.

Commendatio amici.

Marsilius Ficinus Francisco Bandino. S. P. D.

r Ogaui te alias iterūq̧ precor vt causam iam vetustā Vincētii sacerdotis necessarii nostri magno regi cōmendes. Tota istinc pēdet vita misselli. Erit ꝓfecto clementiæ regiæ opem ferre sacerdoti egeno iusta petenti. Vale.

Quid sit fœlicitas.

Marsilius Ficinus Antonio Seraphico cōphilosopho suo. S. P. D.

t Am grata mihi fuit Seraphice ep̄la tua q̄ꝫ grata tua mihi libertas. Significabat. n. te tandē a negocio in ociū libertatēq̧ vindicasse teip̄m: si fœlicitas cuiꝰ gratia oīa oēs agimꝰ finis ē: si finis ē quies: si quies ē ociū nihil fœlicitati magis q̄ꝫ negociū aduersat̄. An ergo vt sim beatꝰ nihil agā (absit) Si. n. vita actus ē naturæ intimus & perennis: neq̧ potest beate viuere q nō viuit: nimirū nec essemꝰ nihil agendo beati. qd ergo? Nempe deuitabimꝰ actionē q̄ vl' sit in motu si mō beatitudo sit quies q̄ vel sit multiplex quādoquidē summꝰ finis ē vnꝰ vel q̄ referat̄ ad aliud. Siquidē finis vltimꝰ nō refert̄ ad finē. Actiōes igr̄ fugiemꝰ externas q̄ versant̄ i motu q̄ distracte sunt q̄ p̄mio seruiūt alieno Actu interim mētis ītimo contēti erimꝰ. Actio hæc nō aliūde pendet ꝫ habitat ipsa secū. Nō expectat p̄miū. Sua. n. sibi voluptas ē p̄miū. Deniq̧ qcūq̧ sic agit solus oīm nō agit vt aliqn̄ sit beatus ꝫ iam beatus agit.

Laus ingenii.

Marsilius Ficinus. illustri. Ioāni pico Mirādulo cōphō suo. S. P. D.

o Res miras o rē icredibilē apđ eos q remiuiscētiæ nō meminerit Legimꝰ q̄ misisti noningēta ꝓblemata singula (qđ ē mirabiliꝰ) singularia. Liceat ḡ mihi vnicū p̄ter hæc palā ꝓponere defendēdū. Cognitionē. s. q̄ sciētia dr̄ eē reminiscētiā. Hoc æqdem nō his tm̄ noningētis asserā argumētis: sed toto ꝓrsus tuo igenio cōprobabo. To

enim tanta tam recte tam facile præstare in ætate tam reuera reminiscentis est potius q̄ discentis. In memoria igitur æterna erit amicus.

Nihil intempestiue tentandum.

Marsili⁹ Ficinus Bernardo Bembo Veneto Eqti clarissimo. S.P.D.

d Esiderabas (vt audio) testimoniū aliqd apud platonē incredibilis beniuolētiæ nr̄e. Amor nr̄i mi Bembe testis ē sextus theologiæ liber. Liber tot⁹ ep̄laꝶ quotidianus Marsilii sermo plato vero iccirco nō accessit ad testimoniū ne forsan iportun⁹ accederet. Sciēs testē nō afferre fidē nisi venerit oportun⁹. Sed testimoniū hac de re plato suū Plotino mādauit. Platonico testi vsq3 adeo fido: vt in plotino tm̄ ipe plato sit fidus. hic igit̄ explebit facilius q̄ plato forsan difficilius p̄stitisset: hic q̄tuor & qnquaginta in oi̅ phia libros diuinæ composuit. Oēs iādiu latinos effecimus. In decē atq3 octo cōmentaria cōposuim⁹ reliq̄s studiose p̄sequimur: sperātes opis tanti finem (fauente deo) fœlicem. Vale fœliciter Marsilii tui semper memoris perpetuo memor.

Commendatio amici nomine phylosophi.

ſ Alue dilectissime mi Bandine. Scribo iā tercio ad te p̄ causa necessarii nr̄i Vincētii sacerdotis. Hāc p̄cor si mō id valeas: oportune iuicto Regi Mathiæ cōmendes atq3 id insup nomie meo: siquidē potes phicum nomē apud reges alicuius eē momenti: solet.n. ea eē phicæ sortis hūilitas: vt apud mimos quidē possit aliqd apud maximos vero minimū. Atq3 hac ipi sorte cōtenti sumus mō phi simus.i. vt penes nosipos saltē plurimū valeamus. Neq3 diffiteor tamē me apd mathiam interdū aliquid potuisse neq3 diffido iterum valiturum. siquidem non potentia solum verum etiam sapientia claret. Vale.

Oratio Marsili Ficini de charitate habita in collegio Canonicorū Florentinorum ad populum: p̄positū in tria capite orationē diuidens

a Ttollite portas principes vr̄as & eleuamini portæ æternales: & itroibit rex glorie. Attollite aures eleuate mentes itroibit i vos viuū & efficax dei verbū vna cū verbo dei charitas an̄ oīa salutaris. simul cū charitate statim rex gloriæ deus. Deus eīm charitas est qui manet in charitate in deo manet & deus in eo.

Caput primum q̄ deus charitas est.

Deū quidē summū eē charitatē patres Venerādi & dilectissimi fr̄es nō tm̄ sonat ap̄lica tuba verūetiā tota rerū natura p̄clamat. Oīs.n. natura rerū ideo creata ē atq3 seruat̄: q̄m ab initio voluit atq3 vult de⁹ ipse creator: Volūtas aūt in deo p̄culdubio nihil aliud ē q̄ charitas atq3 de⁹ Volūtas inq3 penes deū nō appetitio p̄rsus vlla: sed gaudiū: gaudiū p̄pria bonitate p̄petuo gaudēs. Cū.n. duo quædā potissimū in volūtate cōsiderare possimus appetitū atq3 letitiā neq3 possit in primo bono vllus eē stimulus appetēdi nimirū volūtas illic & charitas nihil a gaudio discrepat. Nam quēadmodū lux & calor q̄ duo quædā sūt in igne vnū

denique sunt in Sole:sic appetitus atque letitia duo quidã in nobis sũt extra patriã circa finitũ bonũ. Sed penes bonũ infinitũ volũtas oĩs est ipsa voluptas. Iam vero in elemẽtis cœlo subiectis aliud quidẽ est elemẽtorũ motus ad locũ: aliud autẽ eorundem quies in loco: sed in cœlo prorsus idẽ est motus: quiesue cœlestium in reuolutione perpetua quiescentiũ. Similiter super cœlum idem tandẽ ẽ ardor ipse charitas & gaudium.

Secundũ caput. Qui manet in charitate in deo manet

Diuina quidẽ charitas dum proprio gaudet bono cõmune omnibus amat curatque bonũ. Charitas hũana vicissim q̃tenus cõmuni oĩm bono gaudet eatenus propriũ inde reportat bonũ. Quobrẽ qui manet in charitate in deo manet: permanetque semper in gaudio. Tũ quia deus ipsa charitas ẽ: tum etiã quia dũ charitatis flãmis animus ardẽter affectus deum quidẽ excelsũ in seipso hoies aũt amat in deo interim ipso deo: qui charitas ẽ afficit mirabiliter deusque efficit. Nempe queadmodũ materia q̃libet nõ iccirco fieri solet ignis quod ab igne lumen accipiat sed calorẽ sic & animus quoque diuinus euadit: nõ tam quia deus intelligẽtiæ nr̃e q̃si subrutilet quam quoniam nr̃a volũtas amoris diuini flagrãtia ferueat. Inter hæc aũt exclamare nobis hũc in modũ videtur ap̃lus. Cessabit tandẽ prophetia vobis in patria vbi p̃teritũ desinet atque futurũ. Cessabit quoque scientia vobis vbi & argumẽtatio desinet: & modus mutabitur intuẽdi. Charitas vero sola cessabit nũquam. Siquidẽ amãdi cõditio sub ratione gaudendi semper eadem permanebit.

Tertiũ caput. Et Deus in eo.

Hac igitur ratione charitas sola permanet: & qui manet in charitate in deo manet. sed quo nam pacto manet deus in eo. In animo inquam finito ipse deus immensus manet quidem animus noster in deo cõprahẽdens. Manet aũt deus in aĩo cõprahẽdens. Manet certe deus oĩpotẽs etiã vbi nõ ẽ charitas sed tamquam iudex acrior atque iudex exactorque penarũ. Manet rursum clementissimus deus vbi viget charitas tamquam eucharistia salutaris & gratiarũ omniũ abunde largitor.

Epilogus & exhortatio.

O charitatem omnipotentem quæ deus ẽ quæ facit quæ seruat quæ perficit omnia. O sapientissimam charitatem quæ diuinitus accendens animum ex animo mirabiliter trãsformat in deum. O charitatem procul dubio benignissimam quæ gratiam creatoris immẽsam cum finita creatura communicat eucharistiæ sancte communione. Qua christus ipse propitius mundi seruator dum & in cœlo est nihilominus vsque ad consummationem sæculi totus est vbique nobiscum caducam alimenti nostri substantiam in corpus suum in nutrimentum cœleste conuertens: Panis quidem dimensionem seruans: interea propriam non admittẽs: panis præterea dimensionem diuidens non diuisus. Quo quidem nouo prorsus & grãdiore cibo ne forte perdat nos velut prophanos: sed vt tamquam suos foueat salubriter atque alat: Claudamus dilectissimi fr̃es claudamus

præcor terrenas sensuum nostrorũ portas: p quas insidiosus quotidie demon ingredit: pandamus aũt atq eleuemus eternas voluntatis & intelligentiæ portas ad magnũ regem gloriæ xpm ad iesum xpm nostrarum pontificem animarũ pontificem æternũ ad ostium nostrũ assidue stantẽ atq pulsantẽ nobiscũ si aperuerimus hodie cænaturũ. Ad cuius ingressũ statim gaudebit cor nrm gaudiũq nrm nemo toll et a nobis. Hic em ob incredibilẽ caritatem suã nos in loco pascue collocabit: hic de torrẽte voluptatis sue potabit nos: hic nos in hac cæna pascali recreabit manna cœlesti & pane nutriet angelorũ. Nos igit ob charitatem solam videbimus & gustabimus hodie q suauis sit dñs sentiemus ptinus q magna sit multitudo dulcedinis eius: quã solis eum diligentibus cõseruauit. Inebriabimur em ab vbertate domus eius satiabimur ad votum cum apparuerit gloria sua.

Fortuna virtuti plurimũ aduersat.

Marsilius Ficinus Rainaldo Gauardo Veneto. S.P.D.

f Ortunam pleriq cecam existimãt q nunq videat quibus patrocinet aut etiam aduerset: sed absq delectu semp clientis cuiuslibet suscipiat patrocinium. poterit & aliquis forsan fortunã fingere nõ cecam quidem: sed inuidam potius ac prorsus ambitiosam. Quippe cum nolit viris ingenio prudentiaq excellentibus aspirare: quorum pclara facinora non sorti sed virtuti potius ascribunt. Afflare vero soleat plurimũ vbi quicquid emerserit magnũ fortunæ solũ possit attribui. Cõtra vero p viribus bonos insequi conariq vsq adeo virtutem deprimere: vt nihil ab ipsa præclarum vel geri vl comparari posse vulgo putet. Vnde omnes deniq fortunam faciamus deam cœloq locemus. Non habes igit mi Rainalde quod doleas in eorũ numero te haberi: quos fortuna soleat insectari.

Responsio ad omnia.

Marsilius Ficinus Bernardo Michelocțio.

n On putaram impcationes vllas vel coniectas in hostẽ vnq mihi posse placere vsq adeo sum augurosus: aut musa istæc michelocti tua tam strenua est: tam belle ludit: vt impcationibus multis vndiq in nos cõgestis interim me mirifice delectauerit. Quid: si eãdem viciffim hæc depræcantem audiuero fœliciaq pcantem. Caue igitur obsecro palinodiã. Vale.

Purgatio postq diu nõ scripseris.

Marsilius Ficinus Reuerendissimo in xpo patri. & dño Marco Veneto Cardinali diui Marci. S.P.D.

p Ythagoras & Plato præciosum diuinorũ mysteriorũ thesaurũ tanti fecere vt nõ fragilibus cartis. Sed eternis mentibus: & his quidẽ eternitate dignis existimauerint cõmendandũ. Itaq nõ scribebãt summa diuinitatis archana: sed voce docebãt. Ego quoq cõ

mendatũ esse me tibi tanti facio vt nõ tam p leues lr̃as q̃ p graues amicoꝝ animos atq; sermones quotidie me tibi cõmendẽ. Siue igit̃ istinc amici scribẽtes ad me scribãt Marsili salue siue hinc Romã ꝓficiscẽtes dicãt Ficine Valeꝓtinus addo. si vis me saluere siue valere. Saluta meo noĩe Cardinalẽ vnicũ patronũ meũ: meq; illi deditissimum suppliciter cõmẽdato. Sic dum tacere iam diutius tecũ videor taceo nunq̃: si q vero mãdata verbis minus explent ego interim impleo mente. Quam & pleriq; alii & in primis Calderinus iste quasi quidã mercurius nr̃ interp̃tari atq; exprimere facillime põt.

De eodem.

Marsilius Ficinus Antbonio Calderino suo. S.P.D.

a Ggressus iamdiu sum cõmẽtaria in Plotinũ a nobis traductũ: Vigesimũ nunc librũ explico: quatuor & triginta sũt reliqui: p bas occupatões mihi pegrinari nõ licet: alioquin iamdiu cardinalẽ patronũ nostrũ ore salutauissem quẽ assidue mẽte saluto. Nemo eñ est quẽ salute iudicẽ digniorẽ. Tu frequẽter eum adito p̃cor: ac (si fieri põt) me frequẽtius cõmendato. Vale.

Largiendũ est etiam ingratis.

Marsilius Ficinus Miniati. S.P.D.

q Vod me Miniates amas iuste facis pariter & amice: iuste quoniã amas amantẽ: amice: quia me bonoras amãdo. Quod præterea Platonicã disciplinã publica passim laude ꝓsequeris diuinæ pietatis officio satis facis. Id eñ ad cõem ingeniorũ p̃sertim philosophantiũ salutẽ diuina instituit ꝓuidẽtia. Id equidẽ iam diu molior: id sedulus elaboro q̃p̃ aquarianorũ more cõgrego quotidie quæ dispgam: & effundã gratis pariter & ingratis: ac me siquo mõ possint libenter obscuraturis. Sed certo scio in lucẽ ꝓdeunte Platone: legitimũ Platonis amicũ obscurũ esse nõ posse. ꝙ deniq; malo ꝓ bonis nup a quodã Vgone reportasse cõquæreris cõis istæc tibi mecũ atq; cũ multis quærela est. Tu ergo cõi iactura (si licet) propria cõsolabere. Præsertim quia: Cernit deus oĩa vindex.

Purgatio qñ non salutas corã sed lr̃is.

Marsilins Ficinus Reuerendissimo in xp̃o patri dñ̃o Marco Veneto Cardinali diui Marci. S.P.D.

s Olent aliqñ genitores adeo efficaciter imaginẽ suã filio ꝓrsus imprimere: vt q natũ videat viderit & parentẽ. Id equidẽ dari mihi nũc diuinitus opto vt ep̃lam mẽte in p̃ñtia ꝓcreem adeo mei similẽ: vt ad te venisse videar dum accedit ep̃la: alioquin impius ꝓculdubio sum futurus nisi ad patronũ meũ iamiam nobis ꝓpingorẽ me subito cõferã. Si qd vnq̃ ardẽter optaui id ardẽtissime nũc exopto Conseq posse putãs Solus eñ liber ex oĩbus opibus artiũ liberi tãq̃ filii noĩe nũcupat̃ q̃a solus ꝓdit simillimus auctori: certe similior q̃ pi

ctura: haec em̃ solã refert vmbratilẽ ꝑsone nr̃e figurã: siquidẽ homies ipsos .i. animos Plotinus mundanã hanc tragrediã ingredi putat corporib⁹ ꝑsonatos. Liber aũt totũ exprimit hoiem qñ totũ explicat animũ. Verũ qd ago. Dum epl'am mihi ꝑsimilem exigo paulatim reddo dissimilẽ. Non em̃ erit humili Marsilio siĺis si altius caput extulerit. Iam igitur suppliciter me tibi cõmendo. Vale. Ex florentia die. xxvi. Iunii. M. cccc. lxxxvii.

Multa quae stelle significant demones ꝑsuadent nos agimus.

Marsilius Ficinus Nicolao Batoreo epo Vaciensi. S. P. D.

s Cribis Mathiã inuictũ Pannoniae Regẽ pñtiam nostrã desiderare qđ & tu valde desideres aliiq; nõnulli platonicae mẽtis explicande gr̃a. Rogas si minus ipse venire valeã vt aliquẽ saltem mittã ad vos meorum qui vr̃o hac in re satis desiderio faciat. Ego vero curabo pro viribus vt ad vos Sebastianus nr̃ amitinus accedat: aut si ꝑ occupatões suas ipse non possit iter ad vos meorũ alius agat: me vero patrias mutare sedes mirũ fuerit: siue mutationẽ ꝓhibeat Saturnus in aquario nobis ascẽdens qđ forte iudicabit astrologus seu vetet' aliqs eiusmodi genius qđ magus forsitan opinabit̃ siue corpusculũ ineptũ laboribus impediat iter seu mẽs cõtemplatõi sp intenta quiescere iubeat. Ambiguas equidẽ hac de re cãs assignaui. Nã platonici putãt hũanos euẽtus a stellis quidẽ interdũ significari: incitari vero frequenter a demonibus stellarũ quasi pedissequis pagi deniq; ab hoibus ꝓ conditione rerum nobis ꝓpinquiorũ. Vale.

Consolatio in obitu filii.

Marsilius Ficinus Vgolino Verino poetae. S. P. D.

p Riscorũ sapientũ sñia est a plotino in libro de ꝓuidẽtia maxime cõfirmata: hoies. i. animos in hanc vitã ab ipso deo velut in comediã tragrediãue descẽdere: vbi fabulosa sint oia q̃ vulgo vel ꝓspera vel aduersa putant̃ fictae diuitiae pauptasq; ficti reges & serui: ficti filiĳ ortus & obitus: huc forte tendit platonicũ illud humanũ genus in terris est dei ludus. Ludi quidẽ huius & fabulae auctor est ipse deus qui & pr̃ est animorũ: hos igit̃ velut histriones in ludũ hunc ille demittit ex alto ꝑsonas aũt his adhibet ipsa mũdi natura ꝯiugio ad hoc ipm maris & foemiae mĩstrãte. Foelicior certe discedit ex ludo q auctori deo recedit acceptior: acceptior aũt q obsequẽtius gessit sibi traditos act⁹ foelicissimus oim cui p̃ caeteris honestiores dati sũt actus & breuiores Solet em̃ fabula longior tragica frequẽtius inserere comicis. Num igitur ingenuũ adolescentẽ illũ Verine deflebis: cõquerẽs filiũ tuũ tenerióre e uita migrasse: filiũ ne tuũ: quẽ nõ tu ꝓcreasti sed deus quẽ tu breui lusurũ a deo missum ꝑsona quadã subornasti tm̃ ac subornatũ ad ludũ hunc ꝓ viribus instruxisti q nõ e vita sed ex quodã vitae ludo rediit in ipsam vite substantiã qui cum doctã honestãq; & piam ludi huius ꝑ

uinciā strenue gesserit alacer remeauit ad patrē anteq̄ comediā in tra-grediam cōmutaret ꝓ breui ludo præmiū reportaturus æternū.

Studiū diuitiarū atq̄ dignitatū maxime oīm nocet studio lr̄arum.

Marsilius Ficinns Petro Soderino Academico.S.P.D.

a Stronomi veteres duo domicilia Iouis apud supos inuenerūt pisces atq̄ sagittariū: duo quoq̄ Mercurii Virginē atq̄ Geminos. Cum vero virgini quidem pisces oppositi sint: Geminis aūt Sagittarius opponat̄: merito nos admoneri cœlitus arbitramur ingenio & studio lr̄arum q̄ mercurio tribuū t̄ nihil magis opponi q̄ immensum diuitiarū & impii studiū pte p̄ cæteris Ioui tributū. Præterea cū leo solis domus lōgissime ab aquario distet domo saturni: Rursum q̄ Aries exaltatio Solis remotissimus sit a Libra exaltatione Saturni. Sol aūt reges. Saturnus vero ꝑhōs cōtēplatoresq̄ significet. Quis nā hæc intelligēs sperauerit vnq̄ vel phōs fieri reges. vel reges eē phōs: Certe nō aliter q̄ diuinitus id effici pōt & tanq̄ diuinū munus Plato nr̄ vehemēter optabat. hanc equidē scio sniam suā esse mi petre. Noui ēm excellentiā ingenii tui mentisq̄ p̄stantiā. Hæc igit̄ vna tecū cōfabulari decreui: vt te in hac tua snia rōnibus cœlestibus cōfirmarē. Vale.

Commēdandus ante oēs qui sapientiā toto orbe ꝑquirit.

Marsilius Ficinus Ioanni Pico Mirandulano cōphō suo.S.D.

s Alue. Robertus saluiatus amicus fidelis & strennuus hesterno vespere mihi legit epl̄am tuam qua certis argumentis aduersariorum istic tuorum maledicta refellis. Conuenimus igitur vt hæc magnanimo Laurentio recenserem quo siquid ille prius ex vrbe Roma aduersariis dictantibas acceptisset falsum couinceret̄. Recensui ergo libens atq̄ ille libenter audiuit. Vnde coniicimus nullū latere in eius animo erga te odium sed amorem. In primis illud asserendū fuit istos nō tua quidem sua causa in carcerem fuisse coniectos: nam contra istinc huc vsq̄ fuerat diuulgatum. Eos igit̄ ꝓpria culpa fuisse compræhensos & tu satis epistola tua declaras & Petrus Leo mihi fuit testis q̄ acceperat illos temere nimium & supbe in pōtificem oblocutos. Inter hæc autem magnanimus hic leo noster hinc abiit alacer peragraturus orbem raptus veritatis amore. Quā & si nobis videt̄ quantū licet homini iam consecutus: ꝓsequitur tamen impensior. Diuinum præterea ꝓ humano fructū. si deus aspiret: reportaturus. Nostrū est igit̄ religiosis p̄cibus atq̄ votis diuinū amico tanto p̄sidiū inter diuersa incerti itineris discrimina cōparare valeat ille fœlix: tu quoq̄ Vale fœliciter.

Gratiaruactio cōgratulatio Commēdatio.

Serenissimo pannonie Regi Mathie semp inuicto.

Marsilius Ficinus suppliciter se cōmendat.

a Ccepimus eodē nuncio te nup dei dei gr̄a fortiter ꝑotitū victoria: & amicū nr̄m gr̄a nr̄i clemēter e carcere liberasse. Gratulor

itaq͂ tibi q͂plurimum Cõgratulor & amico:mihi deniq͂ gaudeo: ꝙ tm̃ apud regẽ tantũ me posse cognoscã. Ago æquidẽ deo gr̃as ꝑ fœlici victoria tua.tibi quoq͂ post deũ ꝑ libertate amici nõ mediocriter:sed plurimũ ꝑ auctoritate apud te mea. Opto quid etiã tibi quidem victorias postbac longe maiores:amico autem meo beneficia subinde minora.vt cui libertatem beneficiorum maximum contulisti: non dedigneris præterea si res postulauerit leuiora conferre.

Cognitio de diuinitate animæ ante omnia necessaria.

q Vidnam ꝓdest homini si vniuersum mundũ luaretur:animæ vero suæ detrimentum patiatur. frustra laboras phẽ dum conarẽ omnia compræhẽdere nisi appræhẽderis animã:per quã sis reliqua compræhensurus:quidnam tibi Theologe prodest æternitatẽ asserere deo nisi eandem tibi quoq͂ asseras: vt per æternitatem tuã frui possis æternitate diuina. Ergo phylosophi simul atq͂ Theologi venite p̃cor omnes.audite prophetam admirantem:quãta fecit deus animæ nostræ.Quidnam exclamas o propheta cum ais venite? quid rursum admiratis? quando dicis quanta? quid tandem portendis vbi subdis de⁹. exclamo æquidem:admiror:portendo deũ ipsum animæ nostræ dedisse diuina.Si minus:o fratres ꝓphete creditis:quærite petite pulsate q͂tum licet p̃sentem nobis deum.Ergo tu bone Iesu qui pendes isthic ꝑ anima nunquid voluisti pro anima corporea pati ꝑ anima mortali mori? Aspicite:o fratres:auscultate p̃cor: nonne videtis. Os ille suum aperire vester atq͂ respondere. Absit:vt ꝑ re vilissima rem p̃ciosissimam cõmutauerim:imo vero ꝑ anima hominis diuina deus factus ẽ homo: ꝑ anima immortali sum mortuus.Erubescant igit̃:conturbentur:confundant̃ valde velociter inimici nr̃i qm̃ de⁹ nr̃ magna & mirabilia fecit nobis.Inimici nr̃i nõ q pecuniã nobis surripiũt.pecunia.n.nõ nr̃a ẽ sed est fortunæ:inimici nr̃i:nõ q corp⁹ occidũt.Corp⁹.n.nõ tã nr̃m ẽ q͂ fortũæ: naturæ fati.Inimici nr̃i q ꝑimũt animũ:hic.n.sol⁹ ẽ nr̃ hic ip̃e nos ipsi est. Interimũt v̾o animũ q corporeũ p̃dicãt atq͂ mortalẽ.Erubescãt igitur aristippici:cõturbent̃ epicuri:cõfundant̃ lucretiani:erubescãt si sũt ph̃i: nulla ratiõe niti.Cõturbent̃ si sunt egregii:plebea cõsuetudine falli:cõfundantur deniq͂ platonicis argumentis quæ deinde sequentur.

Phylosophia platonica tanq͂ sacra legenda est in sacris.

Oratio Marsilii in principio Lectionis.

a Spira nobis p̃cor alme deus:narrabo nomẽ tuum fratrib⁹ meis in medio ecclesiæ.Laudabo te in conspectu angeloꝝ psallã tibi.

Solebant quondã dilectissimi fratres:qui exoptatas a deo fruges vberius impetrabant:frugum primitias reddere deo: Pythagorici vero quos nostri secuti sunt platonici optatam imprimis & acceptã diuinit⁹ sapientiã deo reddẽtes:sacra ph̃iæ mysteria meditabant̃ in tẽplis atq͂ docebant.Nos igit̃ antiquorũ sapientum vestigia pro viribus ob

seruantes religiosam platonis nostri philosophiam in hac media prosequamur ecclesia. In his sedibus angelorum diuinam contemplabimur veritatē. Verum o dilectissimi fratres candidis omnino mentibus has sedes ingrediamur: quas deus omnipotens ꝓ illis qui in tenebras iam di corruerant nuꝑ candidioribus implet angelis sedesq; restituit patrocinia insignis pietate ciuis quem cognoscitis omnes atq; veneramini. Vt aūt certiorem spem habeatis nostras animas posse q̄nq; sublimius in sedes angelicas euolare. Venite audite: videte: quanta fecit deus anime nostræ. Iam vero si angelicū templum hoc intrauimus admirandū spectaturi deum: Deoq; ꝓspecto suauiter fruituri: mandatē aūt mox intrātibus (cognosce teipm̄) merito debemus animam nostrā in primis agnoscere ꝑ quam velut speculum venerandū parentis nostri faciē fœliciter speculari possimus.

Congratulatio.

Marsilius Ficinus Francisco Bandino. S.P.D.

p Andolphus pisaurensis vir p̄clarus innumeris me tuo nomine salutatiouibus obruit. Tunc vero maxima veram mihi salutem dixit quando dixit esse te saluū: & egregie saluum: atq; ab inuicto pannoniæ Rege magnis legationibus honoratum. Gaudeo mirū mmodum ꝓsperitate Baudine tua. hæc em̄ & in amicos patriamq; redundat. Vale fœlicior indies: iterūq; fœlicior.

Iuppiter & venus martem domaut.

Marsilius Ficinus Ioāni Pico Mirandulano Comphilosopho suo. Salutem. P.D.

r Obertus saluiatus noster nunciauit mihi dum publice lectioni ardenter incumberem te sospitem ꝑuenisse Bononiam. Gratulor equidem te factum nobis viciniorem. gandeo te ex iniquorum manibus incolumē euasisse. Octobre supiore dum Mercurius a marte combureretē fremuerunt aduersum te martiæ gentes: & populi meditati sūt inania: quos extēplo derisit qui habitat in excelsis. Nā & nos interim hora iouis & veneris magnanimi laurētii patrocinio freti ne mercurius etiā in terris vreretē obstitimus. Obstet deus p̄cor in posterū aduersariis nostris atq; maledicis. Vale fœlix & me ama te amātē

Exhortatio ad amicos: vt ꝑcepturi deū corporeū omne deponant.

p Rophani sunt habendi vt Plato in libro de sciētia inquit qui nihil esse putant nihil quod pugno cōprehendi pōt. Omni soles epicure cōplectere manu puluerē: subterfugit ꝓtinus ipse tibi: coge aquam: subterlabitē: coherce aerem subterfluit: cohibe ignem subteruolat. O epicure demens nō potes ignem: nō aerem: nō aquam: nō puluerē cōstringere pugno: potes ne igitē illum complecti pugno: qui pugno vniuersum ipse complectitē. Corpus vis esse deum: esto corpus excellentissimū. Igitē ignis esto. Accede igitē ad hunc ignem lumen ha

bet pariter & ardorem. Comprime (si potes) manu lumen: non lumen
iam sed tenebras reportabis: cōpræhende pugnis ardorem: ꝓtinus dis
solueris. Deus ignis cōsumens ē: nō pugnis. i. nō imaginatione: nō af-
fectu mortaliū hunc potes apphēdere etiā si moratus fueris: nullo tñ
imaginatōis pugno diuine veritatis percipies lumen. Relaberis em̄ ꝓ
tinus in tenebras falsitatis. Opus est igit̄ dialectica cunctas imaginati
onis nebulas dissoluente. Rursum etiam si dialecticus fueris nō potes
tñ mortalium oppssus affectibus vitali calore dei salubriter ipse pfrui:
dissoluit em̄ quicquid materiæ repit. Quod autē occurrit a materia li-
berum assistit: sibi conciliat. Depone igit̄ terrenos affectus diuino ꝓti-
nus ardore salubriter pfrueris.

Quod ab amore dei exordiri debemus vt deum intelligamus.

d Eus charitas est qui manet in charitate: i deo manet & deus in
eo. Verū si charitas est amoris appetitus: stimulus: indigentia:
deus aūt nullius indignus omne bonū quo pacto ipse deus est
charitas est in charitate feruor: est lumen: est & gaudium. Est itaq; deus
charitas: sed charitatis huius feruor quidē accessus est in anima: lumen
vero viget in deo: gaudiū in vtroq;: sicut solis radius idē ꝓpe concauū
speculum in se quidem lumē est. sed ardor illic in ligno: & ex ardore fit
lumē ibidem. Qui igit̄ manet in charitatis ardore: statim in ipsa dei lu
ce manet. Statim diuinū gaudiū manet in eo. Cœleste ꝑfecto corpus ꝑ
spicuis subinde corpibus tan q̄ valde similibus: lumē prius cōmunicat
q̄ calorem. Terrenis aūt admodū dissimilibus calorem impartit ante-
q̄ lucem: hæc igit̄ ardore purgata factaq; similima cœlo: lumen ꝓtinus
inde portat. Animus igitur terreno corpe circumseptus ab amore dei
exordiat̄ oportet vt amore purgatus lumen sortiat̄ inde diuinum &
in lumine gaudium.

Insinuatio quædam in amicitiam.

Marsilius Ficinns. D. Francisco Scali Neapolitani Regis Secreta-
rio. S. D.

u Vm cenarem apud philippum valorem meum: accepi lr̄as a ni
colao valore meo quibus significat q̄ ardenter me ames: quan-
tis mea laudibus ꝓsequaris. addit p̄terea cū te virum esse: quē
vltro vehementer amare debuerim etiam non amantem. Ego igit̄ qui
valoris mei testimonium esse validissimum certe scio non solum reda
mo te iam diu me amantem: sed opto me amore te insup preuenisse:
& colo mirum immodum & gratias ingentes ago: q̄ me beniuolentia
tua: tuisq; laudibus dignū existimaueris. Ita em̄ & cūctorū excellentiū
virorū amore laudibusq; dignū arbitror me effectū. Quid igit̄ tibi pro
munere tanto rependā? Et si nō quātū debeo saltē quantū valeo. Vale
bo aūt fortasse nō parum: quatenus multum in valoria domo valebo.
Hæc em̄ nobilitate: auctoritate: iusticia. plurimū ab ipso florētinæ vrbis

exordio floret. Vale florentia die.xxiiii.Decembris.M.cccc.lxxxvii.

Exhortatio ad iustam causam defendendam.

Marsilius Ficinus.D.Ioãni Victori Senẽsi p̃claro iuriscõsulto.S.D.

S Ebastianus Saluinus theologie doctor & doctus amitinus nr̃
eget patrocinio tuo in causa sua:& hac quidẽ admodũ iusta.Iu
sticia vero quarũ in coelo pat. ia sua robusta est: tm̃ extra patriã
in terris euadit infirma:vt cõtinuo indigeat substẽtaculo.Solus aũt iu-
stus qualẽ esse te ferunt:& facile credo:põt ac vult:matrẽ suã sustinere
iusticiam.Spero igiť:quod vehemẽter exopto te causam necessarii no
stri iustissimã facile suscepturũ:quã cito fœliciterq; expedias. Vale.

Commendatio amici apud Regem.

Marsilius Ficinus Mathie Pannonie Regi semp̃ inuicto.S.D.

O Pto serenissime rex lr̃as p̃pemodum maiestate tua dignas ad
te dare.Sed vrget admodum me scribere cursum:tum sacerdos
ipse Vincẽtius:necessarius meus:cõmendationem nunc effla-
gitans:tum nũcius discessurus ad horã.Accipies ergo lr̃as nõ quales
solet ocium & libertas:sed quales necessitas p̃perantior p̃creare:Pro-
inde si forte videor in postulando p̃catior:solita erga me clemẽtia tua
tantam mihi tribuit libertatẽ. Ergo liberius obsecro:vt quẽ olim spon
te mei gr̃a e carcere liberasti:nunc a me rogatus:hoc insup̃ afficias bñfi-
cio:vt p̃ditam istic pecuniam suam(si fieri põt)qñq; recipiat.Ego vero
quod totiens iam tantũ apud te possim tibi quidẽ gr̃as ago:mihi ve-
ro gaudeo.Deũ deniq; obsecro:vt fœliciter tibi semp̃ aspiret.

Cur iuris magnis Discrimina magna immineant.

Marsilius Eicinus Ioãni Pico mirãdulano Comp̃hõ suo.S.D.

S Vperioribus diebus Laurentiũ medicẽ in crudo nimiũ obitu
filiæ verbis(vt fieri solet)consolabar amicis.Magnauimũ virũ
cõsolationibus nullis egentẽ:cõsolationẽq; interea & si sup̃ua-
cuam:necessariis tñ rõnibus & exemplis testamẽti veteris cõfirmabã.
Interloquendũ incidimus mox in moysem:cuius vitam gestaq; ab ini
tio(laurentio iubente)narrauimus.Quibus ille auditis:vides Ficine:
inquit:quot:q̃ diuersa:q̃ magna futuræ moysis magnitudini:non solũ
ab infantia p̃ omnẽ vitam:sed in ipso etiã ortu & ante ortũ obstitere pe
ricola. p̃fecto cõptũ habemus magnis sæpe inceptis hoibusq; futuris
qñq; magnis ingẽtia passim imminere discrimĩa siue magnanimi grã-
dia:dura:ardua molliãť:seu aduersa fortuna tentata sæpius atq; sup̃ata
viros fortissimos prudentissimosq; efficiat.Siue cõis liuor pl'imorũq;
ambitio egregiis se sp̃ opponat.Seu diuĩa p̃uidẽtia ita cõmodis & icõ
modis vitã hoim nr̃æ salutis gr̃a tẽperauerit. Seu lateat p̃terea cã q̃dã
inferior deo:sup̃ior hoiem res hoim ita cõmi ces quã indagare ociosõ
rũ est & forte nõnũq; curiosorũ. Verũ vndecũq; veniat:id ita p̃fecto ve
nit:ac ne p̃terita nũc(q̃ innũerabilia sũt)exẽpla reuoluã.Videtis:subiũ

xit. Eramus.n.multi q̄ certa sint in mirãdulano argumẽta magnitudinis singularis: nõ futuræ solũ indicia: sed ferme p̄sentis experimenta: ꝑterea q̄ grauibus hic adolescẽs discriminibus agitet̃. Denicꝫ & ille mirifice te ꝓbauit & cæteri cõprobarunt. Paulopost ad me cõuersus ait. Vos autem ociosi num aliquã ad hæc latentiorẽ causam inueni istis. Ad hæc ego: figura vel harmonis cœlestiũ portendẽs securã vitæ facilitatẽ: tam diuersa est ab illo quæ excellentiã virtutis ꝓmittit & gloriã vt rarissime admodũ cõcurrere possint: aut forte non possint. Accedit ad hæc ꝙ sũt in aere demones quasi stellæ secunde in cœlo hoc nobis proximo. Inter quos stellarum instar sunt demones superiores: sunt & inferiores vtricꝫ pastores hominum. Superiores quidem egregiorum: inferiores autem gregariorum. Inferiores sane demones quasi homines quidam humanis mouent̃ affectibus præcipue vero superbia inuidiacꝫ tanguntur: ideocꝫ dolent viros demonibus sublimioribus cõmendatos excellentiores palam existimari q̄ suos. Et iccirco nolunt eos regnare proficere viuere. Suscitant igit̃ contra illos ex gregibus suis vbicꝫ complurimos. Bestias insuper opponũt atcꝫ etiam elemẽta. Hæc ibi dicta sunt. Sed nonne & magnum aliquid fore decreuit platonicorum duorũ copulam ab initio supernus ille Saturnus in natali vtriuscꝫ figura domin⁹ Dominus & in figura Platonis horum itacꝫ copulã Saturnii demones præcipue regunt: Sed hanc interea dissoluere passim martiales demones machinantur. Siquidem mars ipse in tuis (quas dixi) figuras venit vt hostis. Tantũ denicꝫ copula hæc potentib⁹ destinata primordiis potentes quocꝫ quos substinet hactenus aduersarios superabit: quãto saturnus est marte superior Saturnus qui olim me nascente: suum capite tangebat Aquarium: atcꝫ anno post trigesimo in lucem te ꝓdeunte repetebat eundem: huc tendit (vt arbitror) ꝙ Laurens inter saturnios p̄stantissimus & me tuetur & picum ad Florentem reuocat vrbem. Et si omne solum forti patria est: hoc tamen præcipue picum suum saturniæ iubent capessere sortes & iussere iamdiu cum primum sub coniunctione magna huc habitaturus accessit. Esto fœlix: Florentinus esto .xxx. Maii.cccclxxxviii. Florentiæ.

Quo vadit amicus & tu vadis.

Platonicus Complatonico. S.D.

n E quãdo Marsiliũ in amicitia primũ istuc venisse dicas ad te postremũ. Ecce venit. Cõtemplare (si placet) vultũ istius qui te mõ salutat & gestus. Sed interea: sed interea q͂d sub p̄sona lateat attentius inspice. Iuueniles ne hos inquies cõtempler pro Marsilio vultus? At supplex ille pice (si nescis) impetrauit nuper vt renouaretur velut aquile iunẽtus sua. Impetrauit sane. Gestus autem quales? Qua nã ratione factus modo iunior effectus est & grauior? O q̄ grauibus amice vix tandem obsecrationibus impetrat̃ pro senectute iuuentus vt nõ

mirum sit hominem tam grauiter obsecrãtem: inde iuniorem simul grauioremq; euadere. Euaserit quidem: sed cur philippi Valoris ille potissimũ induit vultus. Mitto nũc Pice quam formã potissimũ elegerit amor. ille deus eiusmodi opis architectus demon certe vulnus transformationis amatorie faber: miro quodã nature affectusq; valore vsus in transformãdo. nimirum valoris formã expressit in ope Agnouisti iam satis qui cũ loquaris amice. Vale Valorem ama.

Erunt nouissimi primi.

Marsilius Ficinus Probo pontificis Cõmissario. S.D.

q Voniam in euangelio de cõuiuio legitur: erunt nouissimi pri mi. discumbe probatissime probe. nouissimus hodie hac in mensa. in mea mente. primus. Vt autem ego in tua mẽte sim primus postulare non audeo: satis mihi factum existimabo cũ gradum apud te obtinebo secũdum. Secũdam eñ inde mihi fortunã auspicabor. Præterea qui secũdus probo fuerit. quandoq; probandus erit. Probauimus sane litterati pleriq; põtificem. q viro apprime docto nos cõmiserit iudicandos. Litterati eñ qñ in hominem indoctũ incidũt cadũt. doctũ vero nacti resurgũt. Nacti deniq; doctum pariter atq; probum surgunt: vlterius non casuri. Vale.

Iocosa ex eo q salutaturus non salutauit.

Ioannes Picus mirandulanus Marsilio Ficino philosopho platonico. S.D.

s Alue pater platonice familiæ. Iam extra omnẽ controuersiã. & noxium atq; infaustum esse saturni sydus. & te mi Ficine. & si tuo fortasse bono. meo certe malo Saturniũ esse natum. Vt eñ ille est plurimum regradarius. Sic & tu quoq; simili præditus ingenio: iam bis ad me veniens regradarius factus. bis retro retulisti pedem. & quod est maius. occumbente sole. ne te phœbi iubar dicas esse reueritum. Sed hic amabo quid fuit ĩ causa iteratę retrocessiõis. An tuus saturnus an potius saturi nos: Sed quicdquid illud fuit qđ te mihi id ẽ me mihi abstulit. fac quæso in posterum: vt non seiungat nos. qui nos olim coniũxit: nec te vnq; credas ad me saturum accessurum. qui te solatium mee vite mee mẽtis delitias. institutorem morum discipline magistrum & esurio semper & sitio. Vale & veni. vt tuus saturnus. id est tuus saturus p ο ν ό me quoq; saturum reddat. Vale iterum. immo iam adueniens salue.

Planete reuertentur solis aspectum.

Marsilius Ficinus Ioanni Pico Mirandulano. S.D.

q Vod mense superiore tarpior admodũ q̃ soleã ad te accesserim in causa sit saturnus. mẽse etiã sũpiore retrogradus postq; ipe ex capricorno solem ĩ thauro p triangulum cœpit aspicere. Quod autem heri bis ad te & mane & vespere proficiscens bis

retuli pedem. siqua apud superos culpa est. in culpa sit iuppiter. heri nāq; incœpit Iuppiter regradarius esse. vtpote qui in trinū similiter veniebat solis aspectum. Ille em̄ ex piscibus hūc iam spectabat in cācro sedentem. Cū vero superiorꝝ planetarum mos. & natura sit cum primū in ip̄m solis cōspectū prodeūt. inde regredi aut ꝓgredi vtrisq; iam & saturno & ioue testibus. tu mihi phœbus eris. quanta igiť fides est in Ioue. quanta firmitas in Saturno. Tam firma fide tu mihi phœbus eris. vale. iii. Iulii. Mcccclxxxviii.

Labor improbus omnia vincit.

Marsil. Fi. Ioanni Pico Mirādulano cōphilosopho suo. S. D.

Salue solus musarū salus. Sed ad hoc ip̄m vt saluus sis nihil in rebus humanis magis expedire videtur. q̄ vt saluiatus nō velit esse te saluū: Quātum igitur opto semꝑ fore te saluū: tātū opto saluiatum tibi salutem vt nūc ita semꝑ optare. Equidem præter hunc noui nemine q quodcūq; velit ꝑtinus assequať. siue. n. ip̄a virtute voti homines consecuntur optata solus hic toto animo. totoq; spiritu assidue quicquid elegit affectat: siue sedula potius opa diligētiaq; perficiūtur incepta: solus hic qcqd seqtur ardēter ad finē vsq; ꝓsequitur: vt quod dicitur solus qui ad finem vsq; perseuerauerit. hic saluus erit. portendere videatur. solus hic saluiatus erit. Forte vero & granū illud sinapis quo transferūtur montes. hic noster habet. Nam & heri cameleopardalum transtulit ꝑ foramen acus ꝑ inuia traducens animal. viæ ꝓrsus ineptum. Quid ergo nobis opus est centū illis: quas nūc vna legimus rōnibus Nicolai ad astrologos confutādos. vna hæc satis nobis sit ꝓ centum. Nempe cū hic noster cōtra saturnū retrogradū sibi negantem expeditionis officiū durissima quæq; celeriter ardenti quodam studio peragat: Satis hinc exploratū habemus. studio nostro potiusq; instinctu cœlesti nostra negocia peragi. Mira ꝑfecto potestate pollere animus cognosceť: si mō tota sua potestate vtatur ad opus. vale sexto Iulii. Mcccclxxxviii. florentiæ.

De tribus gratiis & concordia.

Marsilius Fici. Roberto Saluiato & Hieronimo Beniuenio. S. D.

Solent multi scribentes Pico inscribere concordie comiti. hactenus quidem recte admodum appellatus est concordiæ comes. vtpote qui & concordiam ipse querebat: & libenter concordes homines sequæbatur. post hac autem non comes quidē. Sed dux concordiæ extra cōtrouersiam est appellandus. Iam. n. hūc ipsa velut ducem concordia sequitur. Nempe sicut nebule discutiūtur solis accessu. Sic aduentu Pici procul omnes discordie fugiūt. Subitoq; hunc passim sequitur cōcordia ducem. adeo vt solus hic valeat qđ olim temptauere nōnulli. & hic agit assidue. tum iudeos xp̄ianis. tū peripatheticos conciliare platonicis græcosq; latinis. Et merito quo

niam tres ille gratiæ: quæ quõdam venerem suam comitabantur. statim nascente pico picũ relicta venere iouis & phebi mercuriiq; imperio comitantur: prima qdem ab initio formauit animũ. secunda statũ animo cõfirmauit & corpus: Tercia fortuna deniq; iubet parere cõsilio. & q̃ colit aim: tres animo gr̃as inprimis adhibuit: Sapiam Eloqueutiã. ꝓbitatem: sic em̃ phœbus. mercuriusq; & Iuppiter decreuerunt. Quãobrem & si quemadmodũ furiæ discordiã pariũt. ita gratiæ concordiam ꝓcreant. merito picum quem gratiæ comitantur. sequitur & vbiq; concordia ducem.

Quomodo tacentes etiam colloquãtur amici.

Marsilius Ficinus Pierleano complatonico suo. S.D.

n Escio quo consilio: vel fato potius vel forte casu factũ fuerit. vt heri florẽtia discedẽs. nõ dixeris saltẽ p nũtiũ (sicut soles) Ficine vale. Hoc certo scio id te & si nõ alia necessitate. Saltẽ amiciciæ iure. si mõ poteras facere decuisse. Neq; frustra id forte fuisset factũ. Cupiebã æqdem. qđ etiã significaui lõgius confabulari tecũ. Sed dũ cõfabulationẽ meã coactus ad triduũ differo. inopinatus tuus iste discessus fabulã frustrat̃ meã. Ita mihi abit lõga hæc inuẽtũ fabula dũ magnanimus hinc abit leo. mihi nõ fabula: errraui mõ. Nõ em̃ inuẽtos euanuisse põt. nõdũ ꝓnunciata fabula. Quid g̃. Si meus tuusq; genius volatiles voces iudicauit indignas. Quibus æternus cõmitteret̃ huius fabulæ sensus. Itaq; si voces quodammõ viuas dedignatus ẽ q̃ nã rõne dignabit̃ lr̃as nõ viuẽtes. Que igit̃ non cõmẽdaui vocibus. nec litteris cõmendabo: Hanc ergo confabulationẽ intimam genius meus qui nec vsq̃. necvnq; abest disceditur a tuo: nũc iam exorditur tuo loquens prosecuturus in euum. His ita confabulantibus intus nulli se vlterius inserent liuidi nigriq; demões extrinsecus occurrentes. Cadẽt a latere meo mille & decem milia a dextris tuis. Vale fœliciter. philosophare fœlicius. ad Florentẽ vrbem adeo tibi amicam aliqñ fœlicissime rediturus. ii. Augusti. Mcccclxxxviii. Florentie:

In ignẽ omnia resoluẽda ſm Orpheum.

Marsilius Eicinus Callimacho sapiẽti Poete. S.D.

o Rpheum aliosq; nonnullos cecinisse ferunt. Cum omnia ex materiis quatuor inter se contrariis cõposita sint & ignis amplissimus omniũ. atq; potentissimus. motuq; ꝑpetuo paulatim reliqua cõterat. cætera tandẽ in ignẽ penitus resoluẽda. Quid g̃. Si diuinus tẽpator oim intellectus resolutionẽ eiusmodi tãtã mũdo cõcessit. vt quemadmodum q̃diu sibi constat in formam pulcerrimam est compactus. ita cum demum soluitur. in materiam formosissimũ redigatur. Hunc g̃ nos tantũ interitũ vniuersi (si credimus) æqua mente ferimus. feremus magnanime mi callimache æquo simi

liter animo nouum tuæ domus incendium: Lucē præterea querebaſ ex libris in lucem tibi conuerſi ſunt libri. Igne forſitan libri ſapiētes in cœlum rapti contra q̄ꝫ e cœlo Prometheus cū igne rapuit ſapiam. Quid igitur hinc tibi auſpicamur amice? Magis obitu tandem q̄ꝫ vita lucebis. xv. Auguſti. Mccccxxxviii. Flontentiæ.

Videndum quo ſtilo ad quem ſcribas.

Marſilius Ficinus Hermolao Barbaro Veneto. S.D.

a Gitur apud te (vt audio) cauſa Mathie cini: qui iſthic negocia curat ciuis cuiuſdam amiciſſimi mei. Niſi hic me rogauiſſet: eius tibi iura nō cōmēdarem. Nam ſupuacuū eſſe puto viro prudenti iuſtoq̄ꝫ: iuſticiā cōmendare. Hæc Hermolae me cauſa cōpulit: vt tibi non nihil poſt longa ſilentia ſcriberem. Scriberem certe ſæpius ſi ſcriberem elegantius. Audio. n. caſtigatiſſimis auribus tuis niſi exquiſitiſſima nō placere. Beatus es amice qui primū ſis gradū eloquentiæ cōſecutus. Neq̄ꝫ tn̄ ego miſer. Nam decimo ſum cōtentus. Vale & me ama plurimum te amantem. Ioannes Picus noſter: qui Florentiæ nunc philoſophatur egregie ſe tibi Commendat: xiii. Septembris. Mccccxxxviii. Floren.

De Fame volatu. Et q̄ꝑ ſuaq̄ꝫ Cariſſima ſunt.

Marſilius Ficinus Paulo Florentino Theologo. S.D.

g Ratiſſime mihi Contigerunt litteræ tuæ: Quibus æquidem intellexi: & te bene valere & me volare. q̄ꝑ. n. (vt ſcribis) totā iam Europam in amatoriā mihi ſubegerim ſeruitutē: facere q dem acceſſu non valui: ergo feci volatu: Sed tu laudum: immo & preconiorum ſpiritu ad volatū hunc alas adhibuiſti. Tu ergo mi dedalus eſto (modo ne ego tibi ſim hycarus) q̄ꝫuis valde carus: Et merito imprimis tibi ſum carus: quandoquidem tua tibi debent eſſe chariſſima: Sunt & mihi tua quoq̄ꝫ tam cara: at adoleſcens iſte nobilis tibi ante alios Commēdatus: ſit mihi quoq̄ꝫ gratiſſimus Præſertim quia doctrina iam (vt ais) iudicioq̄ꝫ ſit ſenex. Profecto ſic vices rerum ſæpe natura rependit: quandoquidem ſunt & pleriq̄ꝫ ſenes etiam ingenio pueri. Deniq̄ꝫ quam meus ſum tam ſum mi Paule tuus: tam etiā adoleſcenti ſum ſuus. Vale.

Nihil magis īpedit lr̄as. q̄ꝫ ciuilis ambitio. Probat̄ p Aſtrologiā

Mar. F. Flo. Hermolao Barbaro veneti Senatus oratori Clariſ. S.D

a Ccepi a ml̄tis hoc āno: & nup a petro Alamanno: qui iſthic legatiōe functus: heri me tuo nomine ſalutauit: te in legatione tua: non minus cōſueueris incūbere lr̄is (& quod mirabilius eſt) acrius etiā philoſophari q̄ꝫ ſoleas. Solēt homines mi Barbare: qn̄ publica gerūt: imo etiā cū primū attingūt intermittere ſtudia litterarū: tū quia negocioſ vita littearum īprimis ociū aufert vacue mētis opus. Tum quia ꝓpius ad Iouem accedimus gubernationis & im-

perii dũm.eo longius discedimus a mercurio principe lrarũ. Nã & luna cæteriq; cœlestes nusq; ab ædibus Mercurii sepatiores sunt. q̃ vbi Iouis sedes ingrediũtur. Quippe cũ ipe mũdi faber:& virgini pisces & Geminis Sagittariũ opposuerit. Præterea nõne solem quidẽ principes & honores significare putãt. Saturnũ vero philosophos. Horũ aũt in cœlis & regnũ regno. & domus domiciliis opponũt. Quis igit̃ vel princeps philosophabitur vnq;. vel phũs domiabitur Sed cũ tu q neq; polliceri videt̃ cœlũ. Neq; prestare mortales solent. efficias aĩm dicemus tuũ. queadmodũ plotini aĩm magus dixit olim pius humana cœlestiq; natura potẽtiorẽ esse. Tãta igit̃ ptãte gaude Eadem cõgratulant̃ amici. vale. xi. Octobris. Mcccclxxxviii.

Pauci negocia publica coniũgunt cũ studio litterarum.

Marsilius Fici. francisco gaddo florẽtini senatus Oratori. S. D.

S Cribo ad Hermolaũ Barbarũ. probãs eum q̃ in ciuilibus turbulẽtisq; negociis solitũ captet ociũ ad studia litterarum (qđ ue mirabilius ẽ) etiã philosophat̃ ardentius. Et quãto magis Iuppiter. huic curis publicis. Caput vrget. tanto magis vrgeat ipse mineruam iouis capite natã. Pauci quos æquus amauit iuppiter nõ planeta. sed conditor planetaꝝ. Pauci coniũgũt in vnũ duo hæc inter se longe diuersa. Soli diis geniti potuere vel simul vtraq; ꝓsequi. qđ efficit hermolaus. vel dum secũtur alterum qđ ẽ philosophandi studiũ momento perficere. qđ cæteri vix tpe longo facere potuerũt. Alterũ hoc efficit picus noster. cui quidẽ igneus inest vigor & cœlestis origo. aqua lignũ mille vix annis trãsmutat in aquã. Ignis illud quasi momẽto conuertit in ignẽ saturnũ. Theologi voracissimũ appellarunt. Picus saturno natus. Ceu saturnus ille liberos: sic ipe grandes quotidie libros integros deuorat. Quos qdem nõ in cinerẽ redigat vt nr̃ ignis: sed vt cœlestis in lucẽ: Tu igit̃ dilectissime frãcisce noster hermolaũ barbaꝝ imitatus: interim i legatõe philosophari nõ desines Salutabis. qñ p negocia tibi licebit illũ marsilii piciq; noie. significabisq; q̃tũ nri sumus vtriq;. tãtũ esse suos vtrosq;. qñ vero vtrũq; nomino politianũ intelligi volo indissolubile vinculũ vtriusq;. vale. xi. Octobris. Mcccclxxxviii.

Ibi solum viuitur. vbi viuit̃ intellectu.

Marsilius Ficinus Reueren. in xp̃o p̃ri. & D. d. marco Veneto Cardinali diui marci suppliciter se commendat.

V Ides ne. q̃ sit callid⁹ calderinus nr̃. Excogitauit hic iãdiu facillimũ tutissimũq; viaticũ. quo salu⁹ sp & florẽtiã petat & repetat romã salutatoibus eñ se sp fulcit armatq; tuis. qbus & ipe saluus eat p tela p ignes & saluũ reddat amicũ. saluũ tibi quoq; renũciet. salutatões vero tuæ sunt. siue abs te eant: siue ad te redeãt. hunc eqdem quẽ mõ callidũ appellabã apello prudentẽ. Cæteri nãq; fortis

eiusdem hoies plurimū dormitant ad fores insipientiū: sed noster in terim istic ad fores vigilat sapientis. vt bauriat salutē a dño. Quam & impțit amicis. Immo etiā vt inueniat vitā: sperat em̄ ibi dūtaxat se victurū vbi potissimū viuit intellectu. siqdem & legit. & meminit intellectū da mibi & viuā: Viue igit̄ fœlix añ alios veneram. ptrone nr̄ tuosq̄ clientes babeas cōmendatos

Probœmiū in librū nonū die. xix. Octobris. Mccclxxxviii.

Marsilius Fici. Martino vranio Cōstantiēsi amico vnico. S. D.

L IBER Nostrarum epistolarum Nonus quo sentire circūq̄ moueri possit. Caput iamdiu poscit virtutis aīmalis arcem & sensus atq̄ motus originem. Dū igit̄ de capite buic eligendo delibero. Angelus ipe nostri custos seipum adbibet libro. Caput iubēs videlicet sibi numerum būc nouenariū consecrari. Siqdem angeli nouē ordines non solū apud xp̄ianos. sed apud bebreos etiā atq̄ platonicos acceperūt. Sub tanto igitur capite atq̄ duce quærimns. Nūqnid quotiēs liber aut bomo quem custodit angelus. buc atq̄ illuc pererrat. totiens similiter oberret & angelus. Nequaquā. Angelus em̄ quē bonū demonē geniūq̄ nominăt. aut semper est vbiq̄. quod plotinus porpbyrius Iamblicbus opinătur. Aut tam facile velociterq̄ vbicūq̄ vult adest q̄ radius ipe solis. buc momento peruenieus binc illuc & passim eodem momēto reflexus. immo & multo celerius atq̄ facilius. quoniā radius qdem ē actus corporis lumiuosi. Angelus autem sui iuris existit. aut sicut sua cuiusq̄ stella non descendens influxu passim diffuso gubernat. Quam igit̄ ob causam ab angelo librum auspicati sumus. satis iam dixisse videmur. Sed cur nam martino vranio potissimū dedicamus. Quoniam meus liber iam genialis affectus ipo iure factus est buius. qui cū mibi idem cōmunis est genius. Accipe igit̄ libēter. ac lege fœliciter vranie mi cœlestis amice martinianas piter atq̄ marsilianas epistolas. vale fœliciter alter ego. iiii. Iulii. Mccccxc. Florētiæ.

Seqtur nonus epistolarum liber martino vranio Prænyngero dedicandus.

Descriptio ville salubris.

Masilius Ficinus Florentinus pbilippo valori.

d VM SVPERIORIBVS diebus ego & Picus noster Mirandulanus vir virtute mirandus. Fesulanos. immo subfesulanos colles pagraremus. ꝓspiciebamus ob iter subiectum oculis totum florentine vrbis agrū. babitationem certe fœlicē. si modo duo tantū incōmoda caute deuitentur. Et medii fluminis arni nebule & acres montis appositi vēti. Fingebamus igit̄ in colle domum ad montis Fesulani radices. vt inde caliginem. binc Borcam vitaremus: Nolentes tamen in cōcauo

sitam vt auram vberius sub æstu susciperet. Desiderabamus insuper eam inter culta pariter & nemora collocatam & vndiq; fontibus abūdantem quæ ad meridiem vergeret atq; oriētem. Quod in ædificiis vbi de re familiari disputat. omnino præcepit Arestoteles. Intereundum vero (dum talia fingimus) repente videmus & talia. Hic picus exclamans num inqt mi Ficine. quod modo vehementer ymaginabamur. optabamusq; mox & videre videmur. Quod quotidie somniantibus accidit. An forte qualem mente machinabamur formam. talem ymaginationis potentia fecimus: An potius vir sapiēs quondam ædificauit talem. Qualem recta & physica ædificandi ratio pcipit. Tum ego hanc Pice inquā sapiens ille Leonardus Aretinus dicitur construxisse. & prope hanc ipam illic. vbi vides Ioannes Boccatius habitasse. hanc deinde conciuis noster pandolphinus familia & nomine petrus philippus eadem certe prudentia qua & illi elegit foeliciter habitandam. O foelicem virum inquit picus cui contigit e publicis negociis secedenti ædem sacram inhabitare. ædem dixi. Nā & prope sacrum hūc est posita lucum. & hanc circūstant ædes viginti diuorum. Sacer itaq; præceteris locus est in primis aptus oraculis. vñ & pandolphinus videtur rite cognominādus. Siquidem hoc cognomine (si græcum interprætemur) delphicus totus significat. Hec mi valor inter nos dicta tunc probataq; sunt. eadem ipse necessario tuo præclarissimo Ciui referres. vt sedes adeo salubres sibi diuinitus dedicatas libentius. post hac colat atq; frequentius. vale. iiii. kl'as. Nouembris. Mcccclxxxviii.

Querimonia & cōsolatio in amicoꝝ obitu.

Marsilius Fi. Amerigo Corsino cōphilosopho suo. S.P.D.

c Onquærebat heri Corsine noster vna cum Ioāne Canacio & Bindaccio recasolano fratribus in platone nostris. de crudeli nimiū obitu alamāni donati academiæ martis. hunc equidem hanc ob causam martem academiæ nomino. Quoniā magnanimus iuuenis & facūdus vnūquemq; nrm cōtra liuidos detractores acerrime defendebat. Hūc igitur martē nostrum heri mars in leone discurrens conuincta secū luna crudeli. nimiū casu. allisit ad petram e mulo deiectū statimq; e medio substulit. Martem hic incuso præceteris (si quem nobis fas est ex superis incusare) Quoniam leonem tūc occupabat ipe cum luna olim ascendentem alamāno nascenti. Et mō percusso. Octauam domum in coelo tenentem. Sed eadem hora qua cecidit miser heu & occidit. surgens ab ortu saturnus in Capricorno. grauemq; philosophantis sortem miseratus. Amat eñ saturnus ipe philosophos. Animā eius per Capricornū excepit deorum portam. & angelicis ibi thronis annūerauit. Et si id satis moerorem nostrū cōsolari debet: deflebam tamen (vt dixi) crudū generosi iuuenis obitū.

Ad hæc illi marsili noster inquiũt: heu nõ vnam hanc tantũ modo iacturam Academia fecit. Sed locteriũ doctũ etiam & religiosum virũ obitu nuper amisit: vnde cõsolatione nobis opus sit gemina (si pergimus ista lugere) Inter hæc nuntiatũ nobis est Amerige summũ tibi hodie magistratũ reipu. demãdatum. Quamobrem cõsolationem qua egebamus geminã protinus cõsecuti sumus: tum quia hoc munere honestaẽ: amicus: tum etiã: quia tanto viro honestaẽ: & munus: hoc igiẽ magistratu: & academia cõgratulaẽ: & pria gaudet. Tu quoqꝫ gaude Corsine noster: non tantũ presenti munere: Sed fœlicibus etiam auspiciis. Nunc eñ sol aspectu trino fœlicissimoqꝫ Iouem iam iam recta progredientem aspicit: in posterum fœliciora promittens. Tunc deniqꝫ præstaturus: quando Deus ipse voluerit syderum temperator. iiii. Kl'ndas. Nouembris. Mccccl xxxviii.

Positio Aspectusqꝫ Planetarum ingenio conferentium.
Marsilius Ficinus Hermolao Barbaro. S. D.

Solent frequenter amici mutuo scribere: animos amicorũ inter se mõtibus non seiungi. Quibus sane dicendis mentiuntur: sæpius aut certe fallunẽ: Longe eñ disiuncti sunt animi: quando alter alterius ingenium prorsus ignorat. Tu ergo vir verus vt & in hoc sicut in cæteris sis veridicus si quando idem ad nos tibi: quod cæteris scribere forte cõtigerit: misisti nuper ad hos quandam ingenii tui formulam: ꝑfecto formosam. Si modo Mercurius largitor ingenii aerium domiciliũ suum geminos: habitans amplum præstat ingeniũ. Ac forsan venustius & elegantius q̃ꝫ in Virgine: & aspitiens illinc sextili surgentẽ in Ariete Iouem: integritatẽ & humanitatem adhibet pulcritudini. Ac dum inde spectat quoqꝫ Saturnũ trino in Libra regnantem: obtinentẽqꝫ (vt arbitror) occidentis angulum: sicut & Iuppiter orientis grauitatem & antiquæ sapiẽtiæ studiũ & id quidem firmũ atqꝫ ꝑpetuũ decernit ingenio: Venit itaqꝫ ad nos animus Hermolae tuus: Sed hactenus sine corpore suo: nudus nobiscũ habitat: quo ad reliquam accipiamus abs te cœli figuram: qua corpis forma distinctius & plenius exprimaẽ: Adeo humanus es mi Barbare vt nõ ꝑpessus fueris amici tui animum animo suo carcere diutius. Num igiẽ anĩo nũc tuo tam in hũanus eris vt patiaris hũc corpus suum diutius affectare. Sed absit vt id permittas. Nam si quod vehementer optamus effeceris & totus eris Hermolae tecũ: & totus pariter nobiscum eris: Accedit ad hæc ꝙ genitura tandem perspecta. scribemus ad te nõ nihil ad tuã valitudinem nõ inutile. Sperantes dum vitæ consulimus: tuæ sæculi nostri vite prꝓspicere. Vale fœliciter atqꝫ vt fœlici⁹ valeas: totus vbiqꝫ tecũ esto. xii. Nouẽbris. Mccccl xxxviii.

De efficacia loquendi & ratione iocandi:
Mar. Ficinus Pierleono phõ singulari: immo & iam poete. S. D

p Octā vero nunc saltem te esse ne nega. Si quidem modo factus es loquendo factor: hoc sane tua testat̄ epistola his stati in pȷ̄hoemio verbis. ita sum inquis difficilis in scribendo & q̄ sequunt̄. Quid nam conaris his verbis: nisi difficultatem scribendi dicere. Hanc interea facis ipse dicendo. Difficultatē inquā nō scribēdi tantum: sed insuper & legendi. Tam grandibus simul & atris hæ dictonessunt plenæ litturis. Adeo ergo & veridicus es & efficax vt quæ dicis interim & efficias. Verū quid nunc cū philosopho grauissimo iocor. At vero nō tam philosophus ego cum philosopho iocor. q̄ amicus amico sed quomodocunq̧ iocer Quid tum. Nonne & Nercurius ipse nunc iocat̄ in cœlo: luditq̧ in nobis. Solet is apud Saturnum: aut Iouem serio loqui. Apud Venerem vero iocari. hac igitur hora cum Venere cōiunctus & Luna: & nunc ascendēs seria respuit: gaudetq̧ ridiculis. Missa tamen ridicula hæc: parumper (si possumus) faciamus q̧ nostra passim Platonicaq̧ diuulgas: tam gratulor æquidem: q̄ luce delector. Solari nanq̧ viro nostra canente tanq̄ illustrante Phœbo obscuri esse non possumus Proculum a nobis expectas. Expecta proculum simul atq̧ iamblicum diuinum illū iamblicum: plurimis & grauissimis Porphyrii questōnibus mirifice respondentem: & interea ægyptiorum assiriorumq̧ diuina mysteria reuelantem: Promissorum igitur tarditatem muneris copia prope diem (si DEVS adiuuerit) compensabimus. Interea vale fœliciter. Sed postq̄ dixi vale: attigit hanc epistolam legitq̧ Picus noster Mirandulanusvir certe mirandus Atq̧ ita per belle legit: tam acriter iudicauitvt hanc non tam meam dicerem esse q̄ suam. Quid ergo. si tactu simul atq̧ intuitu is eam sic affecit: vt suam euestigio fecerit. Sed tamen interim non desinit esse mea. Quamobrem vbi dixi vale: dicēdum erat valitudinē tibi pȷ̄speram optat Ficinus Picusq̧. iii. Ianuarii Mccccl xxxviiii. statim ex orto sole.

Satis ad vnum scribit amicum: qui cunctis simul scribit amicis.

Marsilius Ficinus Francisco Bandino. S. D.

n Ihil iamdiu ad te scribo charissime mi Bandine. Quoniam interea & tibi & omnibus multa conscribo. Vtinam tam multum bona sint q̄ multa Plotini libros omnes iamdiu me fecisse latinos intellexisti. atq̧ in eos commentaria scribere mox incœpisse: hac ad dimidium iam perduximus. Et forsitan absoluissem: nisi inter commentandum coactus fuissem traducere insuper in latinum psellum platonicum de demonibus: & synesium de somnis: atq̧ expte Porphyrium de abstinentia: ac etiam diuinum Iamblicum de ægyptiorum assiriorumq̧ Theologia. Et deniq̧ priscianum Lydū Theophrasti mentem: de mente diligentes interpretantem. Inter hæc philippus Valor. valoris & gratiæ plenus: Regiq̧ vestro omnium dedi

tissimus plotini textus commentariaq; regi transcribit: volumine regio: Quinternioes iam tres: atq; triginta grandes sunt absoluti. Vale, sexto Ianuarii. Mccccłxxxix. Florentiæ.

Amicus in amico. Item excusatio de itinere non suscepto.

Marsilius Ficinus Florentinus platonicus serenissimo pānoniæ Regi Mathie semper inuicto suppliciter se commendat.

s I mira potest amicitiæ virtus efficere quod pythagorici pollicentur: vt sit amici animus in amico. Certe nunc meus anim⁹ est in philippo Valore q nuper in pannoniam in primis maiestatem tuā salutaturus accedit. Vt cum istū audiueris suppliciter salutantem: Marsilium ipm audiuisse te putes. Desiderabam equidem iam diu maiestatem tuam visere: isthic desideratus a multis: Verebar aūt ne vires minus itineri longo suppeterent: Decreui tandem i Valore venire: ita demum sperans Valorem meis viribus ad iter agendum minime de futurū: prœsertim quia viaticū mecum attuli: libros salutari mentis alimonia plenos. Qui & pro nutrimento in via & p vehiculo simul mihi forent. Leges ergo fœliciter priscianum Lydū philosophū qui Theophrasti & Aristotelis mente de sensu & imaginatione & intellectu diligenter interpraetat̄. Quem æquidem nō traduxi tantum e greco: sed breuibus etiā notis exposui. In hoc vero legendo plane cognosces. quod & Themistius asserit eādem esse Platonis & Aristotelis & Theophrasti de mente sententiā vt vna quidē omnibus hominibus sit cōmunis: & ea dumtaxat mens diuina. hūanas vbiq; mentes illustrans. Quem peripatetici intellectum vocant agentem. Totidem vero sint propriæ mentes hominibus: quot sunt & animæ: atq; hæ similiter immortales: Quos illi intellectus nominare possibiles cōsueuerunt: id est a diuine mente formabiles. per hæc intelliges Alexandrum & Aueroim confutatos: & animæ nostræ diuinitatem prorsus agnosces. præterea non dedignaberis librum Michaelis pselli de demonibus legere breuiter a me traductum. Qui platonicos christianis in demonum opiniōe conciliat. Videbis post hæc operosum plotini opus: ex parte nunc in pannoniam (vt tibi totū ex parte monstretur) allatum. Reliquum est vt fœlicissime maiestati tuæ Valorem meum validissime: meq; ipsum in valore commendem. Sexto Februarii. Mccccłxxxviiii.

Prohœmium in Theofrastrum de anima.

Marsilius Ficinus Philippo Volari. S.D.

p Vi præcipit: Cognosce te ipm: Nos admonere videt̄: vt aiam cognoscamus: quæ qm̄ est media rerum: nimirū est & omnia hac itaq; cognita facile sumus omnia cognituri. Ego igitur (vt animā imprimis assequere) per quā cōsequuturus omnia forem ad philosophos: non plebeos illos quidem sed egregios iamdiu stu-

diose me contuli. Cum vero hinc quidem platonicos: inde vero peri pathet icos anxius percũctaret: eorumq̃ responsa differere inuicem viderent: diffidebam ab initio me voti compotem vnq̃ fore. Verũ nõ multo post Themistius spem mihi præbuit optimam: affirmans: tantos inter se philosophos nõ sententia quidem dissentire sed verbis: Tandemq̃ de anima Platonis Aristotelis Theophrasti sub diuersis verbis esse sniam. Incidi deniq̃ diuina quadam sorte in librũ Theophrasti de anima a Prisciano quodam lydo brebiter quidem: sed tñ diligenter expositum: ea potissimũ ratione; qua Plutarchus & Iamblicus Platonici peripatheticiq̃ insignes: Aristotelicam de aĩa sniam explicauerant. Cum igit̃ in his legendis platonicos peripateticosq̃ esse concordes animaduerterem. Habui ferme tota qđ mẽte petebam. Atq̃ vt & ceteri q̃ primum habeant. Librum hunc e græca lingua transtulimus in latinam. Adiũximus præterea expositiões quasdam breues a nobis interlegendum: Atq̃ transfereudum excogitatas. Neq̃ tamen hac in re duxi in p̃sentia mihi nimis elaborandum: vel latius eurgandum. Ioannes eñ picus noster mirandulanus vir certe mirandus iam hoc agit ad summum: vbi philosophorũ omnium de quauis materia mentes diligentissime discutit: Ac Platonẽ Aristotelemq̃ de anima mirabiliter monstrat esse concordes. Librũ vero tibi potissimum mi valor censui dedicandum. Tu enim vna mecum iamdiu concordia philosophorum ac de re vehementer affectas Medices vero nostri: quibus tanq̃ patronis dare omnia: immo reddere consueuimus: consentient procul dubio munusculum hoc vnũ e multis meo dedicari valori. & Medice domus præceteris amicissimo: & promptissimo semper platonicorũ operum adiutori. Quãuis autem græcum exemplar vnicum inuenerimus: & id quidem mẽdosum; atq̃ fragmentatum: attamen lege securus: & ita ceteris præbe legendum. Nam emendare hoc atq̃ reserare diligẽtissime studui Et Angelus politianus noster acerrimo vir iudicio plurimaq̃ doctrina: nr̃am hãc diligẽtiã approbauit. vale. xxv. Martii. Mccccl xxxviiii.

Prohœmium in Iamblicum.

Marsilius Ficinus Elorentinus Reueren. in Christo patri. D. Ioanni Medici Sãctæ. Romanæ Eccłæ Cardiali suppliciter se cõmendat

C Vm epl'am ad te scribere statuissem ĩ Cardinea dignitate: nup tibi collata cõgtulaturã. Cogitaremq̃ cui potissimũ eã darẽ tibi reddendã q cogratulatõnẽ nostrã efficeret ad modũ gratiorẽ in Academiã me subito cõtuli: sperãs in ei⁹ saltẽ penetralib⁹ salutatorẽ nobis aliquẽ tibi acceptissimũ nõ defuturũ. Illic ḡ diuia q̃dã forte prim⁹ occurrit iãblic⁹ iter academicos cogmẽto diuius & magnus ibi sacerdos. Cui eqdẽ salue inq̃ iãblice sacerdos magne. Est hõ florẽtiæ missus a đo: cui nomẽ ẽ ioãnes: Heroica medicũ stirpe nat⁹ hic venit ĩ

testimoniũ. vt de summa patris sui magnanimi laurentii: apud oẽs. auctoritate testimoniũ perbiberet. Huic ergo & tu (præcor) de singulari meo erga eum. amore testimoniũ perbibeto. Tu nouo huic antistiti xpiane religionis Cardinem iamiam gesturo congratulatõnem nostrã. alioquin ieiunam diuinis verbis mysteriisq̃ tuis efficies pleniorem. Annuit ille p̃cibus: atq̃ hac ad te sententia Ioãnes sacerdos magne. Venit magnus ille sacerdos. Tu igitur salutatorem tantũ: lætus excipe. atq̃ post salutatione primã. post lectam epistolam qd diuinus ille loquatur si placet (attẽtius audi) Promisit eñ vt sua tuaq̃ persona pariter digna diceret. Se tibi breuibus qd aegyptii & assyrii sacerdotes de religione rebusq̃ diuinis senserint expressurum.

Argumentum in librum.

p Orphirius qui inter platonicos propter excellentiam philosophus appellatur. longam in ægyptum misit epistolã ad anebonem sacerdotem. variarum & grauiũ questionum plenam ad omnes philosophie partes spectantiũ. præsertim ad DEVM atq̃ angelos. Demonesq̃ & animas. ad prouidentiam. ad fatum. vaticinia. magicen. miracula. sacrificia. vota. porphyrii questiõibus. Respõdit Iamblichus eius auditor. Introducit vero porphyrio respondentem. Abamonẽ ægyptium sacerdotem. pro anebone discipulo suo ad quem porphyrius misit epistolam. Huius ergo questiõis totius atq̃ responsionis (profecto diuinæ) tanq̃ in plotino adhuc nimium occupatus. singula ferme non verba sed sensa traduxi. vt non mirũ putari debeat. sicubi diuulsa videat᷑ oro. p̃sertim inter ipsa disputãdi principia: vbi leuior iactura verboꝝ. nã deinceps verboꝝ etiam cõtextus magis ꝑpetuus apparebit. Coactus vero sum interdum meum aliqđ verbũ. vł continuationis. vł intelligentiæ grã interserere. Velocioris aũt æditionis etiam in causa fuit pierleanus. vir oĩm cupidissimus secretoꝝ. verũ qđ in primis admiror. hic ꝗ̃ affectare videtur q̃ iam possidet. Nã diuinitate q̃dam ingenii. philosophorũ archana & græcorum & barbarorum non dum lecta consequitur.

Proboemium in Proculum & Porphyrium.

Marsilius Ficinus florentinus Reueren. in xpo patri domino Ioanni medici sancte romanæ ecclie Cardinali suppliciter se cõmẽdat.

d EVS omnipotens Ioanni bicio medici: insigni pietate viro. Et quãtum ciuilitas capit. ciui omniũ sententia sancto. quasi cuidam abrae (quãtum fas est conferre) quondã promisisse videtur Proles o Ioannes tua fulgebit in sæculum. sicut stelle cœli. Seminibus tuis benedicent populi. In semine tuo tandem bñdicentur oẽs gentes. Hæc illi DEVS. Semina vero Ioannis quibus bñdicunt populi Cosmus quidem primo deinde petrus Cosmi filius. Tercio magnanimus laurẽtius petro natus. semẽ aũt Ioãnis eiusdẽ

in quo benedicent omnes gentes: est Ioannes Laurentio genitus: cui adhuc adolescentulo: diuina puidentia mirabiliter Cardineam cotulit dignitatem: futuri potificis auspiciū: i quo quidē vice Christi bn̄dicant omes gentes. Huic ergo familie a DEO iamdiu electe tanq̄ optimæ: optimus quisq̄ litteratorū sua oia (vt ita dixerim) cōsecrare & ea quidē q̄ electissima debet Marsilio quidē antiquo Medice domus alumno: non licuit p ætatē quicq̄ Ioanni Bicio dedicare. Licuit aūt Cosmo primū nōnulla. Deinde Petro: Tercio Laurentio destinare. Licet adhuc quarto iam (aspirante DEO) Ioāni sacro Medice domus Flori: flores ex platonicorū philosophorū pratis collectos offerre. Quos fœlicibus equidem auspiciis offerro: vt libri immo liberi mei: quando tandē in te benedicent gentes: ipsi quoq̄ participes bn̄dictionis euadant. Accepisti quidē Venerande patrone nuper quos ex pratis Iamblici flores legeram. Quos vero modo ex agris porphyrii proculiq̄ carpsi fœliciter accipe: Quibus apium more libatis mel in hortis Academiæ fingas.

Prohemium in sinesium: atq̄ psellum.

Mar. Ficinus Florētinus petro medici Viro Magnanimo. S. D

q Vanq̄ mlta quottidie legitis meliora nostris: nulla tn̄ ferme magis arbitror vobis placere q̄ nostra. Si modo sua cuiq̄ maxime placere solēt. Sua vero cuiusq̄ sūt potissimū q̄ oim antiq̄ssima possidēt antiq̄ssima certe possidēt a vobis Marsiliana Spero igr̄ hæc vobis sp chrarissima fore: vt etiā si somnia mittā: hæc quoq̄ q̄si pro veris apud vos primū atq̄ p vos: vera etiā apud alios habeant Cum igit̄ Sinesii platonici librū de somniis: quē nup interp̄tati sum⁹ e græco: auctoritatem & fidē in primis apud lectorem primū: & per hunc apud alios habere desiderarē: potissimū ad te misi: Quarto iam gradu post magnū Cosmum nostra lecturum, atq̄ hæc statim approbatione tua ob egregiam doctrinā: auctoritatemq̄ tuam omnibus pbaturum. Adiunxi libro de somniis librū Michaelis pselli platonici de demonibus non immerito quoniam a demonibus somnia mitti veteres arbitrantur. Vale. xv. Aprilis. Mccccl xxxviiii.

Cemmendatio stili.

Marsilius Ficinus Andreæ Cambino compatri optimo. S. D.

m Vltis iamdiu de causis dilectissime Cōpater tibi debeo multum. Sed hac ipsa plurimū q animū hodie nr̄m tedio (nescio quo) grauatū: onere molestiore leuasti. Dedisti. n. tris nobis orōnes Francisci puccii necessarii tui legendas. Quarū lectō me adeo delectauit: vt vix orōnibus totidē ac tātis: voluptatē hāc exprimere valeā. Solent. n. ea potissimū oblectare: quæ satis desiderio faciunt. Ego vero in orōnibus præceteris: hæc ipsa desidero: argutos quidē sensus: interim nō obscuros. Copiam quoq̄ minime supuacuā: bre-

uitatem etiam: non mancam illã quidem: sed integram: & interea moderatam. proprietatem denicꝫ elegantiãcꝫ verboꝝ. Ac (si fieri possit) mirã pictoris industriam: quæ rem ipam oculis afferat: Cum igit̃ hæc oĩa in orõnibus necessarii tui re vera perspexerim: nimirũ me mirifice delectarunt: Quapropter & tibi cõpater atcꝫ illi ingentes gratias ago. Vale. v. Iunii. Mcccclxxxviiii.

Respõsio petenti platonicam instructionem & libroꝝ numerũ.

Mar. Ficinus Florentinus Martino Vranio p̃nvngero. S. D.

Vas ad fœlicitatẽ vias diuinus Iamblicus Aegyptiorũ mente describit: alterã pbicã: alterã sacerdotiã: illã quidẽ apertiorem ad felicitatẽ inueniendã: hãc vero breuiorem ad cõsequẽdam: illã in primis elegerũt peripatbetici: similescꝫ pbilosophi. Hac maxime populus religiosus incedit. Plato noster vtrancꝫ viã mirabiliter cõiunxit in vnũ: & vbicꝫ religiosus est pariter: atcꝫ pbũs: Disputator subtilis pius sacerdos: facundus orator. Quamobrẽ si diui platonis vestigia (sicut cœpisti) diutius ꝓsequaris: fœlicitatẽ: & inuenies (indice deo) & (deo duce) cõsequeris eandẽ Præsertim quia plato noster vna cũ rõnibus pytbagoricis: atcꝫ Socraticis: legem sectat̃ mosaycam. auguraturcꝫ cbristianam. Ducent vero te: quandoquidem id interrogas ad platonicam intelligentiã argumenta in libros eius nr̃a & libri quos etiã babes nostri. de immortalitate animorũ potissimũ inscripti platonica tñ vniuersa complexi. Item Alcinous ad te bodie missus præterea multocꝫ magis diuinus Iamblicus: nuper traduct⁹ a nobis alias ad te mittendus. Maxime vero in penetralia totius sapientiæ introducent plotini libri quatuor & quinquaginta: quos & traduximus & iam magna ex pte cõmentariis interprætati sumus. Hos vero nouo forsitan: accipere poteris. Queris autẽ quos p̃ter bos vel transtulerim libros: vel cõposuerim.

Traducta

Transtuli equidẽ mercurium de mente diuina: & opificio mũdano. Sinesium de somniis: psellũ de demonibus. Nonnulla porpbyrii de anima & intellectu. Et proculi quædam in Alcibiadem. Prisciani platonici commentaria in libros Tbeofrasti de anima. Cõposui de voluptate & de curanda litteratorum valitudine: quos nunc accipies: Octo epistolarũ nostrarũ volumina. Commentarium in pbilebum: nondum absolutum: de amore de religione cbristiana. Tentaui & alia quædam potiuscꝫ composui: librum cõtra pestem lingua tusca. Interrogas q rursus apud latinos inueniantur. Platonici libri Dionysii Areopagite: oĩa sunt platonica. Augustini multa. Boecii consolatio. Apulei de demonibus. Calcidii commentarium in Timeum. Macrobii expositio in somnium Scipionis Auicebron de fonte vitæ. Alpbarabius de causis & berrici gandauensis. Auicennæ Scoticꝫ multa platonem se-

Compositæ

dolent. Leguntur etiam vtcunque traducta elementa Theologiæ Proculi: atque ipse eius Theologia: & liber de prouidentia simul: atque fato. Similiter & nos vtcunque traduximus Hermiam in Phœdrum: & Jamblicum de pythagorica secta. Extat insuper defensio Platonis a Bessarione Cardinali Niceno facta. Quædam speculationes Nicholai Cusii Cardinalas. hactenus quæsitis ferme satis mihi videor respondisse. Amori autem in Marsiliũ Martine tuo: quem singularem esse certo scio: non epistolis vel innumeris respondere vnquam me posse confido. At ne omnino sim ingratus: singulari prorsus amori tuo: singulari similiter (mihi crede) amore respondeo: ardentemque in me tuũ animum simili mentis ardore cõplector. Hec primũ a nobis amoris tui prænnyngere præmia geres. Sed vtinam Vranio idest cœlesti donũ aliquod: vel prope cœleste: dare: vel saltem auspicari cœleste possem. Opto equidem mi Vraniæ atque etiã spero te antequam cœlestem patriã repetas fœlicitatis fore participem & in cœlo beatum. Florentiæ Die xii. Junii. Mcccclxxxix.

Marsilius Ficinus Pierleono Conphilosopho suo. S. D.

q Vantum ipse proculum desiderabas visere. Tantum ego ad te mittere cupiebam. Quibus enim voluntas est eadem: nimirũ inest: & æqua similisque volũtas. Cur ergo non prius. Nondũ venerat hora eius: venit hora nunc: quamuis tardior hinc abeundi Vtinam ne serus ad vos perueniat: bonus certe veniet: quandocunque venerit philosophare fœliciter amice omnium optatissime: Ac si quid a nobis optas: postula. Sed eo sidere vt celerius posthac accipias Mirandulãus noster egregie philosophatur: & te amat egregie. Vale. ii. Augusti. Mcccclxxxix.

Commendatio leuis.

Marsilius Ficinus Ioanni Nesio. S. D.

s Alue: Rogauit me Bernardus præsbiter: vt eum tibi commẽdarem in vacatione cuiusdam ecclesiũcule prope modum futura. Eum igitur tibi commendo: commendationis autem rationes: nihil opus est afferre: Notior enim hic tibi est quam mihi: Tue igitur humanitatis erit amico: siquidem bene meretur: opitulari: Bene Vale. viii. Augusti. Mcccclxxxix.

Studium de vita longa:

Marsilius Ficinus Ioanni Pico Mirandule cõphilosopho. S. D

q Vo die hinc abisti libellum de vita cœlitus comparanda peregi: pridie vero oportune incideram in quendam: arnaldi librum de retardanda senectute diu a nobis optatum: sed scribarum vitio: Lectu difficilem: difficillimum intellectu: Interea Lectionem vrget instantius libelli dominus. Lectio igitur difficilis simul & properantior de Senectute retardanda: retardat aduẽtum

ad me tuũ. Sed hoc (vt arbitror) æquo animo patiemur. Modo diligentia hæc senectutẽ tibi quoq; retardet. Mihi vero non tam de retardanda senectute cogitandũ est. sed potius retinenda. Interea dum separati videmur & sepata tractare. facimus idẽ ꝓmetheũ emulamur. Fingimus hominẽ: Tu aiam. Ego corpus. Tu diuinitus illam ducis Ego cœlitus hoc accipio. q̃ belle post mũdum septiformi specľo abs te mirabiliter demonstratum. cõmuni statim opera hominẽ speculatorem mũdi componimus. Vale. ix. Augusti. Mcccclxxxix.

De stilo poetico in aphorismis Hyppocratis.

Marsilius Ficinus Antonio Fauẽtino nobili phisico. S. D.

Litteras ad nos forsan. die vel hora saturni. vel hoc ipo ascendente. aut saltem luna fixũ domiciliũ subeunte dedisti. Nam ferraria florentiam vix quatuor mensibus ꝑuenerunt. verũtñ saturnus iste Iouem peperit. epistolam humanitatis & elegantiæ plenam. Si sermo diuoꝝ & stilus oraculoꝝ carmen est. atq; hypocrates quondam Deus est habitus. & aphorismi eius oracula. recte admodũ eos in carmina traduxisti. At uero ne forsan qđ bñfeceris alicubi male locatũ. videatur factũ male. Mecenatẽ suũ poemati q̃ris. Nulla iam mi antoni inter mecenates electio. vix eñ vnus ẽ quẽ nominas: Hic ergo carminibus tuis patronus esto. Pergratum mihi erit tuos legere versus. Gratissimũ iam ẽ abs te amari. Quid eñ amabilius. q̃ amari ab eo. q iudicio amet & ipe veneratione sit dignus. Nostra in plotinũ cõmentaria Theophrastus. Iamblichus ꝓculus. & alii qdam interpellarũt. Affectantes & ipi ꝑ nos e grecia quoq; in ytaliam proficisci. Sed redii nuꝑ ad plotinũ. comentaria in eũ ꝓsecuturus assidue. Vale fœlix optatissimus ad nos aliquando rediturus. xv. Augusti. Mcccclxxxix.

Astronomicũ auspiciũ ꝓ libro de vita longa.

Rapit vero secum noster ille patronus: nonnullos interdum attẽtius atq; fœlicius audientes. In eos videlicet præ ceteris vbertate furoris exuberãs. Qua vero ratione ꝓcitus ipse numine alios ferme similiter cõcitare valeat. Docet plato noster in libro qui inscribitur Ion. Vbi ingẽti cuidam Herculeo lapidi ferreum annulum subdit exiguum: mox facile rapiendum. Primo statim annulo subnectit secũdum. Tercium vero secundo: quartumq; deinceps. Catenamq; cõficit annulorum a magnete subinde pendentium. Per quos attrahendi virtus a priore deinceps incõsequentem repente transfunditur. Eadẽ ratione putat a phœbo musam rapi: ab hac poetam a poeta corripi similiter audientes. Mysterium hoc his forte carminibus Virgiliiq; imitat̃. Quæ phœbo pater omnipotens: mihi phœbus appollo prædixit Vobis furiarum ego maxima pando. Sed furias in præsentia nominasse nolim. Vbi non de furiarum: sed de gratiarum furore tractamus. Quoquidem patronus noster abundans petre fœlix & te pariter atq; me: ceterosq; suos obseruatores afficit ꝓtinus. Affectos corripit. Correptos occupat. Occupatos mox incomparabili quadam voluptate perfundit. Qꝛobrem tanto beneficio hinc affecti in ardẽtissimo eius amore perseueremus. In quo singulariter amãdo diuinum quotidie reportamus instinctum. viii. Iunii. M.cccc.lxxxxi.

Vera laus Marci Cardinalis Sancti Viri.

Marsilius Ficinus Anthonio Calderino dilectissimo Suo. S. D.

P Etrus Fannius noster vir doctus: & ꝓbus multis heri testimoniis comprobauit singularem beniuolẽtiam erga me tuam: pluribus iam diu tuis in me officiis confirmatam: Cum vero multis de causis plurimum tibi calderine debeam: hac debeo certe q̃ plurimum: q᷑ sanctum illum virum Marcum diui marci cardinalem & iam diu reddidisti nobis amicum: & quandoq; patronum in nostris periculis præstitisti: cuius quidem obitu non possemus grauiter non dolere: nisi speraremus hunc e celo (vbi beatam agit vitam) certiore quodam indies patrocinio nobis aspiraturũ. Hic certe (q̄d te non latet) Dauidi cũ illud: Aīa mea in manibus meis semp: & viuẽs & moriẽs. impleuisse videt̃: Atq; illud euãgelicũ attigisse: ptẽtem habeo deponẽdi aīam meã Ita eñ p̃dixit horã ita lætus: & quasi ꝓ arbitrio discessit e corpore vt non mori quidẽ: sed sponte pegrinari: immo redire in optatã patriã videret̃: immortalis vite mortalibus exẽpla daterus. nouumq; lumen cœlestibus luminibus accessurus. Felix igit̃ mi Anthoni ob hanc maxime causam amicitia nr̃a: q᷑ sub patrono cõfirmata est oīm fœlicissimo Vale fœliciter: ac me (vt soles) ama singulariter te amantem. xxviiii. Iunii. M.cccc.lxxxxi.

Rationes negociorũ suorũ amico reddende.

Marsilius Fici. Martino vranio p̃ningero amico vnico. S. D:

c Vm neminē te ꝑquā dilectissime mi martine cariorē habeā: iure nulli potiusq̧ tibi quotidianas rerum nostrarum ratiōes reddere debeo. Valeo æquidē bene quātum habitudo: ætas: æstas: assidua litterarum studia ferunt. Prosequor vt iam pridem scripsi diuina Dyonisii nomina. Recognosco plotinum interea dum exprimitur a librariis quattuor posthac vt aut ad summum quinq̧ mensibus (vt arbitror) erit expressus. Exscribitur tibi Nostrum commentarium in philebum. Mitto nunc eius partem quinterniones octo. Alios vero reliq̄s Venetiis quottidie platonis Theologiæq̧ libri iterum: & (vt aiunt) diligentius imprimuntur. Adolescentes cōmendati nobis prospere valēt multumq̧ in dies litteris moribusq̧ ꝓficiūt. Singularis quidem noster amor exactissimam singulorum rationem exigit: Sed negocia ꝓhibent his ergo contentus fœlicissime Vale. xx. Iulii. Mcccc.xci.

De simplicitate & integritate morum.

Marsilius Ficinus Pierleono complatonico suo: S.D.

s Alue salute dignissime pierleone: vir omnium ītegerrime: imo & omnium simplicissime Verum plato noster in symposio quidē nullos nostris sæculis nasci integros existimat. Sed diuisos. In timeo autem atq̧ phœdro duplices affirmat omnes. Te igitur quando integrum simplicemq̧ appello non huius quidē sæculi filium iudico: Sed alterius. In quo (vt plato inquit) homines quondā integri pariter atq̧ simplices nascebantur. Q̄z diu videlicet regnabat quædā in humanitate diuinitas. Diuinorum enim integritas eadem est: atq̧ ipā simplicitas. Naturalia vero multiplicem habent integritatem. Monstra deniq̧ ab integritate simul: & simplicitate degenerāt. Sed mysteria vix admittit epistola sortes videlicet facile. Vide igitur pierleone mi alter ego q̧ similem in plerisq̧ sortem nacti sumus disciplinæ medicem in cœlestibus eundem: vt cōiecto Saturnum Ducem quoq̧ Platonē: patronum rursus eundē Laurentiū Medicē platonicarū disciplinarū instauratorē. Amicos ꝑrsus eosdem. Inimicos autē ipsi nullos. Amamus cm̄ omnes solū forte nō amaturi. Siquis deniq̧ depræhēsus fuerit solum amare se ipsum. Mores præterea nostros quis nō similes esse dixerit. Simulare nanq̧ vel dissimulare: pariter vterq̧ nescit. Simulatores dissimulatoresq̧ similiter vtrūq̧ fallunt. Sed fallāt (vtcūq̧ Iubet) iterū: atq̧ iterū. Modo ipsi iam falsi quandoq̧ nos quoq̧ falsos mutatis moribus non efficiant. Vale fœliciter in tua integritate simplicitateq̧ in vita etiam ingrata sorte victurus. xx. Augusti. Mccccxci.

Prohemiū in Platonicas institutiones.

Marsilius Ficinus Philippo Valori dilectissimo suo. S.D.

a Nno salutis hūane. Mcccclvi. Quo ego quidē annos ætatꝰ agebā tres atq̧ viginti: Tu vero natus es primitias studioꝝ meoꝝ auspicatꝰ sum a libris quattuor institutionū ad platonicam disci

plinā. Ad quas quidē cōponendas adhortatus est Christophorus landinus amicissimus mihi vir doctissimus. Cum autem ipse: & Cosmus medices pellegissent eas: ꝓbauerunt quidem: Sed vt penes me seruarē consuluerūt: quoad græcis litteris erudirer: platonicaq̨ tandem ex suis fontibus haurirem. Eas enim partim fortuita quadam inuentione: partim platonicorum quorundam latinorum lectione adiutus effeceram. Platonē deinde platonicosq̨ græcos aggressus: institutiones illas: paulatim libris sequentib⁹ emendaui. Neq̨ tamen librū ipm placuit abolere quem tanq̨ liberum primogenitum meum eo anno genueram quo tu natus es: mihi certe: & obseruantia filius & perpetuo quodam fauore patronus: hunc igitur tu mi Valor dilectissime fili fratrem tuum fraterno præcor amore complectere: in valorū laribus ab ineunte iam ætate mihi domesticis: optato prorsus valore victurū Vale. v. Nouembris i. Mcccc. xci.

Gratiarum actio.

Marsilius Ficinus Martino vranio prænnyngero Amico vnico. S. D.

iOannes streller ille vester: ac prope iam noster legit mihi hodie partem epistolæ ad se tuæ: amoris erga nos ardentissimi plenā qua præterea significabas te natalem nostrum: & doctorū cetu: & magnifico sumptu celebrauisse. Ego igitur tantæ huic erga nos pietati tuæ facere nō aliter satis possum: nisi te tantum omnino quantum me. Incomparabilis autē amoris erga te mei suauissime mi martine Testes erunt non solum epistolæ nostræ: verum etiam libri quidam in posterū nobis ædendi. Viue igitur mi martine fœlix: non minus mihi semper q̄ mea vita carus. Mitto ad te reliquū commentarii nostri in Phileb um: quinterniones quattuor. Plotini librorum impressio ꝓximo huic Martio erit (vt arbitror) absoluta: magnifico medicis Laurentii sumptu: formaq̨ regia: constituit mox quoq̨ platonis nostri libros eadem exprimi dignitate. Ego vero curabo ꝑ virib⁹ vt emendatior sit exꝑssio secūda q̄ prima. ꝑterea libros singulos in capita mlta Capitulaq̨ distinguā. Et inscriptionibus q̄ certissimis: tanq̄ formulis declarabo. Dyonisii libri iamdiu nobis incepti ꝓpter occupationē eiusmodi aliquāto tardius absoluentur. Vale. xxiiii. Nouembris. Mcccc. xci. Florentiæ.

In librum De vita dono datum.

Marsilius Ficinus Mazingo isigni phisico amico insepabili. S. D.

sAlue salutis nr̄e (deo auctore) curator amice ꝑsus insepabilis. In primis forte mirabere Cur insepabilē amicū potiusq̄ aliter nominauerim. qa videlicet q̄s cœlū coniunxit: terra minime sepabit Quo. n. pacto infima mūdi terra nr̄os animos ꝑ locoꝝ distantiā disiungere poterit: q̄s altissim⁹ planetarū suis in ædibus amore cōiunxit. amore inq̄ tā durabili: q̄ stabilis ē ipe saturnus. Beniuolētiæ vero tam firme pignus esto vita isthæc penes te mea. Nec imerito vitā istam tibi ꝓbandā cœlo dendāq̨ cōmitto cui iāpridē meā hāc meoꝝ vitā cōmisi curādā

Phylosophica ingenia ad christum perueniunt per platonem. Vt Augustino aurelio contingit.

Marsilius Ficin⁹ florẽtinus Ioanni pico Mirãdulæ cõphõ suo. S. D.

[S]Cribis amice q̃ optime (qđ mihi oĩm ẽ gratissimũ) te multis q̃tidie suadere: ac iã p̃suasisse nõnullis vt epicurea ĩpietate relicta vl' aueroica quadã opinione postbabita: piã de aĩa deoq; seq̃tur Platonis nr̃i sententiã. Per quã sane quasi mediã quandã viã: Christianã pietatẽ deniq; cõsequant̃. Salue igit̃ vere piscator hominũ. Qui eñ vulgarib⁹ ingeniis p̃suadẽt: pisces vl' potius pisciculos captare videtu re vident̃. Sed qui egregiis: piscatores hominũ iudicãt̃. Hos forte magnos pisces nuncupãt euangeliũ. Quibus cõpræhẽdendis nec rete quidẽ scindit̃: Nostrũ vero mirãdula rete nũc ẽ platonica rõ. Quæ q̃dẽ si mõ rite trahit̃ sub xp̃iana veritate nõ scindit̃: ꝭ p̃manet ĩtegra dũ ĩplet̃: Nullos legisti phylosophos quondã nisi platonicos xp̃ianã suscepisse religionẽ. Merito igit̃ platonicis (vt ita dicã) reb⁹ altissima quæq; xp̃o piscaris ingenia. Vtinã tres saltẽ eiusmodi religioni piscatores adessent Vt grãdes nulli pisces pelago supessent. Sed heu miseri vel infortunati potius. Messis q̃dẽ multa: oparii vero pauci. Quo igit̃ pauciores mi mirãdula sum⁹: eo frequẽtius nobis vehementiusq; laborandum. Vale

Commendatio.

Marsilius Ficinus Frãcisco Soderino ep̃o Volaterrano. S. D.

[M]Artinus vrani⁹ e germania Romã venit mãdata sui principis p̃ virib⁹ effectur⁹: & p̃fectur⁹ (vt spero) si tu cõsiliũ tuũ operãq; p̃stiteris. Præstari vero tã vehemẽter p̃cupio: vt nihil ardẽti⁹ nũc affectem: hũc tibi (si noueris) virt⁹ ei⁹ mirifica cõmẽdabit. Ignotũ ꝰ nõ cõmẽdet inges beniuolẽtia nr̃a. Hic. n. mihi tã carus ẽ vt nõ aliter exprimere possim nisi dixerim: alter ego: Cum igit̃ amicorꝝ meorũ nullũ frustra tibi hactenus cõmẽdauerim: q̃ tua quidẽ incredibilis humanitas & clemẽtia ẽ: spero nũc: imo certo scio: Martinũ: imo vero Marsiliũ tibi fore fœliciter commendatum. Primo Aprilis. Mccccxcii.

Commendatio.

Marsilius Ficinus Philippo Valori suo. S. P. D.

[M]Eministi mi valor q̃ ardẽter nos amet martin⁹ nr̃ vranius adeo vt & filiũ suũ meo noĩe marsiliũ nũcupauerit: nostrũq; natalẽ instituerit celebrandũ. Hũc ergo nõ dubito abs te vehemẽter amari. Hic te salutabit: consiliũ aperiet suũ Auxiliũ postulabit. Si memineris q̃ sepe de martino dicere solcã alter ego nõ dubito qn habeas hũc in oĩbus mirifice cõmendatũ: Scripsi ferme eadẽ ad venerãdũ soderinũ nr̃m Huic ꝰ tu marsiliũ ita (vt scis) geminũ: geminatis q̃q; p̃cib⁹ cõmẽdato.

Actio gratiarum. Item de ostentis in obitu principis.

Marsilius Ficinus Reueren. in Christo Patri Domino Ioanni medici Cardinali suppliciter se commendat.

c Vm quartũ medici gradum maximũ arbitrent᷑: tu vero quartus a Cosmo i generosa medicum familia mihi sis patronus: es ꝓculdubio maximus. Quod quidem hinc plane perspicio: ꝙ nõ aliena mihi das: sed tua. Tuo iamdiu canonicatu me ornasti: Aede nunc martiana tibi dono concessa: subito me donasti. Q̃obrem obitu magnanimi Laurentii nostri: necꝫ fortunam meam deflere mihi licet: q deinceps tanto patrono me videam maxime cõmendatum: necꝫ sortẽ eius cõmiserari. Quem multis euidentibusꝗ argumentis translatũ ad superos esse cognoscimus. Legisti (vt arbitror) apud hesiodum triginta bñficorum demonũ milia ꝑ aerem sublimen humana curare. Quos quidem prisci rectores hominũ exploratoresꝗ cognominant. Praeterea excellentissimos quosꝗ apud homines principes: post obitum ad rectores eiusmodi commigrare: quasi collegas eorum post hac in hũana gubernatione futuros. Animis ergo foelicibus illuc aduolantibus illos congratulari platonici putãt. Congratulatiões vero signa dare portenta hominibus admiranda. Tonitrus. Fulmina. Flamas. Machinarũ ruinas. Oracula. Somnia. Quae quidem ꝓdidia partim maiestatẽ trãsmigrantis animae: partim detrimentum orbi populi Partim successionem antiquae potestatis in heredes significare videntur. Idꝗ in Romuli caesarisꝗ decessu extra controuersiam afferunt: contigisse. Quod & nunc in morte Laurẽtii magni ꝓpemodum diui Florentae fuit vniuerso ferme populo manifestum. Viue igitur foelix maxime mi patrone diuina voluntate cõtentus. Gaudens foelicitate paterna. Confisus ope diuina. Die. xxv. Aprilis. M. cccc. lxxxxii. In agro Caregio.

Actio gratiarum

Marsilius Ficinus Reuerendo in xp̃o patri dño Frãcisco Soderino ep̃o volaterrano. S.P.D.

g Rammatici quidem vltra suplatiuum nihil habent. Oratores autem atꝗ poetae huic aliquid addunt. Huc forsan tendit Virgilianum illud. O ter quaterꝗ beati. Ter quidem beati sunt beatissimi. Quater vero ꝙ beatissimi. Hactenus me tibi charissimũ esse plane ꝑspexi: nec vnꝗ posse chariorem fore putabam. Nunc vero ꝙ charissimum esse ꝓculdubio video. Charissimos eñ tuos expolias quo me induas. Gratias igitur quas olim soleo ꝓ multis in me beneficiis tibi maximas agere: iã ꝙ maximas ago. Ac me tibi ꝙ deditissimũ esse cõfiteor: Illi quin etiam familiari tuo debeo nõ mediocriter: quem tuo rogatu: mox animo haud egro nobis audio concessisse. Die. xxv. Aprilis. M. cccc. lxxxxii. In agro caregio.

Causae ꝓdigiorum in obitu principis cõtingentiũ.

Marsilius Ficinus Philippo valori oratori apud pontificem Florẽtino. S.D.

Ogitanti mibi prodigiorũ causas in excellentiũ virorũ pſertim
c principum obitu cõtingentiũ:primo quidem venit in mẽtem:
bæc neq; fortuna cõtingere: babẽt eñ ordinem: neq; natura ꝑ
cedere. Diuersa eñ inter se fiunt: vt ad naturalem influxum vna quadã
ꝓcedẽtem via:referri nõ posſit. Et babẽt in se mysteria natura ꝓrsus su
piora. Deinde succurrit: si portenta eiusmodi:neq; fortuna:neq; natura
ꝓficiscunt̃ a diuinitate quadã ꝓculdubio ꝓficisci.i.ab intelligẽtia qua-
dam sublimi:nature vires exsuperante. Sed ne minima quæq; ad men-
tem primã absq; medio quodã ordine redigamus. Vident̃ bæc (vt pla
tonice loquar) ad tria potisſimum numina referẽda. Est eñ pſone geni
us: Demon familiaris bomini: quem angelum custodem nr̃i theologi
nominant. Est & loci genius: Domus ciuitatis:regni custos: quem co-
gnominant principatum. Est insup ordo sublimis chorusq; numinum
vel demonũ vel angelorũ: in quorũ numerũ sortemq; ꝓpter officium
similitudinem: excellens animus: q. ad stellã suã migraturus ẽ in eodẽ
illic officio.q.collega futurus. Quemadmodũ ergo tres ꝓdigiorũ au-
ctores sunt: ita & tria vident̃ genera portẽtorũ. Sublimis quidẽ ille co
rus crinitas accendit: tonitrus ciet: fulgura iaculat̃. & flamas stellasq; ca
dentes. Præfectũ ꝓuincie numen quatit diruitq; machinas: oracula fun
dit. Auguria & auspicia mouet: Estu designat: Custos vero familiaris
somnia oiaq; excitat canumq; latratus.q.malũ demoniũ illinc arcẽtes.
Finẽ pterea desideraturus mibi videris cuius bæc grã fiant. Prima qui
dem illa significãt excellentisſimos animos nõ extingui nõ negligi: sed
post obitũ regnare cum superis. Secũda calamitatẽ ppl̃i tanto viro de-
stituti pnunciãt: & canere imminẽtia subinde picula monent. Tercia &
virum admonẽt moribundũ: & suis indicant cœlestẽ fauorẽ: illo quidẽ
moriẽte nõ mori: sed familie suæ post illũ aspiraturũ: Addũt Platonici
qdã inter sublimes bæc demones sempiternos atq; boies vita breues:
esſe demones qſdã medios valde lõgeuos: borũ ergo potẽtiorib⁹ potẽ
tiores boies cõmẽdatos. Cunq; illoꝝ aliquis post multa sæcula morit̃
magnũ simul principẽ ipſi cõmendatũ egrotare ꝓtinus vitaq; decede-
re: Turbari vero aerem: nouaq; & mirãda cõtingere: qñ & magnorum
demonũ aerea corpa disſoluunt̃: & amici demones fatũ magni tum de
monis tum principis egre ferũt. Vale.xxv. Aprilis. M.cccc.lxxxxii.

De vita solitaria: & quanti faciẽda sit fama.

Marsilius Ficinus Ioanni pico mirandulæ. S.D.

Atere ne vnq̃ speras mi Mirãdula: Parua quidẽ & obscura la-
l tere facile posſunt: magna vero & pclara nõ posſunt. Tu quidẽ
vt bñ viuas: studes semp latere bñ. Sed interim quo ppl̃o eua-
dis admirabilior. eo notior. Hinc quicqd tentaueris: rumores varii ꝓ-
tinus excitant̃. Quid ergo: Circunspicies ne semp vniuersam plebẽ &
quid cõfabulaturi sint: longe ꝓspiciẽs: seruus eris: An tua potius ꝓfes

ſione cōtentus:vulgi iudiciū nihilipendes: Noui equidē ingeniū tuū: Videor igiť mihi videre quid agas. Haud oino nihilipendes hæc: ſed paruipēdes. Plurimi vero prudentū iudicia facies. Sed de his quidem ſatis. Ego vero dilectiſſime mi Ioannes eo grauius tuo diſceſſu dolui: quod me ꝓpter duorū ſimul amicorū obitū in ſummo mœrore conſti ſtitutū repente deſeruiſti: ſperantē mihi te ſolū cōſolatorē medicumq́ꝫ fore. Sed ſpero te ꝓpe diē redditurū: qua quidē ſpe fræctus amicos etiā cōſolabor. Vale rediq́ꝫ fœlix. Die. xxviii. Aprilis. in agro caregio.

Laudes amici ſcilicet Bindacii Recaſolani.

Marſilius Ficinus Philippo Valori Oratori Florentino. S. D.

Iuturnus Laurentii medicis morbus vna cum iniquitate tēporū (vt arbitror) in cauſa fuit: vt & ego non leuiter ægrotauerim Sed ex longa infirmitate iam ſatis belle cōualui: videlicet aſpirāte deo: Nemo vero longi languoris tædia magis mihi leuauit: q̄ꝫ Bindacius Recaſolanus familiaris nr̄: vir certe natura generoſiſſimus: virtute ꝓbatiſſimus: opa officioſiſſimus hic ſæpe me ſponte ſua: ſæpe etiā tuo noīe ſalutauit: Significauit p̄terea ſe tibi debere q̄ꝫ plurimū. hūc igitur in primis ama mi Valor: & apprime te amantē: & omniū amore digniſſimū. Martinus vranius alter ego ad nos reuerſus narrauit hodie q̄ꝫ amice q̄ꝫq́ꝫ magnifice eum exceperis. Feciſti tu quidem (ſicut ſoles) Nec quicq̄ꝫ hoc tempore mihi gratius efficere potuiſſes. Die. xxvi. Iunii. M. cccc. lxxxxii.

Laudes legitimi principis.

Marſilius Ficinus Eberardo Duci Vitēbergenſi & montis Peligardi ſenatori. S. P. D.

Vlta iam pridē de ſingulari virtutū tuarū excellentia ex multis audiuimus: Plurima nuper accepimus a martino vranio noſtro teſte quidē & fideiuſſore apud nos locupletiſſimo: Laudūq́ꝫ tuarū præcone apud oēs fide digniſſimo. Q̄obrē ingēs admirabiliū virtutū tuarū: quaſi ſtellarū ſplendor ad nos vſq́ꝫ refulgēs: incredibilem in nobis iam accēdit ardorē: ad te vehementer amandū & colendū in primis atq́ꝫ venerandū. Deſiderabā æquidē iam diu quod & plato noſter optare ſe p̄dicabat: Cognoſcere principē: in quo quēadmodū in Pallade vna cū potētia: pariter ſapiā cōſpiraret. Necnō: vt in cæſare magnanimitas cū clemētia: Sicut in ſcipione grauitas cōcomitate concurreret. In quo p̄terea floreret & iuſticia minois: & religio nūmæ: ſub quo pax illa rediret octauiani: Qui deniq́ꝫ pacis ſtudia rebus bellicis anteponeret: templa fundaret: publica lr̄arum Gymnaſia faceret. Quē ſubditi nō tam metuāt q̄ꝫ amēt & obſeruēt atq́ꝫ mirenť. Eiuſmodi q̄dē eſt legitimi principis idea: & optata quōdā a platone: & a nobis in primis deſiderata. Atq́ꝫ (vt cōſtans iam fama ꝓhibet) in te p̄cipue ingēs: vt nō mirū ſit me iam: meoſq́ꝫ achademicos oēs tot virtutū tuarū radiis inflammari

tos:te quasi cœleste numen colere añ alios principes atq; venerari. Sed incredibili quodã amore pterea cogimur te obsecrare (vt ipse nos quoq; ames) singulariter te amãtes: sempq; post hac etiã (vt iam facis) me facis) memineris quẽadmodũ omne lumen pendet ex alto: ita virtutũ tuarũ splendorẽ ex ipso deo prẽ luminũ dependere: vt summus ille bonorũ: oĩm auctor pbitatẽ tuã pariter atq; fœlicitatẽ confirmet etiam in posterũ & augeat cõfirmatã dispositionẽ & quotidianos cœlestiũ cursus aspectusq; cõsideras: psequaris: Probo æquidẽ dilectissime mi Bãdaci: Verũ tñ si qñ Astrologiã illã aggrediaris: qua frustra nimiũ certa futurorũ iudicia pmittunt: id minime cõprobabo. Quẽ eñ oĩm familiarissimũ habeo: eundẽ & fœlicissimũ fore desidero. Comptũ vero habẽmus: oẽs qui pdicẽdis futuris curiosius inhiãt oĩm infortunatissimos esse vł fieri. Cuius qdẽ aduersitatis causas: vel manifestas: vel occultas esse putamus. Manifeste pfecto causæ sunt: q infinito: ac prsus incerto futurorũ studio sua semp oĩa negligere cõpellunt. Plerũq; vero imminentis fati vel pmissis cõfisi vel minis deterriti: sua quidẽ sñia necessariis: ipsi interea nihil agunt: toti videlicet ex fato pendentes. Occultas aũt huius rei causas esse arbitror. Quod puidentia diuina: Cui naturã fatum: fortuna: seruiunt: nõ dat oĩbus oĩa. Sed sua cuiq; iuste dispensat. Quibus ergo & his quidẽ volentibus futura cõcessit: merito psentia negat. Cum eñ præsentia: si cum futuris cõpares: paucissima minimaq; sint: si rebus eiusmodi careas: dũmodo futura: quæ q̃ plurima maximaq; sunt quoquomodo possideas: cõqueri apud puidentiã de tua sorte nõ debes. Forte vero fortuua: quæ videt in hoc saltẽ opposita fato: q illud quidẽ ordinẽ rerũ asserit necessariũ: hæc vero ordinẽ eiusmodi renuit: nimirũ futurorũ auguratoribus tanq; fatidicis assertoribusq; fati infensa reddit & aduersa. Forte etiã q ventura audacter anticipãt: quæ cœlestis ille pater in sua posuit ptãte: sibi ipsis qđ dei ipsius est: insolẽter vsurpãt. His ergo iuppiter indignatus eos tanq; gigãtes illos supbia nimiũ elatos effulminat. Missa equidẽ nũc quæ mihi succurrũt Astrologica facio. Rerũ videlicet recõditarũ longeq; a pñti distantiũ pscrutatores: incidere ptinus in saturnũ abditissima quæq; remotissimaq; tenentem. Et qm pñtia fortunæ bona cõcessit Ioui: rebus tandẽ venturis secretissimisq; cõtentum. Quobrem (vt summatim cuncta concludam) dilectissime mi Bindaci: qm ad sola præsentia longe deficimus: ne dum ad futura quoq; sufficiamus: quod diuinæ præcepit Paulus: memori semp mente tenendum. Nolite sapere plusq; oportet sapere. Sed sapere ad sobrietatem. Vale.

Opiniones nõ temere diuulgande. Item orphei carmina.

Marsilius Ficinus Florẽtinus Martino Vranio amico vnico. S. D.

a Rgonautica & hymnos orphei & homeri atq; pculi Theologiamq; hesiodi: quæ adolescens (nescio quõ) ad verbum mihi

soli transtuli: quemadmodū tu nuper hospes apud me vidisti: ædere nū
q̄ꝫ placuit: ne forte lectores ad priscum deorum demonumq́ꝫ caltū iam
merito reprobatum: reuocare viderer: quantū eñ pythagoricis quon-
dam cure fuit ne diuina in vulgus æderent: tanta mihi semper cura fuit:
non diuulgare prophana: adeo vt neq́ꝫ commentariolis in lucretiū me
is quæ puer adhuc (nescio quomodo) commentabar: deinde peperce
rim. Hæc enim sicut & pato tragedias elegiasq́ꝫ suas vulcano dedi. Ma
turior enim ætas exquisitiusq́ꝫ & examen: (vt inquit Plato) sæpe dam-
nat quæ leuitas iuuenilis vel temere credidit: vel saltem (vt par erat) re
probare nesciuit. Periculosius vero est (vt & plato inquit) noxias opi-
niones imbibere: q̄ꝫ venenum pessimum dinulgare. Sicut enim bonum
quo latius: eo diuinius: ita latissimum malum: pestilentissimū. Promi-
si vero tibi tutiora quædam Orphei carmina mittere. Ecce mitto.

Orphei versus de deo.

Eusebius cæsariensis Libro. xiii. de euangelica præparatione sic ait: sed orpheus etiam in carminibus quæ inscripsit de verbo sacro: diuina virtute omnia gubernari: cunctaq́ꝫ a deo producta hoc mō asserit vt legit̄ in libro quē Aristobolus ad Ptholomeū scripsit

Vos qui virtutem colitis: vos ad mea tantum.
Dicta aures adhibete: animosq́ꝫ intendere vestros.
Contra qui sanctas leges contennitis: hinc vos.
Effugite: & procul hinc miseri: procul ite prophani.
Tu vero qui diuinas specularis & alta.
Mente capis musee voces: complectere & illas.
Aspiciens sacris oculis sub pectore serua.
Hocq́ꝫ iter ingressus: solum illum suspice mundi.
Ingentem auctorem solum: interituq́ꝫ carentem.
Quem nos præsenti quis sit sermone docemus.
Vnus perfectus Deus est qui cuncta creauit.
Cuncta fouens: atq́ꝫ ipse ferens super omnia sese.
Qui capitur mente tantum: qui mente videtur.
Qui nullumq́ꝫ malum mortalibus inuehit vn q̄ꝫ.
Quem præter non est alius: tu cuncta videto.
Hic ipsum in terris melius quo cernere possis.
Hic & enim video iosius vestigia: fortem.
Hicq́ꝫ manum video: verum ipsum cernere qui sit.
Nequaq̄ꝫ valeo: nam nubibus insidet altis.
Nemo illum: nisi caldeo de sanguine quidam.
Progenitus vidit: quem cœlorum aurea sedes.
Sublimisq́ꝫ tenet: cuius se dextera tendit.
Occeani ad fines quem de radicibus imis.
Concussiq́ꝫ tremunt montes: nec pondere q̄ꝫuis.

Immenso sint: ferre queunt: qui culmina cœli
Alta colens: terris nunq̄ tamen ille sit absens.
Ipse est pricipium mediumq; & exitus idem.

Item idē in tercio inducit porphirii verba ista.

Admiranda est grecorum sapientia: qui Iouem mundi mentem ar/bitrentes: que in seipsa mundū cōtinens ꝓduxit: sic a theologia orphei ꝑfecti de ipso tradiderunt.

Orphei Carmina.

Idereeq; domus Rex est & iuppiter ipse
s Principium atq; ortus verum vis vna deusq;
Vnus & omnipotēs regali in corpe cuius
Singula ponunt̄: tellus: vnda: ignis: & aer.
Nox simul atq; Dies: sapientia primaq; origo
Ac iocundus amor magno hoc in corpore regis
Sunt iouis excelsi: ceruicem nanq; videbis
Cœli suspiciens reuerentia magnaq; tecta.
Hoc caput auricomū: flaui de vertice crines
Stellarum rutilant radii: de hinc aurea pandit
Cornua bina caput: capitisq; simillima thauri
Vnum est ortus: ipse occasus & aliud
Ast oculi fulgens: ingenti lumine phœbus
Lunaq; purpureo phœbi redimita colore.
Præscia venturi mens cōstat regius æther
Quam strepitus nullus: nec vis: nec fama latere
Archanū ve pōt: penetratq; ꝑ oīa victrix
Præterea inuictum corpus: sine fine modoq;
Panditur. Ast humeri magni quoq; pectora lata.
Est aer: alas: quoq; vento possidet ille
His ad cuncta volans: euro est velocior ipso
Tum sacer antiqua matre ex tellure tumescit
Venter & ex altis cōsurgit montibus ingens
Quem medio pontus subcingit rite sonorus
Vltima præterea terrarum limina & ampli
Fundamenta globi: furibundaq; tartara plantas
Esse pedum magni constat rectoris olimpi.
Hic dum sub terris celasset cuncta: deinde
Ex imis repetēs: in lucem ꝓtulit almam.

Porphyrii expositio. Simulacrū Iouis.

Niuersus igitur mūdus Iuppiter est. animal ex animalibus: de
v us ex diis constitutus. Iuppiter aūt est quantū intellectus est: a
quo vniuersa ꝓducuntur: & qui cuncta creat intelligendo: hoc
igitur modo theologis de Ioue sentiētibus impossibile est talem eius

imaginē fingere:qualem carmina descripserunt. Iouem igitur esse credendum est: virtutem ꝓuidentem atqꝫ viuificam: quam pila & rotundis figuris significant: hominis simulacrū ei constituunt: qm̄ mens est quæ cuncta seminali rōne producit. Sedere autem fingitur (vt stabilis virtus) atqꝫ incōmutabilis exprimatur. Nuda apertaqꝫ habet superiora. Quoniā cōspicuus intelligentiis & superioribus est: inferiora vero tegūtur: quia occultatē inferioribus creaturis. Scæptrum leua tenet: qa in his corporis partibus: ceu spiritalissimū vite domicilium inuenitur. Creator em̄ intellectus rerum spiritusqꝫ viuificus mūdi est. Dextera vero aut aquilā ꝓtendit: aut victoriam: alterum quia cæterorum deorum dn̄s: queadmodum aliarum auiū aquila est. Alterum quia oīa sibi subiecta sunt. ix. Iunii. M. cccc. lxxxxii.

Exhortatē amicos vt Plotino forās ꝓdeunti faueant.

Marsilius Ficinus Philippo Carducio dilectissimo suo. S. D.

S Alue mi Carduci academiæ studiosissime cultor. Vide q̄ verū sit ꝓuerbium illud: omniū rerum vicissitudo est. Diuinus Plato noster quondā magnū plotinum peperit. Plotinus platonē iam parturit: ꝓpediem pariturus. Plato lucem plotino dedit. Plotinus platoni reddet lucem: Cum ipse primum prodibit in lucem. Editus ille quidem iam est a nobis: sed adhuc (nescio quō) liminibus hæret. Surge age Carduci: nostrorū oīm ardentissime. Plotinū hærentē ꝓmoue: nostrosqꝫ omnes & cæteros cohortare ad hunc manibus alacriter comprehendendū: vt ipse in lucem e uestigio ꝓdiens: contuentibus oībus vicissim reddat lucem. xii. Iulii. M. cccc. lxxxxii.

In librum de vita missum ad amicum.

Marsilius Ficinus Ioanni Cenacio: & Bindacio recasolano dilectissimis suis. S. P. D.

S I qui familiarium meorum mentem meam tenent: vos certe familiarissimi oīm totam ꝓrsus habetis. Vos itaqꝫ minime latet: quo consilio vsus: quaue spe & fiducia fretus: libros de vita cōscripserim: vt ingeniosis quidem ꝓdessem omnibus: sed inter eos multo magis amicis: maxime vero ciuibus in primis saluti patriæ necessariis. Non dubitabam equidem me semel q̄ plurimis immo omnibus ꝓfuturum: si quos potissimū conseruarem: salutis publice seruatores. Meum quidē hactenus fuit: libros illos hac sn̄ia: diligētiaqꝫ cōponere. Vestrum vero deinceps operam assidue dare ne forte me fallat opinio frustraqꝫ nimiū laborauerim. Quotiēs ergo paulantoniū soderinū nostrum salutabitis. Virū & frequētissima salutatōne: & ꝑpetua salute dignissimum. Totiēs cōmemorare huic p̄ cæteris memineritis. vt libros de vita relegat & obseruet. Huic em̄ maxime vitā longā salutēqꝫ ꝑpetuam exoptamus. Quippe cum & ingeniosissimus amicissimusqꝫ sit: magnisqꝫ medicibus patronis nr̄is: nō parua quidē naturæ: certe q̄ maxi-

ma beniuolentiæ necessitate cõiunctus. Ideoq; saluti publice admodũ necessarius. Si tantũ robore vir ille valeret: quantum cõsilio ꝓualet: ita neq; medicorũ remediis indigeret ad bñ valendũ: sicut nec vllorũ iam consiliis eget ad bñ viuendũ. Iam vero si tantũ valitudini suæ qñq; cõsuleret: quantũ rebus agendis & amicorũ cõmodis reiq; publice ꝓspe ritati quotidie ꝓspicit: nequaq; vos vrgerem vt de curanda sui corpris valitudine moneretis. Deniq; bñ valete. Et paulãtonium nostrũ (vt voletis) salutate frequẽter: de colenda diligẽtius valitudine: quotidie monitum: vt ipse quoq; tamdiu saltem filio suo Tõme præclaro adolescenti viuat: q̃ diu sibi Tõmas suus pater vixit clarissimus æques. die. xxii Iulii. M. cccc. lxxxxii.

Cathalogus familiariũ atq; auditorum.

Marsilius Ficinus Florentinus Martino Vranio amico vnico. S. D.

nIhil a me iustius postulare poteras: q̃ quod ꝑ Ioannem Streler cõgermanum tuum iam sæpe requiris: amicorum videlicet nostrorum cathalogum: nõ ex quouis cõmertio vel coutubernio confluentium: sed in ipsa duntaxat liberalium disciplinarum cõmunione cõuenientium. Cum em̃ absq; amicorũ meorũ præsentia esse nusq̃: aut debeam. aut velim: ipseq; sim non in ytalia solum in meipso: sed in te etiam in germania: merito amicos hic meos: istic etiam mihi adesse desidero. Omnes quidem ingenio moribusq; ꝓbatos esse scito. Nullos em̃ habere vnq̃ amicos statui: nisi quos iudicauerim lr̃as vna cum honestate morum: quasi cum ioue mercurium cõiunxisse. Plato enim nr̃ in ep̄lis integritatẽ vitæ verã inquit esse philosophiam: lr̃as autẽ q̃si externũ ph̄ie nũcupat ornamentũ. Idẽ in ep̄lis ait philosophicam cõionem omni alia nõ solũ beniuolẽtia: sed etiã necessitudine ꝑstantiorẽ stabilioreq; existere. Sed vt mox veniã ad cathalogũ: cunctos summatim amicos ita laudatos accipito. At si proprias cuiusq; laudes singulatim narrare voluero: opus inceptauero longe ꝓlixum. Si quos ꝑtermisero nõ æque laudatos ꝓrsus inuidiosum. Omnino vero absurdum fuerit: si dum amicos ordine disponere tento inter in cõparationibus oĩa perturbauero: odiũ ꝓ beniuolẽtia postremo reportãs. Primũ summũq; inter amicos locũ patroni nr̃i medices iure optimo sibi vendicãt. Magnus cosmus Gemini cosimi: filii viri ꝑstãtes petrus atq; ioannes. Gemini q̃ petri nati. Magnus laurẽtius & inclitus iulianus. Tres laurentii liberi. Magnanimus petrus ioãnes cardinalis plimũ venerãdus. Julianus egregia indole ꝑditus. Ac ne in longũ singulorũ laudes ꝓsequar vna medices oẽs cõi laude cõplectar. Genus heroicũ. Præter patronos duo sũt nobis amicorũ genera. Alii em̃ nõ auditores qdẽ oẽs: nec oĩno discipli sed ꝯsuetudĩe familiares (vt ita loqr) cõfabulatores atq; vltro citroq; cõsiliorũ disciplinarũq; liberaliũ cõicatores. Alii aũt ꝑter hõs q̃ dixi nos q̃nq; legẽtes & q̃si docẽtes audiuerũt. & si ipi qdẽ q̃si discipli: nõ tñ reuera di

ſcipuli: nõ enim tantũ mihi arrogo: vt docuerim aliquos aut doceã: ſed (ſocratico potius more) ſciſcitor omnes atq͙ hortor fœcundaq͙ familia rium meorum ingenia ad partum aſſidue ꝓuoco. In primo genere ſunt Naldus: Naldius a tenera ſtatim ætate mihi familiaris. poſt hũc in adoleſcẽtia noſtra peregrinus allius. Chriſtophorus Landinus. Baptiſta Leo: Albertus petrus: pazius. Benedictus Accoltus Aretinus. bartholomeus Valor. anthonius caniſianus. paulopoſt. Ioannes caualcantes. Dominicus galectus: anthonius calderius. Hieronymus Roſſius. amerigus & Tomas ambo bencii. Cherubinus quarqualius geminianenſis. Anthonius ſeraphicus. Michael Mercatus ambo miniatenſes. Franciſcus bandinus. Lauretius lippius collenſis Bernardus nuthius. cõmandus. Baccius vgolinus. Petrus fannius præſbr. Horum plurimi exceptis landino & baptiſta Leone & benedicto accolto: primas lectiones noſtras nonnũq͙ audiuerunt. In ætate vero mea iam matura familiares nõ auditores. Anthonius allius Ricciardus anglarienſis. Bartholomeus Platina. Oliuerius arduinus. Sebaſtian⁹ Saluinus amitinus noſter. Laurentius bonincõtrus. Benedictus biliottus Georgius Anthonius veſpucius. Ioannes baptiſta boninſegnius. demetrius bizantius. ioannes victorius Soderinus: Angel⁹ politianus. Pierleonus ſpoletin⁹ ioannes picus Mirandula. In ſecũdo genere id eſt in ordine auditoꝝ ſunt Carolus Marſupinus. Petri quinq͙. Nerus. Guiciardinus. Soderinus. Cõpagnius. parentus philippi duo. Valor ſcilicet & Carducius: ioannes quattuor canacius. Neſius. Guiciardinus. Roſatus. Bernardi quattuor. Victorius Medices. Caniſianus. Michelectius. franciſci quatuor. Berlingierius Rimicinus. Galdus. petra ſancta. Amerigus curſinus. Anthonius Landafrinus. Bindacius Recoſolanus Alamann⁹ donatus. Nicolaus michelotius. Mathe⁹ rabatta. Alexander albitius: fortuna hebreus. Sebaſtianus præſbiter. Angelus carduccius. audreas curſus: alexãder borſius. Claſi⁹ bibieni⁹. Franciſcus diacet⁹. nicolaus valor

Prohemium in compendium proculi.

Marſilius Ficinus Martino vranio amico vnico. S.D.

Poſt diſceſſum ex italia tuũ aduecti ſũt e græcia mox ad magnanimũ Petrũ medicem. libri multi ex q̃plurimis electi nuper electore Laſcari græco admodũ elegãte ꝓ regia illa biblioteca iam pridem a magno Laurentio fœliciter inſtituta. Ego aũt inter multa (vt ſoleo) ſemp in primis legi platonica. primaq͙ inter hæc cõmentaria Procli in ſex Platonis de re pu. libros principiũq͙ ſeptimi. Quos igitur ex amœniſſimis horũ pratis floſculos paſſim diſcurrendo collegi: religione ſanctam præceteris redolentes: ad te mitto in ſignem religione virũ. iii. Auguſti. Mccccxcii.

Excerpta ex proculo in rem publicam Platonis a Marſilio Ficino

Tres cauſæq͙ dei proprietates.

Bonitas. Immutabilitas. Veritas.
Bonitas. Potentia. Cognitio.

Lato in legibus per tres ꝓprietates diffinit ipam dei rationē. s.
p per bonitatem: potentiam: cognitionem: per tres quoqꝫ similes
in re publica. s. per bonitatem: immortalitatem: veritatē: immutabilitas quidem est potentiæ propria: veritas autem cognitionis perfectio. Dicitur autem vnusquisqꝫ deus reuera bonus. Tum quia cum bono suo nullū malum est admixtum: tum quia bonitas in eo nō est habitus aliquis essentiæ additus. Sed ipa eius essentia. Non enim pri⁹ quidem est deus. Deinde bonus existi. Eadem enim essentia sua formaliter & deus æque est & bonus. Sic igitur vnusquisqꝫ deus ita suapte natura dicitur seipse bonus sicut deus primus seipo bonum. Proculis idem in elementis theologiæ ꝓbat vnumquēqꝫ deum ita esse formaliter bonitatem quandam essentialem: sicut primus ē ipsum bonum super essentiam: Item ad ipsam deitatem tria hæc formaliter pertinere: bonitatē puram: potentiam non impeditam: cognitionem nullius incertam.

Deus nullius mali causa: nunqꝫ mutat formas: nullum fallit.

Lato in repu. Tria dogmata theologica ponit. Primū si quisqꝫ
p deus suapte natura vere bonus est: bonorum quidem semꝑ est
causa. Mali vero alicuius nunqꝫ. Secundū si vere potēs est: penitus immutabilis. Tertium si ad deum & potentia immutabilis & veritas bonitasqꝫ pertinent: neminem vnqꝫ fictionibus vllis mēdaciisqꝫ fallit. Circa primum dubitatur vnde sint mala: Si deus nihil agit ad malum. Circa secundū si deus nullus vllo modo mutatur: quomō dii sponte apparent? Alias quidem figurati: alias non figurati: nisi. n. hæc admiserimus: omnem sacrorum disciplinam & opera sacerdotū funditus sustulerimus: & ipa quoqꝫ visa in quibus dii sponte in figuris alias aliis sese offerunt. Circa tertiū: quō responsa nonnunqꝫ falsa reddantur: Iam vero multa in oraculis mendacia deprahendunt: Respondetur ad primum. Malum nec ex deo: nec ex alia causa proprium inter existētia habere processum. Neqꝫ vero possibile est: vel malorum ideā ponere: vel materiam dicere causam esse malorum. Omnes enim ideæ tanqꝫ species quædā intellectuales sunt atqꝫ diuinæ: Extantqꝫ exemplaria: tum essentiarum: tum perfectionum ad essentiam pertinentium. Materia vero ex deo producta est tanqꝫ necessaria mūdo: neqꝫ malefica est. Quippe cum ad generationem vniuersi conducat. Neqꝫ etiam est bonū. Cuꝫ omnium vltima sit: sed in necessariis ordinem habet. Quicquid em̄ est alicuius gratia: tale est. Nullam ergo vel specialem vel materialem malorum causam ponere fas est. Nec omnino vnam eorum causam. Sed quē admodum ipse inquit: dicendum est particularia & dispersam malū inferre. Particularia quidem. Quoniam nullum vniuersorum vt intellectus: anima: corpus: causa est malorum. Dispersa vero: quoniaꝫ non res

vna quædam causa est malorum: sed (vt ipse inquit) alie malorum occasiones sunt quærende. In corpore quidem malum: id est moribus accidit ppter diuersa quædam absq mutua proportione inter se confluentia. Dum vnumquodq superare contendit: Malum quoq in anima ppter differentes vitæ species & contrarias inter se pugnantes. Quibus pugnantibus ex aliis malum accidit aliis: vnoquoq: quod suum ē: agere: Oportuit autem corpus fore tale. s. ex contrariis atq repugnantib9: (vt foret) non nihil etiam in mundo caducum. Atq ita perfectus mundus: ex omnibus videlicet constitutus. Animas quoq commixtionē hic habere: ne regiones istæ mūdi: rationalium animalium expertes forent. Neue rationales vitæ in corporibus absq medio plantarētur sed egerent: Paterenturq in rationalium quoq conditiones: & talia quædam appetant. sentiant: imaginentur. Hic enim opus est mortalib9. Si modo vel breue tempus in his sunt regionibus permansura. Dum igitur: quod suum est: res quælibet agunt: mala subincidunt. Neq ppter aliud nisi propter bonum. Quibus sane contingentibus vniuersum vtitur oportune: Euaduntq hæc in bonum per ipsam videlicet vtentium potestatem. Quapropter nullū est purū alicubi malū. Sed est boni quodammodo particeps. Atq ita malum diuinitus quoq pendere q̄dammodo dici potest: tanq̄ quodammodo bonum. Sed interim ab aliis p multis particularibus agentibus velut aduenticiū huic incidere: accidere inq̄ multis ipsis atq diuersis. Ad dubiū de apparitionib9 deinceps ita respondebimus. Dum superi permanent immutabiles nec admittūt quicq̄ nec amittūt diuina quædā visa inde psiliunt quæ generationem suam in loco nobis circūfuso suscipiunt. Cum em̄ spectatores quidē vtātur corporibus. Dii vero sint incorporei spectacula diuinitus emanātia videlicet corā dignis aspectu habent quidē aliquid a superis pducentibus: Nō nihil vero spectatoribus quoquomō cognatū. Quapropter apparent. Neq tamen omnibus. Et quibus apparet aspiciunt̄ dumtaxat perfulgida quædā animarū inuolucra. Et iccirco clausis oculis frequenter aspiciuntur. Quantū igit̄ extensa sunt & in alio quodā hmōi. id ē Aere apparent: cognata spectantibus euadunt. Quantū vero diuino sunt referta lumine: & efficatiam habēt: deorumq vires imagine repræsentant: per ipsa perspicua symbola. i. signa: continue velut suspensa dependent a numinibus pducentibus ea. Quapropter & ineffabilia illorum secramenta mysteriaq per talia figurantur: dum formas varias intuentibus offerūt. Testantur hoc eloquia sacra: sacerdotem sic alloquētia. Diuina quidē omnia incorporea sunt. Corpora vero ppter vos his sunt adhibita. Quippe cum incorporea incorpaliter percipere nequeatis: propter corpoream naturam istam: in quam estis vniuersi: Hæc ibi. Hæc igitur & apparent & disparent pro volūtate deorum: ipi vero sunt occulti: quales natura sunt interea permanētes neq quicq̄ p hæc ostē

ta suscipientes:nec amittentes. Quemadmodũ intellectuales illæ speci es.i.ideæ neq; corporeæ fiunt:vel cõpositæ:vel formatæ: dum per ipsas talia quædã efficiunt̃ p ipsas videlicet minime tales. Omnis itaq; deus permanet:nõ formatus q̃uis sponte:q.formatũ sese offerat. Non.n. in ipso talis quædam forma est:sed ab ipso:dum spectator nõ valet sine for ma:quod est sine forma videre:sed pro modo suo sub forma ꝓspicit nõ formata. Ad tertiũ dubium ita respondemus. Mendacium nõ est in superis qui respondent:sed in his qui responsa suscipiũt: ꝓpter infirmi tatem suam oraculum peruersæ suscipientibus. Atq; hæc ipa fallacia nõ contingit præter numinum voluntatem volentium dignos dumtaxat votum consequi. Sunt & nonnulli:quibus veritatem ipsam puram pe- nes deos manentem:scire non conuenit. Sed pati quod conuenit p fal- laciam penes se contingentem. Neq; igitur veritatem dii ignorant nec ipsa confundunt. Sed confusione propter ineptitudinem nostram apud nos accidente ad nostrũ vtunt̃ vtilitatem iam vero ipsa oraculorũ testa- tur historia. Propter locum vel tempus:vel modum vl̃ aliud interrogã tis erratum:falsum in responsis accidere. Quando Plato in repub. di cit non solum omne diuinum:sed etiam demonicum semper esse veri- dicum:neq; mentiri:intelligendum est de demone vero dictũ atq; natu rali:non de demonio per habitudinem quandam sic appellato. Quod mutationes plurimas substinet:seducitq; illos:quibus factum ẽ amicũ. Quod vero ſm essentiam est demonium:cum & rationale sit:est omni- no veridicum. Irrationale vero & ipsum quidem veritatis est impos: fallitur q; & fallit tanq̃ falsum:existimaturq; genus fallax. Quod tra- dit historia sæpe decipere:dũ vel subit oracula:vel inuocationes auscul- tat:vel vltro aliquibus occurrit. Idq; totum est non natura demonũ sed habitudine. Tota religio & opera sacerdotũ & historia:communisq; hominũ fama consentit:deos sensibiliter apparere:multasq; offerre for- mas variasq; figuras. Et alias quidem lumen proferre non figuratũ:ali- as figuratum:& nunc quidem humana figura. Nunc alia. Dum videli- cet vbiq; permanet immota diuinitas:Ipsa nanq; deorũ simplicitas ap- paret multiplex intuentibus. Non quidem per illius mutationẽ vel fal laciam:sed propter naturæ conditionem:quæ pro modis participantiũ diffinit deorum ꝓprietates. Cum enim deus ipse participatus:in se sit vnus atq; simplex: aliter ipsu; participat intellectus aliter intellectualis anima. Phantasia item aliter atq; sensus. Intellectus enim indiuidue. In tellectualis anima reuolubiliter. Phantasia formabiliter: Sensus vero passiue. Idq; quod participatur per substantiam est vniforme. Per par- ticipationem vero fit multiforme:est immutabile. Apparet mutabile propter iufirmitatem nostram. Cunq; nullo modo sit graue: dum tamẽ implet:grauare videtur. Quemadmodum de pallade poetæ tradunt. Quale enim est quod capit:tale necesse est (vt ita dicam) quod accipit̃

apparere. Quãdo igitur deorum aliqui quasi hospites vel aliter nobis occurrunt nõ est putandũ apparentem mutationẽ illis inesse: sed indifferentibus susceptaculis imaginationem variã resultare. Atq; hic vnus est modus: quo poesis deos in se immutabiles: tñ nobis. q. mutabiles introducũt. Est & modus secundus. qñ. s. diuinum ipsum multas in se vires habens specierumq; omnium plenum varia contemplantibus intelligibilia spectacula ꝓfert. Tunc eñ tradũt diuinum ipsum has vires in se continens demonstratam virium varietatem in formas varias cõmutare. Alias aliam ꝓferens: semꝑ quidem ꝑm omnes agens apparẽs tamen transitoriis animarũ intelligentiis semꝑ aliud atq; aliud ꝓpter formarum quas in se continet multitudinem. Atq; hoc pacto ꝓteus ille formam ꝓpriam fertur spectantibus ꝑmutare: alius deinceps aliusq; apparens. Proteum igitur qui diuinus quidam intellectus est virium omniũ specierumq; plenus sub neptuni serie computatus particulares animę quæ sub eadem serie nominant̃ ꝑ hoc e assidue contemplant̃: & nunc quidem alias tunc vero alias species intuent̃: suarumq; cogitationum ꝓgressionem ꝓteo applicantes formarũ ꝑmutationem in ꝓteo suspicant̃. Itaq; videtur omnia fieri spectantibus ipsum quotcunq; terram incolunt: vel aquam vel aerem: aut ignem. Quot eñ species in se continet: immo quot species ipse semꝑ est eterne: totidem alterne videtur effici ꝓpter ꝑceptionem intuentium iugiter alternantem. Tercius apparitionis varie modus est quando varia vnius dei visa nõ ꝓueniũt ꝓpter subiectorum ꝑceptiones neq; ꝓpter varietatem virium diuinarum: sed qñ deus idem ꝑm ordines diuersos ꝓgredit̃: & vsq; ad vltima quasi descendit numero se multiplicãs in ordinesq; inferiores declinãs Tunc rursus fabule tradunt diuinũ illud ꝑmutari in hanc ipsam speciẽ desuꝑ inquam ꝓcessum fecit. Hac itaq; rõne Mineruam quidem mencori. Mercurium vero lario aui garule. Appolinẽ rursus asturi se similẽ reddidisse ferunt. ostẽdentes videlicet ꝓ̃stantiores horum deorum ordines: in quos ꝓcesserunt ab vniuersis. Quobrem qñ diuinas appariti ones describunt eas sine forma figuraq; conseruare student Vtpote qñ pallas archilli quidem soli se declarauit exercitui vero ꝓ̃senti nequaq;. Vbi vero apparitões angelicas afferunt. Deos alienis formis indutos ꝓferunt: sed his quidem vniuersalibus. Quemadmodũ in humanam quandam speciem viro mulieriq; cõmunem nec hoĩs alicuius ꝓpriam deuenisse canunt. Sed qñ demonicas narrãt ꝓcessiones: tunc in singula quædam particulariaq; mutationes descensumq; in bruta nõ verent̃ afferre. Vltima eñ ordinum sequẽtium deos ꝑ figuras huiusmodi declarantur. Iam vero consideratu dignum est igitur aperte cum ordinẽ rerum talia congruant. Diuino nanq; conuenit ipsum simplex. Angelico autem vniuersale: Demonico tandem particulare. Et illi quidẽ intellectuale. Isti autem rationale huic deniq; genus quoddam irrationã

le. In ipso enim demonum ordine vita quoque talis est implicita.

Tres habitus statusque animarum separatarum. Contemplatiuus Actiuus. Voluptuosus.

Nimarum habitus differentes sunt etiam a corpore separatarū
a Similiter vniuersi loca quæ inhabitant differentia sunt. Necesse est igitur animas sic ab instrumentis mortalibus segregatas vt nec ad deteriora habeant habitudinem neque mortalium perturbationū nugarumque sint plene secū quoque ferre inuolucra olim lucida: adhuc pura sicut antea fuerant: neque materialibus vaporibus perturbata: neque ob naturam concreta terrenam. Animas autem nondum per phylosophiā perfecte purgatas: sed ad affectum ergo crassum corpus inclinatas vitāque cum ipso communem adhuc affectantes: necessarium est talia quoque vehicula sua sibi suspensa videre potentibus demonstrare. Vmbrosa videlicet materialiaque retroque pondere recedentia. Plurimumque secū mortalis concrætæque naturæ ferentia: quod perspicue in phædone narratur. Harum præterea animarum ad hanc vitam se adhuc inclinantium differentiæ multæ sunt. Quæ enim vitam magis practicā duxerunt neque adhuc a vita eiusmodi destitere merito competens diligūt practicis actionibus instrumentū segregateque ab hoc indignate commertium percupiunt: Vitamque hanc nostram separatæ vitæ præponunt: vtpoteque secū dum vitam illam agere nequeāt ad vitam videlicet practicam aptiores Quæ vero ob vitam flagitiosam Caducum corpus affectant vitāque cum ipso nihil differre putant a vita in ipso ducta coueniēs est in locum vniuersi tenebrosum vltimumque deferri. Homerus quemadmo dum & plato animam distinguit ab idolo suo: & intellectū ab his quæ sunt animæ propria & animā quidem idolo inquit vti intellectum vero vtrisque diuiniorem esse. Atque ydolum & animam esse quodammodo nota etiam in hoc corpore. In quo & seorsum a quo curam prouidentiāque huius habere: Idque naturaliter concupiscere. intellectum vero phantasticis formabilibusque motibus nostris nō cōpræhēdi. Proinde queadmodum animarum in cœlum ascendentium instrumēta harmonicā vocem emittunt: motumque concinnū præferunt: sic sub terras descendentiū: iāque minus rationalium sonus similis est lamento: ferens videlicet affectuosæ phantasticæque vitæ dūtaxat imaginem. Inferorum præterea loca & iudiciarios sub terra status & flumina: quæ Homerus Platoque describunt: nō esse putandum esse imaginationes vanas fabulosaque tantū terriculamenta: sed quemadmodum animis cœlestia repetentibus: multa variaque loca illic sunt pro meritis distributa ita putandum est punitione quoque purgationeque indigentibus animabus: loca sub terris esse disposita varios defluxus habentia ab elementis circūfusis terræ. Quos sane defluxus flumina vocauerūt: esse denique differētes demonum ordines huic pfectos operi: partim quidē vltores: partim castigatores: partim

purgatores:partim vero iudiciales.Perterreri vero illic animas consen
taneum est imaginatione demonum præfectoꝝ statuq pro meritis qui
dem habitibusq: vario confusoq:& a superis solis radiis segregato.

Tres animæ vitæ:diuina:humana:ferina.

t Riplicē animæ vitā ita summatim disponere possumus.Primā
quidem optimam atq perfectissimam:qua diis cōiungit: agit
q ibi vitam superis cognatissimam: ac propter summam quā
dam similitudinem: vitam illis iam vnitam:nec sui quidem iuris sed de
orum:dum suum quidem subit intellectum: suscitat autem interim in
effabile munus caracteremq vniformis illius substantiæ superorum:co
pulansq simile simili:suum videlicet illi lumini lumen: ipsi scilicet vni su
per omnem essentiam vitamq extanti: ipsum essentiæ suæ vitæq pro
prie vniformæ q̄ maxime. Secundum vitæ gradum ponimus in quo
animus a vita diuina deuenit in seipsum.statuitq mentem atq scientiā
principem actionis: vbi euoluit multitudinem rationem omniformes
specierum differentias contuetur: atq in idem & quod intelligit & qd
intelligit: in se colligit:repræsentatq: & quasi per imaginem exprimit
intellectualem essentiam:in vno quodam videlicet naturam intelligibi
lem compræhendens. Vitam deniq tertiam arbitramur quæ cū po
tentiis deterioribus commertium iam init.Agitq cum illis imaginati
onibus sensibusq ratione carentibus vtitur:deterioribusq prorsus im
pletur.

Distinctio reru in genera quattuor.Itē de imaginibus atq vmbris.

p Lato in septimo de republica: rerum ordinem lineæ comparat:
per continuam rerum connextionē.Quæ quidem ex mutua si
militudine proficiscitur. Similitudo vero est vnitas quædam
in rebus ꝓueniens ex ipsa simpliciter vnitate vniuersi principio.Quæ
sane tutum volens simillimū sibi facere:neq tamē simpliciter vnū:saltē
maxime fecit vnitum.Ad quam vnionem confert etiā ipsa principii bo
nitas.Cum enim ipsius boni natura sit:quasi diffundere se ꝑ oīa per ꝓ
cessum:vicissimq ꝑ appetitū ad se vnū oia reuocare merito vniuersū sū
mope reddit vnitū. Diuidit aūt mūdana apud Platonē linea i ꝑtes p̄ci
pue duas.s.in genꝰ insensibile atq sensibile.Primū illud longe ampliꝰ ē se
cūdo:hoc videl; in se cōtinēs. Illud iterū in res itelligibiles diuidit atq
cogitabiles id ē in formas diuinas atq mathematicas.Hoc aūt in res q̄
si substātiales atq imaginabiles.Substātiales qdē corpa sūt.Imaginales
aūt imagines corpoꝝ atq vmbre.Imagines quidē reꝑsentationesq cor
porū speculares subiecto quodā indigēt tres habēte cōditiones:densi
tatē & lenitatē:atq nitorē: Opus quidē ē densitate ne influēs apparitio
si in subiectū inciderit nimis rarū subito trāsfluat.Atq ita imago ex mul
tis defluxibus nō fiat vna.Lenitate vero.Ne asperitas ipsa ꝑpter ꝑtes
suas partim quidē ꝓminētes:partim vero ꝓfundas: inequalitatis cau

sa sit imagini componende. Nitore quoq; splendido: vt imago aliogn exiles habēs formā cōspicua fiat. Sic.n. & minutissime quæq; in dom⁹ ip ius aere cōpositiones sæpe patent oculis in radiis p fenestellas rimasq; penetrātibus. Aliogn ob tenuē naturā nobis occulte. Dicendū ergo fm sententiā Platonicam in sophista apparētes imagines: eē substātias quasdā quorundā simulachrorū machinatione quadam demonica fabricatas. Iam vero & vmbre: quas cū imaginibus cōmemorat q̄si cognatas: eiusmodi naturā habent: sunt em̄ & ipē corporū figurarūq; imagines plurimāq; sympatiā: id est compassionē consensionēq; cum illis ipsis habent a quibus decidunt. Quemadmodū declarāt quotcūq; magorum artes ꝓnunciant ꝓmittuntq; ad ydola vmbrasq; cōficere. Quid vero dicam imaginum vmbrarumq; vires per quas fiunt in animalib⁹ ratione carētibus sæpe multa: quæ omnē superant rationē. Nam hyenā ferunt calcantē canis in alto sedentis vmbram: illū ex alto p̄cipitare statim atq; deuorare. Atqui Aristoteles inquit mulierē in purgatione mēstrui sanguinis constitutā fœdare sanguine quodā obiectū speculum & imaginem. Imagines deniq; substātias quasdā esse. Plato cōfirmat vbi ait. Sicut cogitabilia ad intelligibilia se se habēt. Sic imaginabilia ad visibilia corpora: Cogitabilia vero id est Mathematica: res in se quædam speciesq; sunt. Similiter imagines: cum sint naturales quidam ex rebus naturalibus effluxus naturam quoq; suam habent.

Quomodo bonum est super essentiā: Et quomodo cognoscatur.

PLato in sexto de re pu. ita diuina cōparat. Solē quidē ipsi bono. Lumē vero solis Veritati a bono manāti. Colores ex lumie dependētes: formalib⁹ idealibusq; rerū rōnibus: a bono sub veritate pendētibus. Oculos aūt & genitos & illustratos a sole cōparat intellectib⁹ ad bonū sil'r se habentibus. Subdit p̄terea. Quēadmodū sol sup inferiorū visibiliū generationē extat. ita bonū sup ens & essentiā. Itē sicut sol lumēq; suū colores superat atq; visus: ita bonū veritasq; boni lumē: ē sup ideas: entia: mētes. Deniq; sicut sol visibilib⁹ nr̄is & oculis: nō solū actiōis pfectionisq; causa ē: sed etiā generatiōis naturæ virtutis: ita bonū ē oim tā intelligibilib⁹ q̄ intellectib⁹ auctor. His itaq; oīb⁹ ē superius. Cū igiť ipsum bonū sit intelligibilibus: intellectu veritate superius nō eadem ratione qua intelligibilia cognosci potest sed Diuino quodā intuitu perceptio neq; intelligentiā excedēte. Quam Plato illustrationē animæ nominat. Tunc videlicet ita diuinitus illustrare postq̄ a bono per negationē segregauerit: oīa quæ sunt post bonū: vicissimq; rite admodum comparauerit. Hac scilicet ratione reflectēs erigensq; se in ipm: quasi facta iam resupina: quæ hactenus fuerat. q. prona. Solis inter mundana videtur ingenitus Quoniā nihil amittit suū. Nihil alienum rursus admittit. Cætera vero oīa radios ab illo nouos semper accipiunt; Dum ille in proprio centro reuoluitur. Atq; ita cœlestia

circũ & inferiora collustrat: Sol igitur qua rõne talis est: mundanis omnibus dominatur: quantũ vero corpus & mobile alicui subest. Supræme videlicet: qui spere dicit circuitum identitatis habere. Hinc enim & sol ipse fertur. spera rursus illa: ad circuitum refertur sapientissimũ: idest mentem. Inter hæc momento sicut in rebus diuiduis est indiuiduũ velut vnitas atq; punctum: sic in rebus corruptibilibus: incorruptibile aliquid esse.

Bonum triplex: scilicet in nobis: in idea: sup ideam.

p Lato tres venerandi boni considerat gradus. Vnũ quidem in omnibus scilicet statum quendam vitæ ex intelligentia & voluptate rite pmixtum. Alium autem inter ideas. Aliũ deniq; sup ideas: Inter ideas enim: Alie quidem rerum essentias constituunt: atq; definiũt. Alie vero pfectiones suas essentiis adhibent. Illarum pterea prima est ens & essentia. Quod quidem genus est ad omnes alias ideas essentiales: id est quæ ad cõstituendas essentias ptinent. Velut ad ipsum animal: Ipsum hominem: ipsum æquum. Idearum vero ad pfectiones omniũ ptinẽtium. Prima est ipsum nõ simpliciter bonum sed ideale. Quod similiter genus est idearũ omniũ ad pfectiones rerum quomodolibet attinentium. Quales sunt ipsum pulchrum. Ipsum iustum & sapiens atq; similia. Sicut ergo essentiæ rerum pfectiones suas origine quadam antecedũt esse eñ naturaliter præcedit bene esse: ita ens & essentia in ipsa idearum serie ipsum antecedit ibidem ideale bonũ. Sed ipsum tandem simpliciter bonum est ente supius: simulq; imparticipabile bonum. Nam bonum inter ideas in participabile quidem est: sed ẽ interim cum essentia: siue sub ente. In nobis tandem & sub essentia est: & participabile quidem est: sed interim cũ essentia siue sub ente. In nobis tandem & sub essentia est & particidabile bonum. Iam vero cõmunis omniũ consensus definiẽs bonum: cuius gratia omnia & quod appetunt omnia: vaticinari videtur illud nec vllius gratia esse: nec aliud prorsus appetere. Illud itaq; necesse ens aliquod. Nec aliquod bouum in ente. Omnis enim essentia bonũ appetit: id est esse fm naturã: ac bene pfecteq; sese habere. Bonum quoq; in essentia illius ipsius substãtie gratia est quæsitum. vt videlicet fm naturam pfecte se habeat. Nec est bonum simpliciter: sed alicuius dumtaxat & in aliquo bonum. Deniq; vt summatim dicam. Illud ideale bonum in ipso ente essentiaq; tanq̃ pars & alicuius & in aliquo totus gratia collocatũ. Itaq; sup illud est ipsum simpliciter bonum.

De demonibus.

Marsilius Ficinus Philippo carducio dilectissimo suo. S. D.

c Vm procli platonici cõmentarium in platonicum alcibiadem: e græca lingua in latinam nõ tam ad verbum q̃ ad sensum interptarer: recordarerq; te platonicã de demonibus sniam summatim desiderare: hanc ibi reptam mittere ad te cõstitui. Lege fœliciter.

Philosophia cum fortuna & diuitiis nō coniungit.

Marsilius Ficinus Philippo valori Oratori apud pontificem Florētino S.D.

Nimici hoīs domestici eius: domestici quidē mei qui mihi sūt multi.multūq; molesti:qm̄ neq; philosophici:neq; philosophico victu supellectiliq; cōtenti:frequēter obiiciunt. Cæteros medice domus clientes atq; clientulos:paucis annis inde q̄ plurimū accepisse. Me vero amplissime huius familie familiarissimū:ac(vt ita dixerim)dictissimū:multis annis reportasse nō multum. Sed audi parumper mi valor:nostrā hanc ad meos apologiā. Cæteri quidē amici medicum:nō dum quantū voluerant:acceperunt. Ego vero quantū voluissem.si modo petissem. Et habeo certe quātū volo. Illi plerūq; præcario. Ego gratis. Medices item aliis aliena dederūt. Mihi sua: Nos igit ita causam apud domesticos nostrā pbelle pbam?. At illi:quod mihi molestissimū est:nō cōprobant. Oportuerat em̄ iam diu vel meos vna mecū qn̄q; fore phos. Vel me nō fuisse philosophū. S; fatū videt ab exordio rerū. Neq; phos vllos vnq̄ fore diuites. Neq; rursū diuites facile fore phos. Nullū em̄ fuisse fert minerue cū iunone ɔmertiū. Nec eisdē iuppiter & phœbus. Venusq; fauent:quibus mercurium simul atq; Saturnus. Neq; cum sapientia rerū cōtemplatrice:facile rerum dn̄a fortuna cōsentit. Porro vnū est necessariū. Vbi intenderis ingeniū valet. Ingenium igit est fortuna diuisum in nobis habent imperiū. Hoc quidē in animi cultū plurimū dn̄antur. Hæc vero q̄ plurimum in rebus externis. Hinc & bona fortunæ dicūt. Sed in corpore vtrūq; forsitan æque pōt Verum nō licet epistolæ nunc vltra philosophari. Negocium em̄ iam aliud vrget.

Vbi plus fortunæ:ibi sapiētiæ minus:atq; vicissim.

Marsilius Ficinus Bindacio recasolano ciui optimo & dilectissimo suo.S.P.D.

Ristotelicū illud:vbi plus intelligētiæ:ibi fortune minus:atq; vicissim:vbi plus fortunæ illic minus intelligētiæ. Pleriq; forsitā sic accipiēt:vt sapiētissimi quiq; philosophiq; minime fortunati sint. Quod & carmina pythagorica comprobāt & res ipsa cōfirmat: nec nō astronomica rō:pcipue p mercuriū atq; saturnū phiam significari putās. Hos vero cum ioue:sole:venere:affluentiā rerū significātibus nullū officii habere cc mertiū. Deniq; legitimi veritatis cōtemplatores & negligūt fortunæ bona:& ipi a fortunatissimis negligūt Neq; principibus placēt:neq; vulgo pbant. Vt nō mirū sit eos minimū habere fortunæ. Vicissim vero fortunatissimi quiq; plerūq; negligūt sapiētiā plurimūq; temere & improuide viuūt:fortunæ videlicet afflatu cōfisi: Ego aūt & si supiorē interptatiōe minime respuo:vtili? tn̄ atq; diuini? Aristotelicū illud interptarer. Cū em̄ cōptū habeamus:hoies quo pru

dentiores sunt: eo minus casu viuere: pauciora q̃ in familia rebusq̃ suis agi fortuito: cõiectare ꝓculdubio possumus: deo sapiẽtissimo rerũ omnium auctori: nihil vsq̃ casu cõtingere. Sed oĩa ꝓuidẽter esse disposita: Atq̃ vicissim: cũ videamus cœlestia & naturalia oĩa extra fortunem ordine certo disposita: concludere licet summam his omnibus sapiẽtiam dominari.

Probemiũ in cõparationẽ solis ad deũ.

Marsilius Ficinus Eberardo inclito duci virtembergensi & montis peligardi Seniori. S.P.D.

m Martinus nr̃ vranius.i.cœlestis: reuera cœlestiũ cõtẽplator: longo mecũ sermone tractauit: qualis sol est inter sidera: talẽ: extra cõuersiã: te esse inter oẽs germanie principes. Quibus equidẽ laudibus.q.quibusdã virtutis tuæ radiis inflam̃atus. Epistoliũ illud iã pridẽ ad te dedi: ingẽtis quidẽ in te nr̃i pignus amoris. Sed nõ pignus (vt par fuerat) ingens. Quobrẽ vt aliquãto vberius: & summe dignitati tue & meo satis desiderio faciã ad ipm germaniæ solẽ nũc Platonicũ & dyonisiacũ solẽ mitto: mirũ in te amorẽ nostrũ splendore passim declaraturũ. Queadmodũ vero mercurius phœbi munera ad hoĩm ingenia trãffert: ita phœbeũ hoc munus nr̃m ad vos feret Ioãnes streler: nobis quasi Mercurius alter. Leges ergo fœliciter phœbee princeps: quæ de cõparatõne solis ad deũ partim plato dionisiusq̃ areopagita tractarunt: partim ego interp̃tor: atq̃ cõmentor viue fœlix in hac vmbra vite post hanc sole tandẽ ꝑpetuo fruiturus. Vale.

Laudes sæculi nr̃i tanq̃ aurei ab ingeniis auerois.

Marsilius Ficinus Paulo Middelburgensi insigni phisico & Astronomo. S.P.D.

q Væ poetæ quondã de sæculis quatuor cæcinerũt: plumbeo: ferreo: argenteo: aureo. Plato nr̃ in libris de rep. ad quatuor hoĩm ingenia transtulit disputãs aliis hoĩm ingeniis: plumbũ quoddã: aliis ferrũ: aliis argentũ. aliis aurũ naturaliter insitũ. Si qd̃ igit̃ sæculum appellandũ nobis est aureũ: illud est ꝓculdubio tale: qd̃ aurea passim ingenia ꝓfert. Id aũt esse nostrũ hoc sæculũ minime dubitabit: qui p̃clara sæculi huius inuẽta cõsiderare voluerit. Hoc em̃ sæculũ tanq̃ aureũ liberales disciplinas ferme iam extinctas reduxit in lucẽ. Grammaticã, poesim: oratoriã: picturã: sculpturã: architecturã: musicã. Antiquũ ad orphicã lyrã carminũ cantum. Idq̃ florẽtiæ: Quod ve apud priscos fuerat venerandũ. Sed iam ꝓpe deletũ. Sapiam cõiunxit cum eloquentia. Cum arte militari prudentiam: Idq̃ potissimũ in Fœderico vrbinate duce: tanq̃ in pallade declarauit: filiumq̃ eius & fratrẽ virtutis illius effecitq̃ heredes. In te quoq̃ mi paule p̃fecisse videtur astronomiã: Florentiæ quin etiam platonicam disciplinam in lucẽ: e tenebris reuocauit. In germania t̃pibus nostris imprimendorũ librorũ inuenta sunt instru

menta. Tabule p̄tereā: quibus hora (vt ita dixerim) vna: p om̄e sæculū tota cœli facies aperit: vt p̄termittā machinā floretinā: q̄tidiāos cœlestium motus agentē. Iam vero germanicas tabulas michelo ctius nr̄ diligēter expræssas ad vos affert: inclito duci vr̄o dicādas: Cœleste quidē munus: cœleste principe dignū: dignū p̄terea (vt arbitror) quod & abs te cœlestiū cōtemplatore ꝓbet: dignum deniq; cōmendatōe apud vos nostra. Valete. Die. xiii. Septembris. M. cccc. lxxxxii.

Finis vndecimi Epistolarū Marsilii.

Probemiū Marsilii Ficini in Duodecimū Epistolarū Librū ad Hieronymum Rossium dilectissimū suum.

Marsilius Ficinus Hieronimo Rossio Dilectissimo Suo. S. P. D.

c Vm in duodecimo ep̄larum mearū Libro finē imposuissem: cogitaremq; cuinā in primis bunc inscriberē: rōni cōsentaneū fore cesui: vt diuturni opis finē tibi singulariter dedicarē: ad quē summatim vniuersum opus iamdiu destinauerā vt ad finē. Præterea vt totū ep̄larum mearū studiū in te deniq; cōquiescat: vt in fine decreui quotcūq; etiā post bac ep̄las sum scripturus: ad librū bunc duodecimū vel longissimum p̄tinere: summatimq; sub Rossio vel Roscio potius titulo cōtineri. Lege fœliciter: & fœlicissime viue: certe fœliciter a nobis amate.

Nullus mala pœnitus & curas extirpare pōt.

Marsilius Ficinus Florētinus Ioanuictorio Soderino & Francisco Diacceto cōpbilosopbis suis. S. P. D.

q Væritis quid sibi velit euangelicum illud: Necesse est vt veniant scādala. Idem profecto: quod & Platonicum illud mala pœnitus extirpari non possunt. Sed circa mortalem banc regionem: necessario reuoluuntur. Mitto equidem nunc: quot mala nobis inferat fatū. Natura. Fortuna. Elemēta. Homines. Animalia: Multo certe grauiora sunt: Que ipsi nobis imprudenter inferimus. Iam vero mirum videri non debet bomines vel negociose vitæ deditos: vel libidinibus mancipatos: malis innumerabilibus opprimi. Quippe cum ipsi se fato passim & fortunæ subiiciant & quasi sponte perturbationibus frequenter occurrant. Illud certe nimis est mirandum. Viros quin etiam qui voluptuosa & actiua insuper vita neglecta: se totos contemplatiue dediderunt p̄turbationibus agitari. Causas enim solicitudinum deuitauisse vident̄ Sæpe tñ grauioribus curis q̄ vel voluptuosi: vel actiui solicitant̄. Contēplatores em̄ sp̄rætis būanis: aut ad religionē: sanctimoniāq;: aut pbilosopbiā sese cō

ferunt. Vtrobiq vero incidunt in scyllã cupientes vitare carybdim. Sãcti enim deliramenta nugasq mortaliũ fugientes: in Demones incidũt tentatores: Non enim his est certamen aduersus carnem & sanguinem Paulus inquit apostolus: sed aduersus maleficos quosdã spiritus aeris caliginosi tyrannos. Quo fit vt sanctos dum deus exercitat Demonia vexent. Quid vero de phylosophis dicam? Nonne vel negocia Iouis vel oblectamenta Veneris respuentes: in Saturni tedia sæpe meroresq corruunt: & atram bilem? Cui quidem ingenti malo: Democritus: Plato Aristoteles ingeniosissimos quosq obnoxios arbitrantur: vt penas illas quodammodo quas furti cœlestis Prometheus in monte caucaso contemplator expendit: pendere videantur. Tanto vero contemplatores vtriq grauiores: sæpe subeunt curas q̃ vel ingeniosi vel voluptuosi: quanto inualidiores incidunt vexatores. Quobrem si eiusmodi viri q maxime omnium mala declamaturi putantur: in mala sæpius grauiora labuntur: nemo profecto confidere potest mala mortalibus vnq̃ posse vitari: Sed hoc forsitan interest: q superiorum quidem illoꝝ mala paulatim in pessima conuertuntur. Hi vero si prouidenter professionẽ suã constanterq prosequantur: tandem auctore videlicet & ꝓmittẽte deo: qui seminãt in lacbrimis: in exultatione metent. Euntes ibant & flebãt mittentes semina sua: venientes autem venient cum exultatione: portãtes manipulos suos. Hæc vero commemorate vobis dilectissimi compbilosophi mei. Operepræcium fore censui: vt neq confidatis vos dulces philosophiæ sapores absq amarore quodam degustaturos. Neq rursum desperetis vel amaritudinem ipsam: auctore deo: quandoq quod & in pomis sæpe natura facit: in dulcedinem posse conuerti. Valete fœlices: & in contemplatione vestra (quemadmodũ cœpistis) prudenter constanterq perseuerate. Die. xxvii. Septẽbris. Mcccc xcii.

Solem non esse adorandum tanq̃ rerum omnium auctorem.

Marsilius Ficinus Eberhardo inclyto comiti Virtembergensi: & montis peligardi Seniori. S. D.

Socrates in castris sæpe sub diuo solem suspiciẽs orientem stetit attonitus in eisdẽ vestigiis: immotis mẽbris incõniuentibus oculis statue more: quousq solẽ salutaret iteꝝ resurgẽtem. His ergo platonici similibusq signis adducti socratẽ forte dicẽt phœbeo q̃dam demone statim ab ipsa pueritia ductũ: phœbũ ipm venerari sũmopere cõsueuisse. eadẽq ratione sapientissimũ græcoꝝ omnium: appollinis oraculo iudicatũ. Ergo vero quid de socratis demone: seu genio siue angelo: affirmadum maxime videatur in p̃sentia p̃termittã. Id certe ausim affirmare socratẽ in eo mẽtis excessu nõ solẽ quidem hunc admiratũ fuisse: sed alterũ. Cum enim admirationem sola nouitas afferre soleat: quid tantũ stupeat hũc admirabũdus socrates: quem & quottidie videt: Cuius & motus omẽs viresq iamdiu: mathematica simul: & phi-

fica rõne cõprębẽderat. Quem (teste platone) nõ deum primum: Sed dei filium appellauit. Non filium inquã dei primũ. Sed secundum iam q̧ visibilem. Primũ nanq̧ dei filium nõ solem bunc oculis manifestum sed alterum: boc longe supiorem: intellectũ. s. primũ solo cõtemplabilẽ intellectu. Socrates igitur sole cœlesti nõnunq̧ admonitus: solemq̧ in de supcœlestem auguratus: & illius maiestatem cõtemplabat̃ attentior & patris illius incõprębensibilem bonitatem admirabatur attonitus. Hunc iacobus apostolus patrem luminum appellauit: Luminũ inquã plusq̧ cœlestium: atq̧ cœlestiũ: Apud quẽ non sit transmutatio: neq̧ vicissitudinis obumbratio. Nam & supcœlestia illa facta putat naturaliter mutabilia: & cœlestia quotidie p noctium vices obumbrari non dubitat. Q̃obrem omne datum optimũ. s. mẽti naturaliter insitum: & omne donum pfectum videlicet post naturales dotes adbibitum: nõ a sole boc stellisq̧ mundanis: Sed altius ab ipso patre luminũ descendere censet. Nam intelligentię viribus. q. gradibus quibusdam nõ quidem cœlitus: sed desup acceptis freti: sup cœlos ascendimus: ibiq̧ multa cœlis pręstantiora: cognoscimus: amamus: & colimus: ipsumq̧ cœli fabrum ante omnia veneramur. Neq̧ tñ possemus intelligentia incorporeum aliquid cœloq̧ melius intelligere: vel amare: si cœlitus tantũ intelligentiam baberemus. Iam vero ne quis solem lunam stellas nimium admiratus: & adoraret: & tãq̧ intellectualium munerum auctores: & patres venerare t̃: prudenter admonuit solem bunc nõ esse vniuersi principiũ Missas in pręsentia faciam rõnes: quibus in tbeologia nostra principium vniuerri: nec corpus esse nec aiam nec intellectu3. Sed aliquid si admodum excelsius affirmamus. A quo quidem sol cœlestis longissime distat. vt vmbra quędam illius esse iudicet̃: potiusq̧ imago. Rõnes autem quas Iacobus bic attingit breuiter: breuiter in pręsentia pstringã. Cum status tanq̧ principiũ: & rector: finisq̧ motõnis: sit omni motu pfectior: certe deus ipse pricipium & finis & rector oĩm: mobilis esse nõ potest: sol autẽ est assidue mobilis. Pręterea principii virtus tanq̧ immẽsa: fortiter attingit omnia: nec vsq̧ cobiberi põt. Solis autem virtus p radios agens prępeditis passim radiis impedit̃: defectum patit̃ obiecta luna. Sępe nubibus cobercetur. Terrena densitate repellitur. Distantia loci debilitatur sol ipse: quin etiam minima quędam est particula mũdi. Angusta quadã sede tenet̃. Trabit̃. Contraq̧ spere ꝓprie impetum a spera semp supiore reuoluit̃ Contrariis signis impedit̃ & stellis: & aspectu malorum nonnunq̧ debilitat̃. Deniq̧ principiũ vniuersi omnia vbiq̧ & semp: & in omnibus operat̃. Sol aũt nec mũdi globos ipse facit: nec quęcunq̧ frigida vel bumida sunt vel densa similiaq̧ ipse virtute ꝓpria potest efficere. Neq̧ similes in cœlo virtutes vllam a sole ducunt originem. Cęterumq̧ q̃uis sol ab auctore mũdi longissime distet: cœlestia tñ omnia ad solem vnicum. q. rectorem in cœlo mensurãq̧

diutius redacta videtur. Vt hinc prorsus admoneremur: vt omnia quæ in coelo sunt & sub celo & super coelum ad vnum cunctorum principiũ similiter referri cõsiderantes tandẽ hoc ipm ea saltẽ obseruantia veneraremur qua cælestia solem.

Copula philosophiæ cũ legibus: quod felix & nobilis sit philosophus.

Marsilius Ficinus Martino vranio prænnygero amico vnico. S. D.

Philosophanti quidẽ mihi semp: nunq̃ vero legibus incumbẽti. pfessores legum duo sunt amicissimi. In italia quidẽ Ioanuictorius Soderinus. In germania vero tu in primis optime mi Martine: & vtriq̃ cum insigni facultate legum mirum sapientiæ studium cõiunxistis. Dixerit ergo quispiam. Quæ nam legibus cum philosophia cognatio? Quæ videlicet ioui legum auctori: cum saturno philosophiæ duce: id est filio cum patre necessitudo. Mitto nunc Astronomos asserentes Iouem quando cum saturno cõiungitur: nouas afferre leges. Presertim quotiens in ipsis coeli cardinibus triplicitatum capitibus: coniungunt. Nonne poetæ prisci. Veteresq̃ Theologi Saturnũ in additis contemplatorem fingunt: legesq̃ & iura post diuturnam cõtemplationem excogitantem. Quæ deinde Ioui filio actionum duci tradat obseruanda ciuibus mandaturo. Homerus quoq̃ Minoem inquit regem conditorem legum in iouis antrum: annis nouem secedere solitum: ibiq̃ a ioue leges accipere. Nemo vero antiquorum mysteriorum peritus pprium Ioui semp publico dedicauerit antrum. Hoc igit̃ nihil aliud esse videtur q̃ saturni ipsius semp additum domicilium vel sacellum. In quo quidem: & iuppiter cõstitutus cum saturno collega regem Minoẽ legibus instruit: mox populum formaturis: sed misso iaz officio legum: sapiẽtiæ studium psequamur. Multos equidem ad hoc totis viribus capescendum sum p meas epistolas exortatus. Vos autẽ iam in hoc ipso puectos nõ adhortabor equidem nũc. Sed potius cõfirmabo. Aut certe nos ipsos cõsideramus. Aut suspicimus deum. aut cæteros homines circumspicimus. Si forte nos ipsos: sola sapiẽtia facit. vt & nos ipsos deniq̃ cognoscamus. & soli nobis cum habitare possimus: propriis semp contenti diuitiis. Si vero deum: sola quin etiam sapiẽtia deo similes efficit: & amicos cõtemplantes videlicet assidue: quæ deus ipse fecerit cõtemplãdo: ipsumq̃ tanq̃ bonorũ oim auctorem cognitum venerantes: si aũt homines: sapientia quoq̃ sola sapientem populis: regibusq̃ tandem constituit regem &. q. numen: deniq̃ venerandum. Cum igitur sapeintiæ studium foelicem prorsus efficiat animũ. Nũquid præterea nobilem vel efficit: vel declarat? Si platoni licet credere: nobilissimũ est pfecto philosophorũ genus. Nam & aureũ esse inquit & ab ipso ioue mũdi totius opifice reuera pfectum: si stoicis fidem adhibes: nobilitatẽ philosophorũ ex posteritate cognosces: Solos eñ fore asserũt immortales. Prophetæ deniq̃ Danieli nõ credere nefas. Ful

gebunt (inquit ille) docti: sicut splendor firmameti. Et qui multos erudierint ad iusticiam tanq stelle in ppetua æternitates. Firmamentu vero no octauum duntaxat cœlum. Sed totam sperarum molem significare videt: stellarum planetarumq oim firmamentum. Hoc aut etiam seorsum a stellis atq planetis qdammodo suapte natura fulget. Sed rariore quadam & sparsa: & candida luce: ppterea minus oculis manifesta. Eiusmodi quada luce fulgebunt: & hic & in patria docti reuera sanctiq viri: etiam si nullos vnq ipsi docuerint. Qui vero no solum sibiipsis diuina contemplati fuerint: sed alios insup palam erudierint: legesq dederint ad iusticiam obseruadam: manifestiore præ cæteris fulgore lucebut: stellar instar clarissime chorusctes. Neq id qde ad tps certu si p oe tps: neq p totu mudi tps solu: sed p ipm diuinioris æternitat vsum nuq videlicet interruptu: sed ppetuu pœnitus atq continuu. Iustu em esse videt: vt q publici diuiniq: boni fuerint auctores sempq sint hoibus pfuturi. Lumenq sibi diuinitus datu no abscoderint: sed ad comune bonum prorsus ediderint: æterno quodam splendore diuinitus bonoq donentur.

Cur semp eadem & antiqua tractem.

Marsilius Fi. Philippo valori oratori: apud potifice florentino. S. D. Hesterno vespere iam Franco nostro dixeram vale: tuq mihi ad valorem nostrum eris epla. Mox aute (nescio quo) sum copulsus vespertinis lris addere matutinas. Quod quide & amates factitare plerunq solent singulis epistolis no cotenti: Francia igitur (vt ita dixerim) epla nostram tibi valitudine nunciabit. Studioru vero nostroru ronem qua p negocia no poterat francus tuc accipe: epistoliu psens tibi reddet. Requiris (video) quid nuc aga. Quod equide iamdiu mi valor ageba. Eode semp (nescio quo fato) reuoluor: significator nobis: ne dixerim ductor (vt scis) ab initio saturnus sub aquario ascedes extitit. Saturnia igit & antiqua ppetuo retractamus. Cum primu olim rediit ad aquariu prisca platonis opa sub magno Cosmo semel interptati sumus. Iam saturnus iter reuersus est ad ide. Ad idem nos quoq reuertimur. Platone iteru post Laurentianu plotinu interptamur. Sed grande opus (vt par erat) grandioribus cometariis declaramus. Commetariolu in Timeu in agro maiano apud te copositu: latius nuc nobis excrescit: mox parmenide silr aggressuris. Magnus ille patronus nr petrus medices spem nobis firma dedit se resurgeti platoni rursus aspiraturu. Atq ia ita prsus inspirat vt plato nr hactenus errabudus: sit ia super hac petra: sua achademia fundaturus: huic igit istuc ad potifice accedenti p ociu hac de re nro noie gras qplurimas agito. Pœnes hunc q. tuu Ioue: tuos agnosces dioscuros: bibienes: castore: atq pollucem his ergo post illu nos etia comedabis. Fine vero facia: Non inqua epistolio sed ia eple: si tibi prius significauero: Martiana illa cam: immo ia

tarditate saturniam: post medicam auctoritatem: tua insuper opera: iam esse confectam. vii. Nouembris. Mcccc xcii.

Similitudo Mercurii cum Saturno.

Marsilius Ficinus Philippo Carducio dilectissimo suo. S. D.

C Vm epistolæ a me compositæ: iam omnes tibi conscripte: ppe modum per tabellarium ad te perferende forent: decreui Mercuriale opus ad Mercurialem amicum nō absq auspuciis mercurialibus aduehi. Vt si quid in negociis eiusmodi cœlestia valēt & ocius ad te perueniret: & celeri⁹ legeretur. Præterea vt diutissime relectu3 cōsideraretur. Mercurio Saturnum insuper addidi: Siue comitem siue ducem. Legi bodie rursus in: x. de repu. mercurium Saturnumq colore. i. Luce cœlestium omnium inter se simillimos esse: vt non mirum sit intelligentiæ quoq luce ita consimiles esse: vt alter quidam ad sapientiam exhorteť: altero vero Deo videlicet altius aspirante pducat. Dei q̄dem imaginem esse solem volunt. Deus ipse est auctor sapientiæ prim⁹ Sapiētiæ significatores: Mercurius & saturnus: imaginis diuinæ comites: minime omnium a sole discedunt: dum videlicet & mercurius sub solis splendore ferme semp incedit: & saturnus ab eclyptica solis via minime omnium præuaricari videtur. Hos astronomi natura quadam similes esse putant: mercuriūq ædibus & finibus & aspectu saturni gaudere. Hic (vt opinor) efficiť. vt ferme omnes qui a Mercurio suum iter professionemq exordiuntur: solum desinant in saturnum. Vtinā tu mibi Carduci a Mercurio ad Iouem etiam quandoq peruenias. Vale die xiiii. Nouembris. Mcccc xcii.

Apologia in librum suum de sole: & lumine.

Marsilius Ficinus Florētinus Philippo valori Oratori apud pontificem florentino. S. P. D.

L Ibrū de sole clarissimo petro medici destinatū domi iā diutius retinebā atq cōtra pceptū euāgelicū sub modio lucernā. siue solē ferme iā impius abscōdebā. Sed petrus ille nerus: quē ī eplīs nrīs frequēter cādissimū appellauim⁹: piū existimauit fore: vt lumē hoc q̄plurimis: vt de⁹ pcipit effulgeret: Itaq cādidissimo viro ad quē potissimū cura de lumine ptinet & cādore libētissime parui. Atq vltra ministeriū magnanimo petro medici cōmēdatū pmisi librū opa petri neri palā impssoribus exprimendū. Ecce igiť mi valor luce mihi carior: palam sol hic quātuluscūq me⁹ iā exoriť. S3 forte mox suborituris nebul' offendēdus: vel etiam futurus noctuis quibusdam vespertilionibusq molestus. Nebulas quidem aut venti protinus dissipabunt: aut sol ipse cū ascenderit altius extenuabit atq dissoluet. Vespertilionibus autem sb lumine caligantibus cecucientibusq consulito: si modo consilii sint capaces. ne lucem quidem incusent cæteris salutarem. Sed ipsi splendorem hunc effugiant: suo more potius: atq (vt par est) indigni lumine

assidue delitescant. Bona quidem spe valorem menm ad hoc certamen puoco. valorem inquã nõ solum contra bubones. sed aduersus etiã inania monstra. Herculis instar validissime pugnaturũ: Soles. n. Boetianũ illud pro hercule dictum in ore frequẽter habere. Superata tellus sydera donat. Herculẽ veteres introducunt. virum solis alũnum: pro vera gloria: p veritatis splendore. q̃ solis ipius munera ppria & officia sunt. Labores duodecim. quasi. xii. signa Zodiaci subeuntem. Ito nũc alacer mi valor in pliũm ppugnatores eñ illic (Scio qd loquar) Tres saltem inuictos habebis. Pollitianũ herculẽ inquã phœbeũq picũ amphionemq landinũ. Hi pfecto q̃ strennue p mea vita iam trienniũ certauerunt. tam fœliciter deinceps p hoc meo (q̃tuscunq ẽ) splendore pugnabunt. Die. ii. Ianuarii. Mccccxciii.

Sepe in cœlestibus gemini sunt. Item soles duo.

Marsilius Fi. Martino Vranio Germano amico vnico. S. D

Iuuat vnum tecum mi vranie vir cœlestis cœlestia sæpe tractare. Nõ solum in firmamẽto gemini sunt illi dioscuri. Sed inter planetas sunt quoq germãi mercurius. n. q̃si minor frater ẽ saturni. Cõsilii eñ (vt plato inqt) luce fulgẽt: & ingeniis vtriq præsunt: Germana iouis ẽ alma venus. Phœbi quoq phœbæ. Mars aũt q̃si supbior cõionis expers. solẽ ipum nõ tã comitat̃ q̃ emulat̃: pter eñ feruorẽ suum solis emulũ. q. riualis lumẽ (nescio qd) infundit lunæ paucis admodum obseruatũ. Post hæc autẽ æternus aer. q. Iuppiter alter frater & maritus ẽ sequentis aeris. q. iunonis. Sed vt reuertamur ad solem. Quid mirum. siquidem in cœlo sunt gemini soles geminos quoq penes me quasi soles esse natos. primo quidem maiorem deinde minorem. Minorem igitur ipẽ orator ad pontificem pficiscens preterita æstate apud nos vidisti florentiæ: qui & te hinc in germaniam abeũtem. e vestigio sequutus est. clarissimum principem tuum Eberardum salutaturus: Alterum vero solem. qui inter platonicas cõmentationes grandior iam coaluit iure sibi vendicat petrus medices. qui & platonica iure sibi omnia vendicat lumen similiter. o mi vranie mihi geminũ inter lares eluxit. Minus atq maius. Minus quidem iamdiu phœbo capelle fulxit. Maius vero nunc petro medici clarissimo lucet. Vtrũq igit̃ vir cœlestis fœliciter contemplare. Cõtemplaberis vero fœliciter si luminis huius similitudine platonicum hoc quod sequitur de diuinitate mysterium memoriæ commendaueris. Quæ minimũ lumen habẽt non aliter cernere cõsueuimus q̃ passim quærendo propius accedentes. Solem vero visuri. non tam q̃rere solem cogimur vltro nobis obuiũ atq omniũ patentissimũq purgare oculos. aperire conuertere. proq modo nostro hos ad illum accomodare. Similiter cæterarum quidem rerum veritates exiguas. q. scintillas argumentationibus perscrutari compellimur. Immensum

vero dei lumen sic assequi non valemus sed & amatoria voluntatis conuersione & serenitate mentis paramur ad illum. nobis videlicet præparatis vltro fœliciter coruscantem. Hinc platonicum illud. Diuina qdē verbis rationibusq; doceri nō possunt. quemadmodū cæteraq; discūtur. Sed assidua circa diuinum ipsum consuetudine vitæq; cōmuniorem subito tandem nobis velut ab igne scintillante lumen effulget in animo seq; ipm iam alit.

In librum de sole dono missum.

Marsilius Ficinus Laurentio cōphilosopho suo Laurentianæ ædis antistiti.

c Vm ego superioribus diebus librum de sole & lumine. paruum quidem. Sed magna cum voluptate cōponerem. Tu interim & si p̄sentis mee lucubratōnis inscius peroportune ad modum astronomicis rōnibus inuenisti nostrum omne sapiētiæ studium ad solem potissimum pertinere. Quoniam sors illa. quā egyptii sapientiæ partem nominēt in genesi p̄uenisset ad cor leonis. sol vero dominus eius nouam tenuisset cœli plagam. sapientiæ destinatam. Oportune rursus absoluto statim libro de sole & lumie heri ad nos computationem astronomicam attulisti. Eadem igitur oportunitate ego vicissim librum ipsum ad te hodie mitto. Vtinam nostrū hoc lumem non lunam videatur proferre. sed Solem. Die. xviii. Februarii. Mccccxciii.

Amor ip̄e deus amantem redamari iubet.

Marsilius Ficinus florentinus Iuliano insigni theologie professori ordinis minorum non minori. S.P.D.

n Ihil est dilectissime mi Iuliane q̄ silētium apud nos tuū purges. Nam & si nobis quidem raro. frequenter tamen de nobis es locutus. Ac siquid verbis forte defuerit. id totum ingēti erga nos amore compēsas. Amoris equidem ardētis erga me tui. hinc argumentū habeo p̄culdubio maximū. q̄ ego te absentem diu ardentiori quodam indies amore complector. Prouerbium vero illud si vis amari ama in libro de amore atq; ep̄lis alicubi rōibus multis exposui. Sed oīm maxima. q̄ interscribendū mō mihi succurrit eē videt̄. nisi repentina me fallit opinio. Sed vt fallat aliquanto leuius ita parūper confabulemur: Appollinē & cupidinem sagittarios antiqui fingebāt. hūc quidē flāmas. illū vero lumina iaculantem. Quēadmodū igit̄ Appollo lumē sil̄ ī geminos iaculat̄. vt quo ego te lumie viso. eodem & ip̄e me reuisas. ita cupido flāmas vt qua iā ardet vnus eadem mox ardeat alter. Omnino vero amorē esse deū. & plato probat. & oīs testificat̄ antiq̄tas. & theologi nr̄i sanctū quidē sp̄ūm amorem primum seraphicis. i. amatoriis āgelis anteponūt. & seraphicos angelos veris amoribus vbiq; p̄ficiunt: Amatoriū ergo numen mu

tue charitatis & iunionis amicum. vbi aliquem accēdit amore. statim ardentes ex hoc amore velut speculo radios in amatum occulta quadam & mirifica virtute reflectit. vt absens vel inscius ille mirabiliter accensus. vicissim amet amantem. iustum nanq̧ numen nō patit̃ amātem superno videlicet instinctu concitum non redamari. Sed iam de amore satis. Cōquerebaris præterea per epistolam plotini libros ad vos minime peruenisse. meam ꝓpemodum tarditatem accusaturus. libri quidem ipsi præterito maio sunt ab impressoribus absoluti. Sed in quibus mandatum est a medicibus. vt eos saltem per ytaliā diuulgarent tardiores hactenus extiterunt. ac me etiam vrgente. sunt tardi. Nouam platonis interpretationem nondum edidi vltra dimidiū iam productam. Ad hanc tu me maxime omniū adhortatus es. forte interim cohortantibns angelis in quorum æde id in cœna mihi ꝑsuasisti. Quo tempore post declamationes nostras ibidem frequentibus contionibus tu orabas. libellum de sole & lumine a me nuꝑ æditum ad te mitto legēdum. vt vbi noster iamdiu feruet calor. ibi lumē quoq̧ refulgeat. Die. xxi. Februarii. Mccccxciii.

In librum de Sole.

Marsil. Fi. mazingo Phisico insigni cōphilosopho suo. S. D.

O Mnes (quod te nō latet) Astronomi. Lunam quidem tercia ab ascendente cœli plaga gaudere putāt. itineris illinc breuis religionis quæ parue ducem. solem vero nona. longioris itineris: ac religionis magne rectorem. vt autem tutius loquamur saltē significatorem. Cum tu igitur longam religiosumq̧ ad Loretanam ædem iter sis ꝓpediem aggressurus merito. solem quendam nunc tibi trado mihi nuper exortum. Futurum (vt opto) sereni aeris. facilisq̧ itineris auspicium.

In librum de sole.

Marsil. Fi. Georgio Cyprio insigni medico. S. D.

C Vm phœbum omnes medicine auctorem medicorumq̧ patrem esse consentiant. merito phœbeū de sole & lumine librū a nobis nuꝑ æditum ad te mitto legendum. Antiquū familiæ nr̃e medicū: Phœbus igitur ꝑpetui amoris erga te mei veridicus tibi testis erit. sol tibi signa dabit (vt inquit Maro noster) solem q̄s dicere falsum audeat. Die. xiiii. Iunii. Mccccxciii.

In librum de sole. missum.

Marsil. Ficinus. Baccio vgulino. S. D.

C Vm fratres sint phœbus atq̧ bacchus. alter merito salutat alterum. At vter vtrum prior adit: non appollinem quidē liber metuens forte ne verba reportet. sed phœbeus ipse bacchū sperans referre mœrum. xv. Iunii. Mccccxciii.

Fœlicia ad phiam auspicia, a mercurio & saturno & sole.

Marsilius Ficinus Nicholao volari dilectissimo suo. S.P.D.

n Vllus familiariū nřorū fœlicioribus q̄ tu auspiciis Philosophari cœpit: Nō cōmemorabo equidē latius ī pñtia: q̄tum ad phiæ studia cōferre puteť. Cōiūctio illa Mercurii cū Saturno sub aquario tūc īminens qn̄ & ego librū de Sole & lumīe cōponebā & tu Phīæ iam dabas exordia: atq3 quidē ab ipso Sole sane tanq̄ orpheus alter ab apolline potius q̄ a musis. Hūc ergo solē qđ quidem auspicia tanta decebat: aquilinis statim oculis suspexisti. Ad hoc vero deinceps: qui inter cœlestia dominatť: ad altiorē Solē cœlestiū auctorem mira quadā celeritate ꝓfectus: platonicā theologiā fœliciter ad modū es aggressus. In q̄ quidē tam ꝑspicue indies ꝓfundissima queq3 mysteria inspicis q̄ dilucide fas est eū cernere: q nō sub Luna sed sub ipso Sole singula cōtueť. Pergæ queso mi valor: ea deinceps alacritate: qua cœpisti: & me passim socio & apolline duce. summū veritatis glorieq3 splendorē breui cōsequuturus.

Signa legittimi platonici: atq3 de ideis.

Marsilius Ficinus Francisco Diaceto cōplatonico suo. S. P: D.

e Rrant omnio: q ꝑipateticā disciplinā platonice cōtrariā arbitranť: Via siquidē termino cōtraria esse nō potest. Peripateticam vero doctrinā ad sapiam platonicā esse viā cōperiet: quisq3 recte cōsideraverit: naturalia nos ad diuina ꝑducere. hinc igř effectū est: vt nullus vnq̄ ad secretiora Platonis mysteria sit ad missus: nisi ꝑipateticis disciplinis prius iniciat᷑ Absoluti vero Platonici tria sunt symbola: qbus sacerdos eius modi a ceteris phis septisq3 discernitur primum quidē est mēs sublimis ab inferioribus se ipsam sempꝑ ad superiora conuertens. Secundū vero religio. Terciū eloquētia: & hæc quidē. q. poetica. Primū rursus ad Saturnū. Secundū ad Iouem Terciū ꝑtinet ad Apollinē. Solus itaq3 platonicus est legittimus qui illa quā diximus īcedit via. His ꝑ̄ditus symbolis. His (vt ita dixerī) numinibus cōmendatus. Quamobrem cōphē mi francisce tibi tanq̄ legittimo platonico gratulor & a cademiæ gaudeo. Vt aūt ad tuā illā de ideis questionē ꝑ eplæ modo respondeam: ita breuiter accipe Non putas proprias singulorum ideas in mente prima inter se absolute quidē sed quadā relatione distingui. Ego sempꝑ similiter iudicaui. Nec3 id quidem a plotino iam tuo arbitror alienū. Quod sane in cōmentariis in eum breuiter explico Negæt & in parmenide proculus ideas proprias singulorū; videlicet absolute distinctas. id ꝓcul dubio platoni maxime consonat in Timeo dicenti ideale exemplar æternum esse Quod ve ad ipsum exprimeť atq3 ꝑ ipsum: sempiternū fore significāti. Vnde colligiť naturaliū species illinc pœnitus exprimi: tanq̄ videlicet sempiternas: singula vero nō æquæ: sed sequentibus deinceps causis ad extremū inter se discerni. Quæ tamen distin-

ctio intellectum primũ non lateat vniuersi ordinis cõditorem. Hinc in Timeo Iunioris dii. Demonesq; architecto mandante atq; dispo- nente singulorum sub Luna fabricam prosequũtur. Ne igitur vel in eo quod summope est vnitum. extrema sit multitudo. vel cum q̃ pluri- ma lateãt qui intelligẽtia facit & perficit omnia. singularium om̃ino mutabilium illic ydee non sint re ipa inter se naturaliter disiũcte. sed eiusdem intelligentiæ se ipam aliter atq; aliter cõferentis rõne distin- cte. Bñ igit̃ excogitasti mi francisce. bñ vale. die. xi. Iulii. Mccccxciii.

Purgatio silentii diuturni.

Narsilius Ficinus philippo valori oratori florẽtino ad summũ pontificem. S. P. D.

q Væres forsitan diuturni huius silentii causam. Hæc aũt nihil aliud est vt respondeã breuiter: q̃ incerta scribẽdi causa. Nã quid potissimũ scribam. An forte quomodo valeo. Qui ma- le ne: an bene valeam. semper ambigo. Nũquid significabo quid fa- ciam. & de hoc hercle ambigo. Equidem quid velim scio. Quid tẽ- tem. Quid autem efficiam adhuc ignoro. Ambigo quin etiam p̃sen- tem ne te nobis putem. an absentem. q̃ quotidiana nicholai fratris tui mecum philosophantis consuetudo vsq; adeo p̃ñtem reddit. vt esse opus æpistolis nõ aduertem. Solent grati homines post diutur nũ silentiũ ep̃las saltem mittere longiores. Ego aũt adeo nnc ingra- tus fuero. vt breuissimo forsitan æpistolio. longissimũ silentiũ cõpẽ sare confidam. Nequaq̃. sed amor ingens potius. & fiduciã p̃stat & satis officio facit. Vale die. xv. Iunii. Mccccxciii.

In librum de sole.

Marsilius Ficinus antonio calderino. S. D.

s Ol inter cœlestia dominus in hoc vel maxime cæteras rerum naturalium causas antecellit: q calore quidem om̃ia facit. lu- mine vero demonstrat. Mihi vero & si nihil opus ẽ. vt calore solis vtar. ad carderinũ calefaciendũ. quẽ in rebus meis expediẽdis atq; tuendis vbiq; feruentissimũ sum expertus. lumine tamen solis vtendum censui quo ardẽtem amorem nostrum iamdiu testimoniis plurimis confirmatum: nũc insup teste appolline palam om̃ibus de- clararem. Die. xv. Iulii. Mccccxciii.

Lumen est admirabile. quoniam est ymago sapiẽtiæ. Item q̃ mi rabilis sit copula sapientiæ cum potentia.

Marsi. Fi. Ramberto malateste. illustri Sogliani principi. S. D.

c Ommunis omniũ certaq; sententia ẽ. & quasi vox ipa natu- ræ nihil aspectu pulcrius. nihil amabilius. nihil admirabilius esse q̃ lumen. Et si hoc om̃es extta controuersiã confitentur. vbi tamen tante rei tanq; manifeste. causam queras non omnes iam inuenient rationem. Sed solus ille probabiliter respondebit. qui lu-

.men hoc oculis manifestum.animaduerterit. nihil aliud esse q̃ occulte lucis.i. sapientie ip̃ius ymaginem est eñ reuera sapiẽtia nihil aliud preter clarissimum intelligentie lumen. Quod quidem Plato noster in phœdro vaticinatus est.si quãdo interioribus oculis cerni possit. amores sui multo ardentiores excitaturũ:q̃ lumen hoc patẽs in corporibus speciosis quotidie soleat amatoribus incitare. quippe cum lumen hoc aspectu perspicuum non alumen tantam apud nos grãm admirationemq̃ nactum fuerit q̃ ex illo secretiore cuius est ymago. ex illo inquam diuine sapientie lumine.Diuina igitur sapientia vbiq̃ dedit lumini tanq̃ suo cuidam vicario principatum.Corporis quidem nostri soli duces sunt oculi.Soli enim inter membra sunt luminis q̃si cuiusdam sapientiæ compotes. Inter omnes quoq̃ anime vires regnat mens sola videlicet munere sapientie luceus.Elemẽtorum p̃terea similiumq̃ corporum ignis est. Dominus solus inter hec.q.sapiens quidam lumine preditus. In cœlo similiter sol ipse solus fons luminis omnibus dominatur.Idemq̃ apud astronomos potentiam significat atq̃ sapientiam.nona cœli plaga gaudens velut ede minerue.Cuius etiam vicinitate mercurius sapientis nomen obtinuisse videtur. Quid plura.Ip̃m deniq̃ totius. mũdi regnũ nõ caloris vllius aut frigoris violentia.aut motuum quorũdam impetus.aut vlla corporum vel fluctuantium turba vel fastorum moles sibi vẽdicat. Sed sapientia prima.sicut omnia cernens sic & omnia potens. sicut p̃uidens vbiq̃ singulis.ita rursus & domina singulorum. Hæc itaq̃ merito & nobis mandauisse videtur vt ita sapiẽtiam cum potentia pro viribus coniugamus.sicut ip̃a & in se & in vniuerso manifeste cõiunxit.Quamobrem diuinitus effectum arbitror.vt solis lumen idẽ. q̃d quidem efficit omnia tanq̃ potens.similiter omnia demõstraret velut sapiẽs. immo & cũcta iuuaret atq̃ delectaret tanq̃ bonum. Quo semper ammonemur cum potentia non solum sapientiam. sed bonitatem etiam copulare. Eiusmodi vero copulam venerãdam prorsus atq̃ beatam & poetæ canunt extitisse quondam regnante Saturno. & plato noster videre præceteris exoptabat. Ac nos septatores eius ante omnia cupimus. Virum præceteris amaturi.qui singulare sapientiæ studiũ morumq̃ probitatem.cũ generosa stirpe simul & principatu coniũxerit.Hic iam adulationis vanitatisq̃ suspicio a philosophis admodum aliena.prohibet latius explicare quod sentio.fas vero sit id saltem breuiter eloqui.In Ramberto malatesta sogliani principe.iam habeo tota quod mente petebam. tota hunc mente diligo. Atq̃ lex amicitiæ iubet mea huic omnia cõmunia facio.

Quomodo venus per cupidinem cõmiscet amantes:Iuppiter amicabilis per mercurium conflat amicos.

Marsilius Ficinus Florentinus Ramberto malateste illustri so gliani principi. S.P.D.

n Ntiqui gentium theologi amiciciam tāti fecerunt. vt inter cæ tera numina. immo & sæpe præceteris Iouem coluerint ami cabilem: conciliandis vbiq₃ beniuolentiis amiciciisq₃ prefectū Apud hos ego quemadmodum alma venus per cupidinem & accē debat amores (vt ita dixerim) coniūgebat amantes. Ita iuppiter ami cabilis per mercurium grauiores procreabat beniuolentias. amicici asq₃ conflabat. Si nobis hodie liceat iouem Mercuriumq₃ nominare profecto amiciciam nostram non humana quadam causa dixerimus sed iouis amicabilis munere copulatam. siquidem ipa minerua beni uolentiæ nostre cōciliatrix. fertur e summo iouis capite nata. Sed nū quid per mercurium id nobis effecisse dicemus. Per mercurium cer te. non solum per ocultiorem illum atq₃ cœlestem. sed etiam per noti orem nobis aliquem & humanum: Quandoquidem petrus martel lus vtriusq₃ nostrum amicissimus. qui & nos coniūxit in vnum non solum mercuriale fert ingenium sed ipsam etiam effigiem indolem q₃ mercurii pre se ferre videtur. Quam equidem vt de meo quodam quasi vaticinio nōnihil dixerim nondū inspecta eius genesi augura tus sum. & inspecta. sum augurio confirmatus. Is igitur quēadmo in amicicia inter nos vincienda. hactenus sub ioue Mercurium egit. ita deinceps in mutuis consiliis inter nos significandis interpretan disq₃. vltro citroq₃ mercurius erit. iiii. augusti. Mccccxciii.

Sol ymago vicariusq₃ dei.

Marsilius Ficinus. in xp̄o patri. D. Frācisco soderino episcopo Volaterrano. S.P.D.

l Ibrum de Sole nuper magnanimo petro medici dedicatū ad te quoq₃ necessarium eius mitto legendum. sed vt tibi etiam alteri patrono meo liber ipe totus videat̄ inscriptus hāc toti us summā tibi dedico. Tria theologi deo p̄cipua tribuunt. Potenti am. Sapiētiam. Bonitatem. sol igitur ymago dei efficit apud nos oīa tanq̄ potens. Distinguit præterea quotidie demonstratq₃ oculis sin gula velut sapiēs. Iuuat deniq₃ nos atq₃ delectat tanq̄ bonus: Dei so lius proprium esse tradūt miracula facere. Sol itaq₃ dei vicarius tria potissimum miranda videtur efficere. Sub cœlo quidem q̄pplurima per hyemē quasi mortua in vere suscitat & estate. In cœlo autem cœ lestia omnia illuminat & moderatur & tegit. Quæ vero super cœlum nō oculis tantū. sed mentibus etiā nostris inuisibilia sunt. sol ipe (vt ita dixerim) visibilia reddit. dum admirādis cœlestiū spectaculis nos admonet super cœlestia cōtemplari. Cōtemplare fœliciter sacer anti stes solem hūc nostrū atq₃ lumē. vero p̄ceteris sole alma luce dignissi me. viii. Septembris. Mccccxciii. Florentiæ.

Probemium in æpistolas.

Marsilius Ficinus Florentinus cũctis semel æpistolis suis. S.D

q Voties æpistolæ meæ amicis (meis me iubẽte) Salutẽ dicitis: tocies amicissimo vestro Hyeronimo rossio imortales salutes dicitis: Vos.n.ego mortales genuerã: ac nescio q̃ fortuna ꝓpediem moribũdas Hieronymus aũt insignis pietate Vir regenerauit vos nup (vt spero) iã imortales. Latebatis.n.iamdiu lucis cupide: nec quisq̃ adhuc: e tenebris eruebat Fato forsan vel genio nõdũ volente. Rossius aũt noster: imo iam & vobis Roscius: qua pietate semper erga parentẽ vestrũ Marsilium se gessit: eadẽ nũc & vos charitate quadã hereditaria fœliciter est ꝓsequut⁹: diligẽtia simul & opa curãs: vt vestre facies iam iam oppræsse: prorsus exprimerent: Hũc ergo doctũ piũq̃ restitutorẽ vestrũ: hactenus quidẽ tristes: nunc hilares salutaretatq̃ ꝓ ingenti immortalitatis munere immortales gr̃as agite. xv. Decembris. Mccccclxxxxiii. Florentiæ.

Pro libro de Sole: itẽ de stella Magoꝝ i solẽnitate Ephiphaniæ.

Mar. Fi. Angelo Nicholino ciui & Iurisconsulto p̃claro. S.D.

h Odie magi (stellarũ obseruatores stella mirãda duce) christũ stellarũ auctorẽ muneribus præcipue tribus salutauerũt: Auro: Mirra: Thure. Hodie Christus sancto spiritu cœlitus coruscante: fert ab Ioanne Iordanis aqua ꝑfusus. Hodie xp̃us aquarũ procreator & Vini nuptiali cõuiuio mirabiliter aquã cõmutauit in vinum. Hunc ergo diem tribus ingentibus miraculis celeberrimum insignis pietate vir Angele: trino tu quoq̃ solenniter quotannis honore cõcelebras: Cõuiuio: Musica: Lectiõe: Huic equidẽ lectõni apte sacræ: librũ de Sole & lumie cõsecro: hac a me nup ratiõe cõpositũ vt Solis luminisq̃ visibilis cõparatione ad visibile diuinitatis lumẽ ꝓ viribus cõtemplandũ Lectorũ mẽtes erigerent. Vtinã sicut stella mirabil' ad vidẽdũ xp̃m: deũ & hoiem: ꝑduxit hodie magos. ita nos ad deũ excogitãdum hodie sol ꝑducat: Ianuarii. vi. Mccccclxxxxiiii.

Pro Bacchi dono. Item Euangelicũ illud: ex aqua vinũ factum.

Marsilius Ficinus Mazingo insigni phisico. S.D.

m Atutinis infra octauã Ephiphaniæ lectionibus: freq̃ẽter admonitus Hodie mecũ: euangelicũ illud aio reputabã Vinum ex aqua factũ: An præter mysticã allegoriã: atq̃ moralẽ: phisicum quoq̃ sensum habeat: si quidẽ nã longo quodã tp̃e: aquã ferme sicut momẽto xp̃s ꝑmutet in vinũ: Phisicus vero sensus: ad medicũ præcipue ꝑtinẽs inuestigat Cur nã hoc primũ miraculorũ suorũ xp̃s esse voluerit: Forsitan vt ostẽderet: primũ summũq̃ vitæ nostre subsidium fore vinum: Sed cur nã vinũ bonum. i. validũ: quale creticum & orientale merum seruatum est vsq̃ adhuc. Cur noluit ille vitæ magister in prima mense vinum hoc afferre. Sed adeo distulit voluit for

sitan admonere: vinũ virtute vigens ferueti viueti minime concedẽdum: sed recreande potius frigidiori senectuti seruãdum. Cur deniq̃ nõ partẽ sed totam prsus aquam pmutauit in vinũ: vt videlicet bonum vinum in senectute præsertim bibat̃ & merum. Itaq̃ cum hæc circa meridiem meditarer: exoptare cœpi atq̃ iam exquirere vinum eiusmodi: quo & senectutem meã & matris senium cõfouere: Nam præterito autũno illa quidem octuaginta: ego aũt sexaginta iam annos impleuimus: Tu vero tanq̃ vates eadẽ hora vinum ad me misisti: diuinũ Apollineũ certe medicum: q̃lis meus est mazingus & vaticinium decet & bacchi munus siquidẽ phœbus idem & primus medicus & vaticinii auctor apellat̃: bacchi frater sacrisq̃ cõiunctus. Qd deniq̃ multifacio: vna cum electissimo liberi patris munere æpistolã dedisti galenicã: vitæ salubriter cõsulentem: Vt cũ auxilio cõsiliũ amice cõiungeres. ego igitur quantũ cum medicina pronosticum & cum Phœbo Bacchus: tantum profecto sum atq̃ semper ero tecum amore cõiunctus. Ianuarii. xiii. Mcccclxxxxiii.

Pro libro de vita iterũ iprimẽdo. Itẽ auspiciũ de amicicia imortale.

Mar. Fi. Florentinus Ioanni Menchen sacerdoti colonicsi pclaro iuris canonici pfessori magni coloniæ antistitis secretario. S. P. D

q Vintodecimo Kl'ndas Februarias ppe solis ortũ in somniis salutare videbat̃ in cognitũ mihi antea virum honesta speciæ pditũ: vestibus comitibusq̃ ornatum. Qui post disputationẽ phisicã mihi pedẽ ostenderet quasi curãdum: eodẽ ipse die Florentiã accessisti: profecturus Romã magni antistitis Hermani legatus: qui cum pter cõtusionẽ pedis ad nos venire non posses desideriũ visẽdi significasti: egoq̃ ad te: vt nõ oportebat solum: Sed etiam decebat accessi itaq̃ cũ primũ te iã obuium sum intuitus: agnoui statim qualem in somnis Heroicũ virũ viderã: post salutationẽ primã in mentõniem operis nostri de vita mox incidimus: multaq̃ ad medicinã præcipue pertinẽtia inuicẽ diseruimus. Interloquendũ: vt quicquid dormiens præsagiueram impleret̃: pedem ostendisti cõtusum. Itaq̃ non somniũ quidẽ vidisse videor: Sed oraculũ diuinitus accepsse. Certũ (vt arbitror) auspiciũ amiciciã nostrã fore diuinã. Qm̃ vero Diuina sunt etiã imortalia: imortalẽ ego quidẽ (vt modo narraui) diuinitatẽ amicitiæ nostre p̃sensi. Tu vero interim futuram eius imortalitatem excogitasti. Decreuisti. n. libros de vita nostros curare iterũ exprimẽdos: Quos & nostra hæc vita latius inde propagaret̃: & posteri hoc tuo erga nos officio q̃tum nos amauaeris pariter a nobis amatus: intelligant. atq̃ ita diuina hæc amicitia nostra apud posteros imortalis euadat. Viue fœlix mi Ioannes & nostre propagator vite: & vita dignissime. Vale fœliciter. xvii. Ianuarii. Mccccclxxxxiiii. Florentiæ.

Commendatio breuis in causa Iusta.

Marsilius Ficinus Reueren. in Christo patri domino Francisco Soderino episcopo Volaterano. S.P.D.

m Onasteriū septimi tibi cōmendaturus in causa Mutinēsi paucis agam. Scio equidē q̄ tum monachos illos viros ad modū pios: ames: Quos ego quoq; non amo solum sed colo. Arbitror eos tanq̄ iustos iusta etiā postulare: tu iuris acerrimus es patronus. Quicquid deniq; officii in hos cōtuleris in me horū obseruatorem pariter collatū esse putauero. Monachus istic huius cause ꝓcurator: & re & nomine iustus diligenter tibi refert omia. Me quoq; tibi cōmēdo q̄ plurimū. Vale fœlix. xxv. Ianuarii. Mccccl xxxxiiii. Flo.

Plato multa Christianis cōsentanea dixit. Platonici multi christiana sunt imitati. Marsilius Ficinus Florentinus Reuerē. in Christo patri. D. Iacobo Rōdono episcppo Ariminensi. S.P.D.

f Rater sanctes in ordine diui Dominici theogie ꝓfessor insignis: tuo nomine me salutās: testimoniis ꝑfecto multis asseuerauit: me abs te ardēter amari: quod quidem & si iā diu mihi plane ꝑspectū erat: desiderabā tn̄ de prorspera valitudine tua nuntiū qualē nunc accepi diutius exoptatū. Philosophia humanoꝝ omnium bonorū mater: amicitiā iamdiu nostrā peperit: omni (vt Plato inquit) necessitudini ꝓponendā: nec tpe piturā. Sed hec ꝑfecto certiora sunt: q̄ vt testibus verbisq; indigeant. Retulit præterea nobis fratrem (nescio quē) in declamatiōe publica insolenter asseuerauisse trinitatis apud xpianos diuinæ mysteriū: apud platonē ipm extare. xpianosq; familiaria illinc primos accepisse. Vos aūt a me sup hac re tanq̄ mihi Platonica sint: iudiciū expectare. Ego igit extra controuersiā assero: trinitatis Christiane secretū in ipsis platonis libris nunq̄ esse. Sed nōnulla verbis quidē q̄uis nō sensu quoquo mō similia. Similiora vero in sectatoribus eius: qui floruere post Christū: in numenio Ammonio: Plotino: Amelio. Iamblico. Proclo. Qui cū & omes Ioānis Euangeliū egissent: Et quidā insup Dionysii areopagitæ libros: nōnulla trinitati similia libenter vsurpauerūt: ordinesq; angelorū & nomina susceperūt: tanq̄ platoni suo Mosis sectatori plurimū cōsentanea. Quāobrem Aurelius Augustinus quondā platonicus & iam de christiana ꝓfessione deliberās: cū in hos platonicorū libros incidisset: cognouissetq; christiana p imitationē nā ab his ꝓbata: deo gratias egit: redditusq; iam est ad christiana recipiēda ꝓpensior. Quantū vero platonica christianis similia sint: ex æpla quā hac de re ad Braccium martellū iamdiu scripsi breuiter intelligere poteris. Hanc. n. nūc exscripta ad te mitto. Vale fœlix & me (vt soles) ama: te vehementer amātem. Die. ii. Februarii. Mccccl xxxxiiii.

Semp aliquid agendū: & quoad fieri pōt: in eodē ꝑseuerādum.

M. Fi. Flo. Callimacho doctissimo viro: & amico optimo. S.D.

Vm vniuersum hoc cuius quodāmodo partes sumus: semp
c mouear: certe nos ab actione motuq3 vocare: neq3 possumus
vnq3 neq3 debemus præsertim qm primus ppetuusq3 motus
(vt placet platōicis) ē ipsi aiæ naturalis: & vita nihil ē aliđ q3 aie mot9
& actus: vt q3 viuere: tā pfecto moueri & agere necessariū sit: & pari-
ter exoptandū. Sed nūquid ego interim sum ineptus? Oportuni9
forte fuerat post diuturnū silētiū rōnes negociorū nostrorū & valitu
dinis nuntiū: statim p eplam tibi reddere: q3 adeo repēte philosopha
ri. Certe fuerat oportunius mi Callimache. Verum q tam importūe
philosopher: in causa ē & diuturnior iā nr vsus & Genius. Tu quoq3
nobis cū soles p eplas sæpe: sed tempestiue & apte semp philosopha
ri. Pergamus ergo Parump (vt iam cœpimus) vtinā nō inepti. Tres
præcipui sunt per locū in vniuerso motus. Alia quidē circa idē eodē
q3 modo ppetuo reuoluunt. Alia vero cōtinue locū sitūq3 pmutant.
Alia partim quidē motum illū circularem partim etiā rectū hunc imi
tant. Hoies quoq3 alii motus alios psequūt. Sed vt ego nūc de mo
tu iam meo nō alieno loquar: mihi certe datum est: vt semper reuol-
uar eodem. Quid nā hodie Marsilius agit. Quod & heri. Quid cras
acturus? Iterū quod & hodie. Semp (vt vides) intra parietes achade
miæ voluor circa idem: iterū reuoluor. Quid aūt hoc iā diu circuitu fe
cerim: rursusq3 refecerim: atq3 retexā: intelliges ex cathalogo librorū
meo(rum): quē vna cū libro de Sole legendum ad te mitto vt clarissimo
phœbi muneris testimonio amicissima nostra præsentib9 posterisq3
refulgeat. Mitto aūt triplicē de Sole & lumie codicē: vt nō tibi so-
lum ego gratificer. Sed tu quoq3 duobus tuis amicis gratificari pos
sis. Quæ igit cōponāt a nobis ex his ipse pcipies. Ego vero te iā res
tuas cōposuisse ex octauiano tuo & tedaldis accepi. Qđ quidē mihi
cōtigit q3 gratissimū. Vale fœliciter. Die. ii. Aprilis. Mcccclxxxxiiii.

Sapientes filii sunt Mineruæ: Hæc philosophiam parit. Philoso
phia philosophos.

Mar. Fi. Germano Ganaiensi dilectissimo fratri. S. D.

Ineruam poetæ celebrant perpetuo virginem. Nulla tamen
m apud superos aut homines filios procreat grandiores per-
petua interim virginitate seruata. Si quidem ipsa solo summi
iouis capite nata: solo similiter capite generat: generat inq3 pro extin
ctis gigantibus sapientes. q. heroas gigantibus grandiores. philoso
phia quoq3 perpetua virgo sophiæ id est mineruæ filia pro sapienti-
bus philosophos vertice parit. Salue igitur iterum dilectissime mi
germane quē mihi re vera germanū cōis pepit phia mater. pia mr cū
nollet filios vnq3 iter se disiunctos & te (vt scribis) isthuc missa luce
traxit in amorē mei: & me vicissim trāsmisso hucvsq3 ex ipa luce calo
re rapuit i amorē tui. Qm vero amico(rum) pcipue fra(trum) oia dnt eē cōia:

decreui mea omnia tibi ad votum cōmunia fore. Itaq; mittā ad te primo quidem dyonisii platonicorumq; multorum libros tibi iam exscriptos. quos iamdiu petisti. Deinde cōmentaria in Parmœnidem. Quæ tui gratia quotidie exscribūtur. Quibus forte succedent cōmētaria in Timeum. atq; sophistam. Quæ quidem in sophistam properant iam ad calcem trāscribūtur: interea & æpistolæ recognoscūturq; vt cætera plotinum em̄ habere te senseram. nuper autem non scribis habere. Si mitti vis significa. Vale.

Pro libro de sole.

Marsilius Ficinus. D. Bernardo Bembo veneto. S. D.

Olet vulgaris amor sæpe ꝓpter absentiā lōgā diuturnūq; si-
s lentiū refrigescere. ꝓrsusue deleri. Amorem vero nr̄m vtpote singularem propter hæc neq; deferuere vnq̄. neq; oblitterari posse. Phœbus ip̄e & calore sit pignus. & lum̄e testis. Die. xix.

Pro libro de sole.

Marsilius Ficinus. D. antonio Cronico veneto. S. D.

Ouem quendam amicabilem antiqui colebant amicorū con-
i ciliatorem. amiciciæ seruatorem. Sed quasnam potissimum mūdi plagas iuppiter hic inhabitat. In sole forsan posuit habitaculum suū. Si quidem amicicia ab amore dicitur atq; ducit̄: Amor autem calor quidam ē. Amatorius vero ex noticia ꝑficiscitur. A pulcritudine ꝓcreat̄. Sed appollo p̄ cæteris caloris ē & noticiæ. & pulcritudinis auctor. Iuppiter amicabilis. in hoc appollineo munere amiciciæ nr̄æ pignus esto. die. xix: Augusti. Mccccxciiii.

Quid sentiat de Astrologia.

Marsilius Ficinus Angelo politiano. S. D.

Ontra multos astrologos qui more gigātum eripere cœlum
c Ioui tam frustra q̄ impie moliūtur. merito & picus alumnus palladis & tu miles herculeus sæpe fœliciterq; certatis. Nempe palladem orpheus gigantum expultricem canit. & ab Hercule poetæ multi gigantē anteū a terra simul & e vita sublatum ferunt. Ego autem quid Profecto tanq̄ in omni vita vobis vnanimis. ī hoc quoq; studio conspiro vobiscū: & si forte non decerto strenue. tamen ita plane decerno. Cæteri quidem platonici. cælestes ymagines quas describunt Astronomi. pro oportunitate cōmemorant. neq; reprobant eas. neq; rursus comprobare student. Plotinus autem talia extra cōtrouersiam ridet. Ego quoq; in commentariis meis in eum. tanq̄ interpres æque derideo: partim quidem eius auctoritate confisus. partim etiam quoniam nullam habeo certam eiusmodi rationem: Multas præterea ibidem Astrologorum regulas in cōtrouersiā simili rōe deduco. Sed in libro de vita. vbi ꝑfiteor medicinā. ac remedia vitæ. vtcūq; & q̄liacūq; possum. vndiq; diligēter exq̄ro. neq; despicio pr-

ſus imagines illas:neq; omnes reſpuo regulas & ſi-eñ arbitror certã
iis rõnem nullã ineſſe tñ vt ſtudioſiſſimus hũanæ medicinæ curator:
remedia nõ ſolũ ſapientibus certa:ſed etiã multis ꝓbabilia ſector:vt
ſubſidia paſſim accumulẽ quolibet ꝓfutura.Ne qd deniq; ꝑtermiſe-
rim intẽtatũ:qđ ad vitã vtcunq; cõducturũ cuiq; videri poſſit:nõnul
la tñ interſero firmiora:multa quoq; paſſim cõgero:q̃ & ſi forte mi-
nus ſpero:tñ opto ꝓdeſſe.Quod aũt in principio libri tercii dicere vi
deor imagines ab antiquioribus Platonicis in cœlo diſpoſitas eẽ nõ
id equidẽ volo Nõ.n.cõſiliũ ibi meũ eſt:platonicos affirmare cœleſti
um imaginũ aſſertores :de quibus aut nihil:aut parũ qd loquuntur:
Sed platonicoꝝ quorũdã fuiſſe ſnĩam:mũdi aĩam cœleſtia ſibi corpa
pepiſſe.ſtellaſq; cũ cœlo:atq; vltra ſtellas ſingl'as ſi mõ ibi vlle ſint ima
gĩes eiuſmõi quoq; imagĩes gẽuiſſe Narro aũt illic diſpoſitos ſigno
rum imaginũq; ñ q̃les apđ Platõicos,Sed q̃les apud Aſtrologos ob
ſeruauerim:iam vero quantũ imaginibus vel cœleſtibus credã vel ar
te factis cõfidã:ꝓgreſſio libri declarat. Præterea in libro de ſole nõ
tam Aſtronomica doceo q̃ per hec morales allegorias affecto: ana-
gogiaſq; ad diuina ꝑquiro:Deniq; tam in libris de vita q̃ de ſole &
lũĩne cũ philoſophicis poetica miſces: liberi⁹ ſum interdũ & forte li-
centius euagatus:cũ Plotino parcius & ſeuerius ago :vt mihi tandẽ
nõ ingratũ ſit futurũ:Aſtrologica portenta fuiſſe a pico noſtro mirã
dula ſingulariter cõfutata.Quæ.n.ego nuſq; affirmo: imo & cũ Plo-
tino derideo:ex plodi a mirandula gaudeo:ſupſtitioſam prætereava
nitatem ab illo tanq; a Phœbo pithonicũ virus extingui tecũ polliti
ane cõgratulor; Tu.n. ſemper hac in cã(vt vbiq; ſoles)Herculẽ præ
ſtitiſti.Soles ꝓfectu iam diu hæc Aſtrologorũ ꝓdigia vt alia monſtra
paſſim acriter inſequi:vt nõ in terris ſolũ ſed etiã in cœlo mõſtra for-
tiſſimus Hercules expugnaueris. Vtinã deniq; ſicut Herculi:ſic & ti
bi.Superata tellus ſydera donet:interim in terris viue diu. Vale fœli
citer.Die.xx.Auguſti. Mcccclxxxxiiii. Pro libro de Sole.

Marſilius Ficinus Bernardo oricellario Marioti filio.S.D.

CVm & optãs amicis lucẽ & cupiẽs eos lumine declarare; ope
ram eq̃dem iãdiu dederim:vt libri de Sole & lumĩe mei apud
oẽs amicos meos forẽt:nimiꝝ & tu dulciſſime mi Bernarde
nuꝑ hoc munere donandus accedis:mõ videlicet a nobis amatus:qa
nuper es cognitus:neq; tñ nunc ſolũ ſed & ſemꝑ amandus.q aũt te
vehemẽter amẽ:non ſolũ ingeniũ tuũ elegãs ꝓbitaſq; facit ſed etiam
qm̃ carus ad modũ ſis Hieronimo roſſio & omniũ mihi cariſſimo &
præceteris luce digniſſimo.ſed vt aliqd tecum de lumine cõmente-
mur:Si qñ inter legendum:illic heſſitaueris:vbi ſolẽ vel lumen dici-
mus primo creatum.Animaduerte quæſo ne forſan intelligas prio
creatiõis momento vel gradu ſolẽ vel ſolis lumen fuiſſe factum cum

moyses ipe dicat. In pricipio creauit de⁹ cœlũ & terrã. Terra aũt &c. sed lumen angelicũ prio quodã ordinis gradu creatũ: lumen vero solis: futurũ primo die: Solis deniq₃ ipius globum atq₃ figurã q̃rto: omnino vero & lumen solis & globum: primo dignitatis inter cœlestia gradu. Vale iam & absq₃ hesitatione lege fœliciter.

Commendato clientis apud Magistratum

Mar. Fi. Nicholao Benino: litteris moribusq₃ prædito. S. P. D.

e Rat ꝑfecto officii mei ab ipo tui magistratus initio ꝓ beniuolentia nr̃a nõ mediocri: tecum nõ mediocriter gratulari. Non solum ꝙ hac dignitate ornat⁹ fueris: sed etiã & multo magis. ꝙ magistratũ fores pro dignitate gesturus. Congratulãdum quoq₃ fuerat amicis clientibus meis ꝙ si vel insontes forent. Patrocinium abs te cõsequuturi essent: vel si rei: Saltem indulgentiã quandã: atq₃ clementiã. Noui. n. ingeniũ tuum. Certo scio te (quod deus ipse agẽdo præcipit) iusticiã rite cum clemẽtia cõiuncturũ. Præterea si qd hac in re circa iouẽ cõfabulari licet hunc hebrei sedech. i. iusticiã nominãt & Astronomi ioui suo iura legesq₃ cõcedũt. Eũdẽ poetæ iouẽ canũt ĩdulgẽtiæ plenũ: vt prætermittã poeticũ illud ad licentiã potius declinans q̃₃ indulgẽtiã. Iuppiter esse piũ statuit qd̃cũq₃ iuuaret: satis esto apud Astrologos: iouẽ cum legibus afferre vel significare clementiã in hoc sane deus cœlitus hoies admõuisse videt̃: vt in magistratu pariter vtrunq₃ miscerent: sed hec tu pro ingenio tuo (vt arbitror) satis nosti. Vale fœliciter Florentiæ. xxxi. Augusti. Mcccclxxxxiiii.

Gratiarum actio pro induldentia in clientem impetrata.

Mar. Fi. Nicolao Benino Litteris Moribusq₃ Prædito. S. P. D.

c Vm bonũ atq₃ malũ sibi inuicẽ opponant: atq₃ iccirco cõditõnes subeant iter se oppositas. Probabile nimirũ esse videtur. Si bonũ nã fœcundũ ẽ: vt malũ: cõtra sterile sit futurũ. Quãtũ vero malũ crimẽ ẽ: tm̃ clemẽtia bonũ sit: g̃ necesse est indulgẽtia clemẽs longe fœcũdior q crimẽ atq₃ delictũ. Quãobrẽ si cliẽtis mei delictum ep̃lam ad te nr̃am pepit: multo magis liberabis & clemẽs ĩdulgẽtia tua parere rursus debet ep̃lam: ac multo meliorẽ atq₃ maiorem pria quidẽ (vt ita dixerim) fuit Iouia: Iouis videlicet cõparatõe freta: scda igit̃ nõ aliter supatura primã: vl̃ saltẽ est æquatura: q̃₃ si fuerit apollinea. Solus enim sol potest superare Iouẽ. Quapropter vt apollineis auspiciis hæc satis officio in meo tuo facere possit: mitto eã ad te phœbi comitẽ: solisq₃ pedissequã. Lege libenter librũ de sole nr̃m tibi dono datũ: ac viue fœliciter. Die iii. Septembris. Mcccclxxxxiiii.

De Ioue amicabili & Apolline Pro libro de Sole.

Oratio Marsilii Ficini Florentini ad Ioannẽ Matheronem magni. Gallorum Regis inclitum oratorem.

a Ntiqui theologi primũ: deinde poetæ inter cetera numina Io uẽ amicabilẽ coluerũt casti amoris: ac firmioris amicitiæ p̃rem Quippe ea & ab amore pariter atq; amicitia nomẽ hoc amicabile reportauit. Cũ igr̃ & plato nr̃ numinis hui⁹ nõnunq; faciat mẽtionẽ sæpe æquidẽ intercõmentandũ q̃siui quo nã alio hũc deum nomine clarius appellarẽ. Diu deniq; meditãti venit in mentẽ vt hunc p̃cipue deũ clarissimũ.i. Apollinẽ nominarẽ: Lucis: caloris: harmoniæ: notitiæ: fontẽ. Iam vero nec vnq̃ amamus incognita: nec quicq̃ sine luce cognoscimus nec absq; calore quodã ad amandũ aliq̃n ꝓuocamur Præterea & harmonica quædã congruitas est ad amorẽ & amicitiam necessaria. Rursus ad amorẽ sæpe desideratˀ pulcritudo corpis. Ad amicitiam semp optatˀ ani pulchritudo: vtraq; vero pulcritudo nihil aliud q̃ splẽdor quidã esse videtˀ. Splendoris aũt auctor est apollo. Omnes itaq; rationes cogũt: amoris & amicitiæ fontẽ apollinẽ præcipue nominare. Nos aũt si cõfabulationis grã deorũ numerũ forte gentiliũ more recipimus: phœbũ esse dicemus. Deũ quẽdam numen ue soli p̃fectum inter cœlestia regem: sin ratõne potius seria: nitimur phœbum esse deum summũ asseuerabimus. Cui⁹ sol cœlestis est imago. Itaq; phœbus ille honesti amoris & amicitiæ firmæ auctor est sol vero significator. Cũ igr̃ ego phœbo quodã sapiæ virtutumq; tuaꝝ splẽdore singulariter inflamatus: te ardẽter amẽ: affectemq; amicitiã ex amore cõflare: nimirũ & apollineis auspiciis ad te venio: Salue.

Multifaciendum est Laudari a laudato viro.

Marsilius Ficinus Germano Ganaiẽsi viro virtute p̃stanti. S. D.

q Væ de excellenti virtute dignitateq; tua iam pridem. e multis audiueram: nuper Cosmus sassectus: & Laurentius spinellus testimoniis apud me multis confirmauerunt: viri nobiles: atq; testes hac in re profecto locupletissimi. Narrauerunt præterea q̃ ti me facias & q̃ ardenter ames. Ego vero plurimi facio probari amari q; abs te laude præceteris & amore dignissimo. q̃ igitur tibi gratum sit: nostra visere: tam nobis optabile: tibi prorsus gratificari. Videbis (vt spero) mox nõnullos hinc ad te platonicos venientes: Vidisses & Areopagitam simul platonicorum culmen: si nunc eo habitu. qui & ipsum & te decebat accedere potuisse: ex scriptoris & librarii: negligentia impediuit accessum: Paucos (vt spero) post dies veniet cum æpistolis. Exscriptum iam tibi est commentarium in parmenidem. Quottidie rescribitur in Timeum. Vale fœlix: atq; (vt cœpisti) carissime mi Germane. Marsilium germanum sub platone tuũ ama præcor ardenter amantem. Die. xvi. Octobris. Mcccclxxxxiiii.

Pro libro de Religione Purgatio de tarda salutatione.

Marsilius. Ficinus Ioanni stephano Equiti & Oratori Mediolanensi clarissimo. S. P. D.

e T si virtus dignitasq̃ tua & amor ingens erga te meus iã diu postulabat. vt te vltro frequenterq̃ salutarem. tuorũ tñ negociorũ turba interpellare te nisi in te quadam necessaria ꝓhibebat: Nunc igit̃ cum & minus tibi forte negocii fore putẽ. & nr̃a res exigat (vt iam pridem par fuerat) te saluto. salue semꝑ in ipso sempiternæ salutis auctore. Deo vir oim̃ salute dignissime. Nolui equidẽ ad virum virtutis dignitatisq̃ plenũ accedere vacuus. ad inclitũ illustrissimi ducis oratorẽ sine duce venire. Ducit itaq̃ me in pñtia xp̃s veritatis & gr̃e plenus ferentẽ mecũ librum de xp̃iana religione tractantẽ. Neq̃ te offendat p̃cor humilis ac pauper libri habitus. siqdẽ xp̃iana religio & in primis humilitatẽ p̃cepit & libẽter pauptatẽ tolerat. Omnino vero liber de xp̃iana pietate cõpositus te decet insignẽ pietate virum. Præterea duo potissimũ amor: vt sit perfectus desiderare videtur. ardorẽ inq̃ atq̃ firmitatẽ. Profecto q̃ te ardenter amẽ testimonio esse potest sol ille apud te noster: vt luminis. ita & caloris origo. q̃ vero firmus noster erga te amor sit futurus argumẽtũ pœnes te atq̃ pignus erit pñs de religione liber. Nihil. n. religiosa pietate firmius. charitas nũq̃ excidit. vale fœlix. meq̃ ama p̃cor iamdiu ardenter amantem. Die. iiii. Nouẽbris. Mccccxciiii.

Oratio Marsilii Ficini Florentini ad Carolum magnum Gallorũ regem.

e Xcelsa maiestas tua: rex carole semꝑ inuicte. solet nõnũq̃ (vt pleriq̃ ferũt) dicere ad hãc expeditionẽ mitti diuinitus. Qđ quidẽ nos & vniuersus hic populus florentinus tuus procul dubio credit. firmiter sperat. vehementer congratulatur. Veri nanq̃ simile est & xp̃ianissimũ Gallorũ regem a xp̃o mitti. & Carolum p̃cæteris insignem pietate regem. xp̃iana pietate duci: presertim cum iter opusq̃ tñ ea mente sis aggressus. vt sanctam hierusalem seuissimis barbaris occupatam. summo humani generis redemptori: deniq̃ redimas. Regnum profecto sanctum speramus te facile redempturum. Recepto prius ob iter hereditario regno. siquidem hoc itinere passim pro viribus vestigia xp̃i sequaris. xp̃s rex pacificus pacem volentibus sæpe promittit. idem tu quoq̃ rex xp̃ianissimus singl̃ari pietate præditus promittis (vt audimus atq̃ vt speramus) profecto p̃stabis: idq̃ reuera facies quod pio quondam Eneæ. Aeneadumq̃ generi mandatum est a patre. Parcere subiectis & debellare superbos. Quamobrem cum volẽtibus pacem. omnibus pacis auctor sis futurus. tuis præsertim. id est nobis pacificum te præstabis. Florentiam ciuitatem tuam mirifica pietate vises. Florentiam a flore: id ẽ a lilio dictam. Liliorum vbiq̃ plenam. In propria venies & tui te tota mente recipient. Tu autem ducem tuum imitatus xp̃um clamabis ad populum. Venite ad me om̃es qui laboratis & onerati estis. & ego reficiã

vos. Præsens itaq; populus & futurus in æuũ gratiosum regem carolum a charitate gratiisq; nominatum his semper vocibus celebrabit. Benedictus. qui venit in nomie domini. Carolus carus nobis excelsus rex pacificus. Hæc est dies quam fecit dominus exultemus & letemur in ea. Hæc inq; de tuo splendore populus florentinus præsens futurusq; prædicabit. Totus autem mũdus. omniũq; cõmunis hystoria. quæ mox dicam (vt arbitror) recensebit carolus gallorũ rex inuictus cesarianũ illud dictu magnum. factu maximum. Veni. vidi. vici. adeo supauit: vt dicere iam iure possit. Nondum veni. necdum vidi. Iam vici. superauit & celebratissimũ illum apud omnes herculem. Hercules em̃ manibus. igne ferro. Claua laboribus dicit̃ pugnauisse. Carolus autem magnus. non tot quidem machinis. Sed ferme Iouis instar. solo (vt ita dixerim) nutu cõcutit orbem. vt iam nõ galliæ dumtaxat. sed etiam orbis dominus videatur quãdoq; vocandus Quoniam excelsus carolus videtur missus esse diuinitus ad domãdos turcos. & ad sanctam hierusalem sic a manifestis hostibus vindicãdam. sic vt ipe deus omnipotens humanũ genus ab occultis hostibus liberauit.

Cur puidẽtia pmittat aduersa. Item de vaticiniis remediisq; malorum Marsilius Fi. Florentinus Ioanni Caualcanti amico vnico. S. D.

SAepe quæritur a plaonicis cur nam prouidentia dinina pmittat semper homies malis innumerabilibus agitari. Iustos pariter & iniustos. Summatim ad hæc respondere solẽt. Primo quidem a mortalibus ignorari. mala ne ista sint an bona. Hũanas em̃ res vmbris. cogitatõesq; somniis eẽ cõsimiles. huc tendit prophetićum illud. Omnia vanitas. Omnis homo mendax. Respondẽt iterũ etiã si constiterit. q̃ mala uident̃. quodãmõ etiã esse mala. Deniq; malũ ab ipo summo bono pmitti dũtaxat grã boni. Res em̃ difficiles & aduerse viciũ qdem curabile purgãt incurabile vero puniũt: Illic igitur purgatõis. hic iusticiæ lucet bonũ. Boni qnetiã homies in aduersis discernũtur a malis & exercẽtur atq; pbant̃. Probatio vero & pfectus & cõstantia bonũ. Opepciũ ẽ pterea diligenter cõsiderare platonicũ illud in phœdro de venefica mali demõis astutia dictũ: demõ aliqs statim ab initio viciis q̃plurimis immiscuit voluptatẽ. Hæc qdem ibi socrates inquit admonẽs. malorum demonũ pcipuũ eẽ studiũ. animas seorsum a cœlesti pria in hoc exilio diutius detinere superni pris oblitas. longasq; machinari moras illecebris oblectamẽtisq; terrenis qbus pfecto q̃si poculis venefice circes: soporiferisq; sirenum cantibus delinite. nũq; aut certe tardius in cœlestẽ priam reuertantur Contra vero demonicas insidias bñfica puidentia dei statuit. dulcibus qdẽ his lætiferisq; saporibus. sapores amaros iterim cõmisceri. ne ab eiusmodi voluptate quã timeus malorum escã noiat. capiamur vt

pisces ab hamo. Hāc vtiq; platonici precipue plotinus atq; synesius magna ex pte cām eē putāt. vt diuina ꝓuidentia tot tantisq; pturbationibus animos in terris vexari voluerit. Huc tēdit platonicū illud in libro de scia. cōsonū euāgelio. iamdiu dilectissime mi Ioannes ad te scriptū. ac breuiter declaratū. Impossibile inqt est o theodore mala funditus extirpari: Necessariū eñ est semp aliqd bono subcōtrariū esse. apud superos quidē esse mala nō pñt. per mortalē vero naturam locūq; hūc inferiorē necessario reuoluūtur. Quāobrē conandū ē. vt hinc illuc q̄ celerrime fugiamus. Fugere vero illud. est ꝑ viribus se similē deo reddere. similes vero nos deo faciūt. iusticia & sanctitas cū prudētia. Hæc ille. In his plato declarat nos ob eā maxime cām fugu hinc ad deū aliqñ meditari. vt mala q̄ necessario nos hic affligūt. effugiamus ex hoc videlicet mortali malo. sempiternū illud reportaturi bonū. iam vero nec vllus nisi vexatus morbis cogn̄scit aditq; medicū. neq; nautę. nisi fluctibus agitati gubernatoris prudētiā ammirāt̄. Mortales ꝑfecto tā hæbetes sunt vt bonū nō aliūde prsus cogn̄scāt. q̄ ex compatōe maloꝝ. tā ingrati. vt deū bonoꝝ oīm largitorē nō facile colāt. nisi malis oppressi. Quāobrē morbis pturbatonibusq; frequentibus cruciati. ad deū ipm tanq̄ ad medicū opitulatorēq; confugere cōpellūt̄. Cogūtur quoq; cognoscere. nō terrenā quidē ꝓuinciā vbi egunt̄ assidue. nūq̄ vero qescūt. suā fore priam sed cœlestē. Nulla vero potior assignari cā pōt. ob quā mala deus & aduersa pmittat q̄ rō euāgelica. docēs: cœcos mutilatosq; nasci nōnūq; admirabilem deí potētiā bonitatēq; hoibus declarandā. Mala videlicet hoibus incurabilia. mirabiliter curaturā. Queadmodū & morbi fluctusue non quilibet. sed grauissimi. medicū gubernatorēue summū testificari solent. Sæpe igitur homies & priuatim & publice. tam extremis vndiq; cohercentur angustiis vt nusq̄ pateat exitus. Nulla iā speret̄ hūana salus. sed tantū diuina petant̄. Tunc diuia bonitas & ptās filiis suis pia mēte suppliciter obsecrātibus ꝓpiciā porrigēs ex alto manū declarat: deū solū esse in extremis calamitatibus seruatorē. Idq; tūc quidem demōstrat apertius. qñ discrimina tāta diu prius q̄ veniāt ꝑ prophetā q̄ndā ventura p̄dixerit. Medici qdem humani officium ē. & si minus sanitatē. saltē semp p̄stare ꝓnosticon. Diuini vero pariter vtrūq; complecti. Et si hoꝝ exempla ex sacris lr̄is licet afferre q̄ plurima. q̄ oībus sunt in ꝓmptu. Meū tñ consiliū est in pñtia. qd̄ & sp fuit i luce. minus nota ꝓferre. mysteriaq; xp̄iana quoad possem platonicis cōfirmare. Audi igitur mi Ioannes tam diuinoꝝ cultor. q̄ studiose platonicoꝝ. qbus verbis apud Platonē socrates diuinū cōsiliū circa maloꝝ humanoꝝ remedia ꝓphetasq; confirmet. sic. n. loquit̄ in symposio. sacerdos diotima fatidica mulier diuinorūq; pita. pestem prædixit atheniēsibus imminētem. Itaq; sacris decennio an pestē pactis.

morbi dilationẽ dedit. Item si in phœdro. si refferamus sybillã. & alios quicũq; vsi sunt vaticinio q̃ multa p̃dicẽtes in futuꝝ pfuerint. prolixum nimis extendemus sermonẽ. ac rem manifestã omnibus proferemus. Et paulopost inq̃t. antiqui testificant̃ vaticiniũ diuino quodam furore pfectum. coniectura prudẽtiaq; humana supra modum præstãtius esse. Atqui aduersum morbos laboresq; grauissimos ob antiq̃ delicta quãdoq; diuina indignatione mortalibus imminẽtes. diuinus gentibus q̃busdam aliũde furor adueniens & futura prædicens. quibus opus erat. remedia mirabiliter adinuenit. cõfugiens ad vota cultusq; diuinos. Vñ expiatões propiciationesq; consequutus incolumẽ reddidit possidentẽ. & in præsens tempus & in futurũ absolutionẽ p̃sentium maloꝝ recte furẽti occupatoq; adeptus. Hæc ibi p̃terea in libro legum primo. Plato sic inquit. Epimenides cretensis. vir diuinus decem annos añ persicum bellum. dei oraculo monitus. pueñt athenas. & sacrificia q̃dã dei oraculo ædita fecit. atheniẽsibusq; persicam formidantibus classem p̃dixit decennio persas non venturos. & postq̃ venerit infecta re discessuros. Eiusmoi sane virũ Plato omniũ sapientissimum esse censet. q̃uis sæpe vulgo stultissimus habeatur. Itaq; in phœdro scribit mirabile quiddam hunc modum. Diuinis meditatõnibus. Qui recte vtitur perfectisque mysteriis semper imbuitur. perfectus reuera solus euadit. ab humanis autem studiis segregatus. diuinoq; inherens carpitur a multitudine. q. extra se positus. Sed ipe deo plenus multitudinem latet. Post hæc plato cum prophetam & sacerdotem diuinis occupatum. sapientiæ humane lõge ad modum interuallo præposuisset. describit mentẽ quandã diuino prsus amore flagrantem. extasimq; amatoriã patientem. atq; furorem alienationemq; hmõi. non solum humane prudẽtiæ. sed diuinis etiam muneribus oĩbus anteponit. Vbi plane comprobat apostolicũ illud. Maior hoꝝ charitas. Mitti autẽ prophetas a deo. & q̃a ratione mittantur. Auicenna etiam in libro diuinorum multis rationibus cum Platone consentit. Sed longioribus iam digressionibus prætermissis. ad institutum breuiter redeamus. Animaduersione pfecto nõ mediocri dignũ ẽ vt in sup̃iorib⁹ inq̃t plato pp ãtiq̃ delicta indignatũ deũ calamitates hoĩbus quodamõ destinasse. Hinc asseueratur oraculũ illud. propter peccata veniũt aduersa. illud quoq; mosaycũ. ex primoꝝ delicto parẽtũ. aduersa nobis oĩa cõtigisse. vbi præterea subdit plato deũ tãq̃ misc̃dia q̃dã affectũ freq̃nter afflare pphetas. futura nobis flagella prænunciaturos. vt hinc admoniti ad vota expiatõesq; sacras cõfugiam⁹. qb⁹ rite pactis. incolumes frequenter euadimus. ibi pfecto oĩa videtur ecc̃liæ nostræ mysteria comprobare. Proinde ne forte rei tantæ longius exempla petãtur. Nonne propter multa delicta postremũ huic vrbi hoc autumo exitiũ imminebat

Nulla prorsus hominum virtute vitandū? Nonne diuina clementia Floretinis indulgentissima: integro ante hūc autūnū quadriēnio nobis istud prænuntiauit? Per virum sanctimonia sapientiaqꝫ præstantē Hieronimum ex ordine prædicatorum: diuinitus ad hoc electum. Nonne præsagiis monitisqꝫ diuinis per hunc impletis: certissimum iamiam supra nostrum caput imminens exitium: nulla prorsus virtu te nostra: Sed præter spem opinionemqꝫ nostram mirabiliter euitaui mus? A domino factum est istud: & est mirabile in oculis nostris. Re liquum est optime mi Ioannes: vt deinceps salutaribus tanti viri con siliis obsequentes: non solum ego atqꝫ tu: sed omnes etiam Florenti ni: deo nobis clementissimo: grati simus: & publica voce clamemus Confirma opus hoc deus quod operatus es in nobis. Die. xii. Decē bris. Mccccl xxxxiiii.

Gratulatio pro litteris diu expectatis.

Marsilius Ficinus Germano Ganaiensi dilectissimo suo. S. D.

Adem tempestatis huius iniquitas: & tuas ad me & meas ad te sæpe litteras intercepit. Heri tādem vicit iter durum pietas expectatamqꝫ diu tuam mihi concessit epistolam: surge mea nunc æpistola præsens: I nunc ad decus nostrum melioribus vtere fa tis: sed quid nam primo scribam? Certe quid in primis contigit mihi gratissimum; me videlicet & commendatum esse per epistolam tuam fratri tuo Ioanni acati regio parisii præsidenti. Id quidam operepræ tium nobis fuit & erit. Nam Italia ferme tota: certe tuscia omnis præ sertim Florentia externis pariter & internis quottidie tumultibus agitatur. Conueni equidem hic apud excelsum Regem vestrum supe rioribus diebus Ioannem nostrum: virum frequenti salutatione di gnissimum. eiusqꝫ conspectu non solum ob splendorem suum: gratu latus sum sed etiam ex hoc valde congratulatus: q in egregio fratre tuo charissimum hermanum meum videre videbar. Me interim in pꝑ sentibus angustiis consolantem. Proinde: & si ꝓfessio nostra est va cue mentis opus: pergo tamen inter hos strepitus in platonicis com mentationibus assidue quoad possum: eas propediem (si deus aspi rauerit) perfecturus.

Pia Platonis sententia: De amicis & inimicis dei.

Marsilius Ficinus Ioanni Caualcanti amico Vnico Salu tem Plurimum Dicit.

Ontuli heri tecum & cum genero tuo Gerardo Ianfilatio ꝓ bo viro: quid in philebo plato de amicis dei sentiat: vel ini micis. Placuit ergo tibi vt ipsa verba platonis ad te scriberem & quæ ibidem sit expositio nostra. Accipe igitur atqꝫ lege fœliciter: verba platonis hec sunt: vir iustus & piu s & probns nonne deo ami cus est. Iniustus autem & improbus inimicus? Est profecto. Plurima

quidem spe vnus quisq; ducitur. Interiores enim sermones quidam sunt in vnoquoq; nostrum. Quos & opiniones & spes nominare solemus sunt quinetiam phantasmata picta. Nam cuiq; licet fingere se cumulum auri maximum possidere: oblectamentisq; variis abundantem omni suauitate perfundi. An non dicendum opiniones imaginationesq; eiusmodi bonis viris: quia deo amici sunt: veras frequenter euadere? Malis autem sœpe uumero falsas? Dicendum certe: prauis vtiq; viris oblectationes quædam adsunt: sæpe conficte: ac deniq; falsæ: falsis igitur voluptatibus praui sæpenumere gestiunt. Homines autem boni gaudiis semper veris aluntur. Hactenus Plato. Sequitur expositio nostra: Bonus vir a Platone censetur: qui in se quidem temperatus: ad deum autem pius est: ad homines vero iustus. Animus eiusmodi propter similitudinem deo præ cæteris est amicus: malus autem propter dissimilitudinem inimicus: Itaq; cum deus: & moueat intrinsecus: & vbiq; prouideat: nimirum opiniones & imaginationes spesq; bonorum virorum: vere frequenter euadunt: malorum vero falsæ: vtriq; gaudia quædam excogitant: optant sperant: hæc bonis viris tanq; diuinis atq; veridicis: vera sæpe contingunt: malis vero falsa: mali enim tanq; sibimet mendaces: sicut frequenter opinione falluntur: ita falsa sæpius oblectamenta confingunt: deniq; si prauis tanq; a diuina veritate discordibus succedere spes non debeat: sæpe tamen in externis successum habere videntur: sequitur saltem: vt intrinsecus non succedant: semper ergo sollicitantur intus atq; languent: eorumq; voluptates similes sunt falsis voluptatibus egrotantium: somniantium insanorum: Die. xx. Decembris Mccccl xxxxiiii.

Pro libro de Sole.

Marsilius Ficinus Ioanni Ganaiensi Dignissimo Parisii præsidenti. Salutem Plurimam Dicit.

c Vm propter hospitium domesticorum turbam: publicosq; tumultus: tranquille isthic philosophari non possem: philosophicum tamen officium mihi perpetuum intermittere nollem: in rusticam solitudinem ex vrbe secessi: Sed anteq; discederem: exoptatum mihi diu splendorem tuum sæpe quesiui. Quem deniq; nondum salutaui præsentem hunc absentem munere quodam phœbo salutato. Si quidem ipse phœbus: qui forte non tangit globo: radiis interim attingit vbiq;. splendor quin & tuus suis huc usq; radiis me contingit. Per ipsum luminis phœbei calorem te obsecro splendidissime mi Ioannes: vt Marsilium ames ardenter amantem Vale.

Pro libro de Sole.

Marsilius Ficinus Paulo Veronensi: insigni doctrina Viro. Salutem Plurimam Dicit.

V Idere te quidem Florentiæ licuit. Idq; admodum mihi gratum contigit. Gratissimum quoq; fuisset: præsidentem Parisii visere: virum aspectu dignissimum. Quamq; si vos inuicem ea (vt arbitror) charitate deuincti estis. vt sit alter in altero: cum Primum aspexi Paulum in Paulo introspexi Ioannem: ita Profecto phoebus dum splendore foris aspicit: calore interim (vt ita loquar) introspicit deniq; per ipsum phoebeum munus: quod ad te quoq; mitto te vehementer obsecro: vt apollineo ioanni me sæpe commendes Vale.

Finis Duodecimi & Vltimi Libri Epistolarum Familiarium Marsilii Ficini Florentini.

Marsilii Ficini Florentini Eloquentissimi Viri Epistolæ familiares Per Antonium Koberger impræsse Anno incarnate deitatis. M.cccc.xcvii.xxiiii. februarii finiunt Fœliciter.

243 ff ch., 1 f bl.

10 unnumb. leaves in the beginning, which are in photostat)